L. ANNAEI SENECAE

TRAGOEDIAE

ACCEDVNT

INCERTAE ORIGINIS TRAGOEDIAE TRES

RECENSVERVNT

RVDOLFVS PEIPER ET GVSTAVVS RICHTER

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXVII

Est profecto poeta ille (Seneca) praeclarior et uetusti sermonis diligentior quam quidam inepte fastidiosi suspicantur.

M. Antonius Muretus Var. Lect. II 4.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

PRAEFATIO

Decem illarum, siue undecim dicere mauis, tragoediarum cum L. Annaei Senecae nomine ab antiquissimis temporibus coniunctarum **duplex** est in libris manu scriptis **textus recensio,** altera [*E*] emendatior, deterior altera [*A*], utraque primis huius aetatis saeculis oriunda. Ad illam praeter excerpta codicis thuanei unus pertinet codex Etruscus siue Florentinus laurentianae bibliothecae plut. XXXVII, 13, huius — uolgarem dicimus — et folia rescripta sunt a Friderico Ritschelio inter ambrosianas Plauti membranas reperta et alii quotquot aut ipsi inspeximus aut ab aliis inspectos scimus saeculi uel XIIII uel XV uel XVI fere omnes*).

Prorsus diuersa esse inter se duo quae diximus codicum genera res est apertissima. Nam ut de Octauia taceamus ab *E* aliena, cum omnibus aliis libris adscripta sit, de lacunis**) quibusdam gravioribus quibus *E* affecta est ubi in libris *A* recensionis integer relictus est sermonis contextus

---

*) Recensio *A* cum aliquotiens typis esset descripta, primum ab H. Auantio secundum seuerioris artis leges expolita (in aed. Aldi a. MDXVII) omnium deinceps editorum usque ad hoc tempus exemplarium fundamentum erat. Etenim ne post florentinum quidem repertum quisquam editorum a se inpetrare potuit, ut textum tragoediarum ad praestantissimi libri normam uia ac ratione constitueret.

**) cf. HII (signorum conspectum u. p. 503) 410—442. 1568—1610.

— quae res cum maxime eorum opinioni refragatur si qui recentiorum librorum copiam e florentino deriuatam esse putant —: non solum fabularum neque ordo neque inscriptiones Etrusco conueniunt cum ceteris libris, uerum etiam scripturae sexcentis locis tanto opere inter se discrepant*), ut ad duas diuersas recensiones non possint non referri.

Neque magis profecto est quod de utriusque recensionis uetustate dubitemus. Thuanearum membranarum aetatem saeculo X° conscriptarum superat multo is unde Etruscus transcriptus est liber qui uncialibus literis exaratus erat. *A* uero recensionis uetustatem testantur folia illa rescripta ambrosiana, quae ante VII uel VI saeculum scripta esse probabile est. Nam plautini codicis scriptura pristina saeculi quinti fortasse quarti, posterior, qua ueteris testamenti quidam libri exarati sunt, noni est (Ritschl. prol. ad Trin. p. VIII), unde Senecae folia non post octauum saeculum scripta esse patet, saeculo uero multo priori codicem ad quem pertinebant ut tribuamus, cogit scriptura eius continua et literis uncialibus expressa. Accedit Lactanti testimonium quoddam statianae thebaidis interpretis, quem non multo post Seruium fuisse hodie recepta est opinio. Is enim cum Thyestis uu. 342—352 afferens u. 347 cum *A* tueatur scripturam „trabes", non „fores" quod in *E* legitur, uolgari recensione se usum esse prodit.

Vt uero utriusque generis libri, quamquam in multis ac gravissimis rebus inter se differunt, tamen tot tantosque errores communes habent, ut ad unum eundemque omnes redire archetypum manifestum sit: ita et differentiis et in quibus consentiunt corruptelis magna ex parte tam singularis est condicio et natura, ut neque illae quomodo nasci potuerint perspici neque hae emendari satis probabiliter queant nisi ex ipso poetae exemplari non emendato illo et perpolito, sed satis inconposito festinan-

---

*) exempla quaeuis pagina suppeditat; sufficiet quasi digito monstrasse locos quales sunt in Hercule u. 36 sqq. 627 675 1311. uberius hac de re infra disputabimus.

terque scripto et crebris locis inculcato refecto lituris pleno i. e. *ex ipsis eius pugillaribus* utramque originem traxisse recensionem nobis persuademus *).

Nam primum permultis locis quae inter utriusque recensionis libros intercedit scripturae diuersitas ita conparata est, ut duplicem in archetypo lectionem fuisse aperte indicetur. Qualia haec sunt:

	E	*A*
P 831	deformis senii *monstret imaginem*	d. s. *limina transeat*
P 348	uenere instinct*us suscipit audax* grege pro toto bella iuuenc*us*	u. instinc*ti quam magna gerunt* g. p. t. b. iuuen*ci*
H 36	patrem probaui *gloriae feci locum qua sol reducens quaque reponens diem*	patrem probaui*t inde qua lucem premit aperitque thetis qua ferens Titan diem*
H 627	*teneone in auras editum an uana fruor*	*uerumne cerno corpus an fallor tua*
H 675	*nocte sic mixta* solet	*tale non dubie* solet

T 347 fores *E* trabes *A* 610 extimescit *E* expauescit *A* 1048 detur uia *E* demus uiam *A* 327 scelus *E* nefas *A*

*) Senecam ipsum singulas tragoedias foras dedisse ueri est simile. Quod tamen latius persequi quoniam chartarum angustiis prohibemur, breuiter indicasse sufficiet non solum *Medeam* a Quintiliano laudatam, *Oedipum* quem et Statius et Quintiliani sectatores sunt imitati [cf. O 242 647 472 394 sqq. et 530 sq. = St. Theb. I 233. IIII 630. ibd. 29. ibd. 406 sqq. O 477 = St. Ach. I 307 et multa alia. — O 53 945 595 = declam. XII], sed etiam *Herculem I* et *Troades* suo quamque tempore ab auctore uolgatas esse. de *Phaedra* et *Thyeste* iudicium retinemus [cf. H I 573 = Stat. Silu. III 3, 192. H 391 320 1186 = Theb. IIII 643. III 343. IIII 757. — M 347 = Theb. V 413. — Tr 841 = Theb. IIII 286. — T 615 = (?) Th. II 688. T 738 = Ach. I 669. — P 755 = Silu. II 6, 36]. Vnde posteriores grammatici qui singulos Senecae uersus conmemorant tragoediarum cognitionem hauserint, utrum ex schedis poetae uel eius apographis an ex fabulis separatim editis, in medio relinquendum est.

Pfr. 154 suspensae *E* sollicitae *A* P 283 moderatur *E* iaculatur *A* quibus accedunt innumera id genus alia.

Haec et quae sunt similia adparet ita non posse explicari, ut altera scriptura ex altera aut deprauata aut librari libidine mutata aut interpretandi caussa adscripta esse dicatur. Immo uix est dubium quin utraque quodam modo ab ipso poeta profecta sit, cuius pugillaribus utriusque generis auctorem usum esse diximus. Quos quidem codicillos cum poeta crebro correxisset, inducendo nimirum suprascribendo uerba uersusque siue inter lineas siue ad marginem adiciendo et ita quidem ut quid legi uellet aut quo quaeque pertinerent multis locis non satis accurate significaret *): fieri non potuit quin duo illi librarii qui diuerso tempore poetae chirographo ad describendum uterentur dubitantes saepe quid uel quo ordine describerent alter hoc alter illud eligeret, alter alterum sequeretur uersuum ordinem, haud raro uterque quae legi omnino non poterant omitteret **). Quid uero? non desunt loci ubi utramque archetypi lectionem librarius uideatur amplexus esse. Sic H 19 in *E* et *A* legitur 'sed u e t e r a s e r o querimur' ubi aut 'uetera' aut 'sero', non utrumque admittit uersus. huius generis plura exempla in *E* adparent, uelut haece: H 688 e r r a t ludit *A* ludit *VA* 1157 cur e n *E* cur *Aφ* Ofr. recipe a d m i t t e *E* recipe *A* Pfr. 41 concita c u r s u celerem gradum *E* conc. celerem gr. *A* Med. 769 nemoris antiqui d e c u s domus *E* n. a. domus *A*. Sed latius hoc genus patet. Nam poeta cum aliquotiens eandem sententiam duplici modo expressisset, haud raro factum est ut aut utrumque ambo describerent, uelut H 50—54 = 46 sqq. 272—77 = 263—71. 677—8 = 670—1. Tr 122 = 120 etc., aut alterum alter, ut locis supra allatis H 36 sqq. 627 675 sqq. multisque aliis. Quae cum ita sint, ubi aut lacunas significauimus aut uersus siue transponendos siue eiciendos censuimus, nemini profecto ea uidebimur omnia

*) Simile exemplar historiae naturalis Plinium scimus reliquisse inopinata morte prohibitum quominus libris suis ultimam manum inponeret. **) Idem passi sunt scriptorum hist. Aug. libri quos qui descripserunt medii aevi homines lacunas prorsus dissimulabant.

temporum uel librariorum iniuriae tribuisse *). Immo ut pro dittographiis multa eorum quae exclusimus habenda sunt, ita non paucos uersus ambitum stropharum, quibus et in diuerbiis et in carminibus poeta orationem discripsit, supra iustum modum augentes ab ipso poeta arbitramur profectos esse (uelut H 552 745 791 alios), qui quidem scribendi impetu abreptus eandem rem qua erăt ingeni ubertate uariando et aliis uerbis iterum et saepius inlustrando non numquam legem illam quam ipse sibi scripserat strophicam uiolasse existimandus est. Quae menda si tragoedias in emendatum exemplar et publico usui destinatum transcripsisset quin sublaturus fuerit uel resecando uel augendo orationem minime dubitandum arbitramur. Quo tamen in genere num in eligendis uersibus qui essent damnandi nobis contigerit ut uerum semper inueniremus, uehementer dubitamus. Sic, ut exemplo utamur, dubium quam maxime erat H 826—8 ex tribus uersibus quis potissimum esset delendus.

Redire utramque recensionem ad ipsius poetae chirographum publico usui non destinatum satis luculenter praeterea ostendunt Oedipi cuiusdam et Phoenissarum illa fragmenta in omnibus libris manuscriptis in unum conglutinata (cf. de Seneca trag. auct. p. 20—22), quae, si tragoedias suas publici iuris fecisset, non editurum sed in schedis retenturum fuisse existimamus poetam. Neque minus haec nostra de pugillaribus auctoris sententia confirmari uidetur anapaestis quibus Actaeonis fabula narratur O 772—884, prorsus et ab illo loco et a tota fabula alienis (cf. obseruat. in Sen. trag. lib. p. 36 s.).

Schedas denique auctoris per longum tempus circumlatas atque transcriptas esse, si quis miratur, is Suetoni consideret uerba, qui de Nerone agens haec tradit (c. 52 p. 196, 36 R): „itaque ad poeticam pronus carmina libenter

*) Tragoedias ultimam poetae manum passas non esse iam censuit G. Hermannus (el. doct. metr. p. 387 „praesertim si uerum est quod suspicor, non esse eis ultimam manum impositam" cf. ibd. p. 431 „cum — ne perfectae quidem et penitus expolitae sint").

ac sine labore conposuit nec ut quidam putant aliena pro suis edidit. Venere in manus meas pugillares libellique cum quibusdam notissimis uersibus ipsius chirographo scriptis, ut facile appareret non tralatos aut dictante aliquo exceptos, sed plane quasi a cogitante atque generante exaratos; ita multa et deleta et inducta et superscripta inerant". Neque abs re erit attulisse quae Leoni suo Sidonius scribit epp. VIII 3 (p. 462 Sauaro) „Apollonii Pythagorici uitam non ut Nicomachus senior e Philostrati, sed ut Tascius (?) Victorianus e Nicomachi schedio exscripsit, quia iusseras, misi: quam dum parere festino celeriter, eiecit (an: coniecit?) in tumultuarium exemplar turbida et praeceps et opica translatio" (cf. O. Jahn. Ber. der Sächs. Ges. d. Wiss. 1851 p. 335 sqq.)*).

Neque uero schedae a L. A. Seneca scriptae alias continebant fabulas nisi priores octo. Nam quae in codicibus secuntur Agamemno et Hercules alter eas neque a philosopho ipso neque ab aequali quodam conpositas esse certissimis argumentis potest euinci**). Quas qui conposuerunt non solum neque in metris, anapaestis potissimum, condendis et in diuerbiis secundum legem strophicam constituendis ad constantem Senecae normam se accinxerunt, uerum etiam in iusto personarum numero seruando in choro adhibendo inque aliis multis rebus ad *οἰκονομίαν* pertinentibus a seuerioribus artis praeceptis recesserunt et manifesta octo priorum tragoediarum imitatione non minus quam quo usi sunt dicendi genere ab annaeano non modice differente imitatores sese produnt. Hae igitur fabulae, cum in utramque recensionem eas transiisse constet, post Senecae mortem ab eis qui libellos tragoediarum ab eo relictos pos-

*) De Gracchorum Ciceronis Vergilii idiographis u. Plinius n. h. XIII 83 J. Gellius XIII 21 4 II 3 5 VIIII 14 7 I 21 2 Quintilianus I 7 20.

**) Has duas fabulas a Seneca scriptas esse negauit R. Bentleius opusc. ed. Lips. p. 232. Alter nostrum qui in comment. de Sen. trag. auct. Oedipum quoque in suspitionem uocauit, de hac opinione pridem recessit.

siderent ut consimilis artis opera cum genuinis uidentur coniunctae esse. Quod quidem eo tempore factum esse suspicamur, quo neque tragicorum graecorum studia euanuissent nec Frontonianorum sedulitate ipsius Senecae auctoritas infracta esset. Nam eius exemplum quantopere cum Agamemnonis tum maxime Herculis auctor ad imitandum sibi proposuerit ne leuiter quidem intuentem fugiet.

Earum fabularum alteram anteit et tempore et pretio Agamemno, quam tragoediam is qui Herculem alterum scripsit ante oculos habuit et in multis est imitatus*). Agamemnonis auctor praeter Thyesten Senecae Aeschylum quem ille spreuerat, in rebus tractandis ducem sibi elegit, in sententiis uerbisque ab Vergilio Horatioque quibus Ouidium suum praeferre consueuit philosophus, non pauca mutuatus est. In carminibus uerò condendis eum non acquieuisse formis Senecae uel potius eius aequalibus adamatis canticum illud ostendit ex dimetrorum et monometrorum anapaesticorum quinquies iteratorum strophis conpositum u. 311—408. Monendum denique huius quoque tragoediae non perpolitum et publice editum exemplar Senecae schedis adiectum esse, sed plenum lituris ab auctoris manu factis, id quod mira docet scripturae diuersitas quae cernitur in cantico illo miserrime deformato u. 845—924. Idem quod de Hercule altero affirmemus nulla est probabilis caussa.

Iam uero nouem illae uel potius decem tragoediae tragoediarumque fragmenta priusquam describerentur, chartae plurium possessorum manibus conmissae uarias expertae sunt uices. Quorum studiis poeticis et grammaticis cum inseruirent, non mirum quod et locos siue ex aliorum poetarum libris siue ex ipsis tragoediis sublatos et uarii generis interpretamenta non numquam metro concepta uersus denique ad auctoris exemplum formatos quibus dilataretur oratio, ad marginem adlinebant. Ac primi quidem generis additamentorum ut exempla aliquot subiciamus, ad Publilium Syrum referendus est H 332 ubi cf. notam,

*) Ex hac fabula plurima desumpsere et Claudianus quem Octauiam quoque ante oculos habuisse ueri simile est et qui eius aequalis fuit auctor carminis de laudibus Herculis.

fortasse etiam T 452 'tutusque mensa capitur angusta cibus' pro eis quae expunximus 450[b] 451[a], cum similibus uerbis legatur in cod. Parisino 8049 saec. XIIII (Pithoeus: angusta capitur tutior mensa cibus). Praeterea syrianae sunt sententiae uel earum similes H 1312 T 416 529 P 145 146 269 1127 O 390 Tr 300 706 A 992. Plautinum deinde habes Tr 406 s., Silianum Hii 1064 (de M 669 cf. Z. f. G. t. XVIII 1864 p. 329), ex Horatio repetitus uidetur Tr 545, ex Senecae rhetoris libris A 731 (cf. exc. contr. VIII 1 p. 422 Bursian), de Ouidio adscripti loci quos ante oculos habuisse auctorem uiderent lectores A 396 = Ou. met. VI 312 P 566 = Ou. Her. X 1 Am. I 10 26. Ex ipsius denique Senecae fabulis non raro in margine legebantur uersus magis minusue inmutatis uerbis, uelut Tr 115 = H 1110 Tr 692 = Hii 1971, P 1229 ad uerba 'crudus et leti artifex' adscripta: 'exitia machinatus insolita effera' ex Tr 760 'o machinator fraudis et scelerum artifex' cf. M 266 tu tu malorum machinatrix facinorum e. q. s. P 285 = O 125 (u. notam) T 876 = M 315 Tr 478 (cf. 470) = H 626 O 665 s. = O 1080—83 M 228 s. = Hii 575—580 Hii 1333 = H 941 et Hii 1002 qui in *E* deest. H 1155 = Hii 745. similiter H 234 quamquam intactum reliquimus ex Hii 27 uidetur interpolatus esse.

Multos praeterea locos additamentis interpretandi caussa adscriptis auctos esse diximus. Ad hoc genus et alia et haec spectant: H 116 verborum 'et se uincat' sententiam sic explicatam esse uidemus: 'cupiat mori ab inferis reuersus' T 1090 ignes torque) iaculare flammas || uindica amissum diem) lumen ereptum polo H 20 Dirce) Thebana tellus uiribus [uel nuribus] sparsa inpiis P 988 manu caeca) peiora fouens P 613 H 127 173 182 854 1132 1125 1137 1071 (cf. 1078) A 348 O 119 189 P 969 971 362 935 (cf. 232) Tr 817 O 929 (prosa oratione: audacis uiae comes audax *E* comes audacis uiae *A*). Non raro ubi manca uidebatur oratio supplere studebant quae deessent: T 809 num reiecto monte Tiphoeus?) latus explicuit [immo: renouat iras] T. 336—8 initium carminis abreptum restituere conabantur (cf. Rh. M. XVI p. 37) nec minus inepte T 336—8

interposita descriptione cenae lacunam dissimulare. Cf. praeterea P 406 1268 etc. — Sententia aliquot uersuum paucis uerbis conprehensa: P 626 ad uu. 625—630 Tr 279 ita non numquam ut orationis conexus pessime diuellatur, uelut T 34 sqq. ubi inculcato uersu 35 'labet' in proximo uersu omnino non habèt unde pendeat, nam quae uox antecedit 'fortuna' ad eam nequaquam potest referri. Respondetur etiam ad rhetoricas interrogationes: T 222 s. H 462 Pfr. 159 s. Porro sollemnis quaedam interpretamenti figura haec est: H 910 soror sagittis aptior — Phoebus lyrae M 515 Phoebi nepotes — Sisyphi nepotibus (cuius auctor contra metrum peccauit) 699 maior Pelasgis — apta Sidoniis minor Tr 355 652 T 222 s.

Denique in rebus geographicis mythologicis et quae sunt cognata tanta possessores pugillarium usi sunt licentia ut ab eis qui docerent grammaticam exempli caussa tales uersus conficti uideantur esse. Ofr. 128 sqq. (quisquis Eurotam bibis cf. M 376 s. O 433 Tr 9 A 320 s. u. Rh. Mus. 1863 p. 45) M 713 (Medus et Parthi) H 339 s. (Cithaeron et Isthmus) Hii 1044—46 (Getae Hebrus Bistones) Pfr. 206—208 (Thebae conditae cf. H 262 s. Sil. XI 447—9) Hii 1581 (anni tempora) P 292—94 H 381—2 T 353—55. Prorsus inepta sunt nec cum re ab auctore tractata ullo modo cohaerent quae de Cadmo et Laerte adscripta legimus H 396—8 T 586—7

Recensionis *E* auctorem multo ante *A* librarium tragoedias descripsisse et eis probatur quae infra de discrepantia quae inter utramque recensionem intercedit dicentur, et ea re quod ab Etrusco codice abest Octauia omnibus qui ad alteram (*A*) recensionem pertinent libris adscripta. Quam fabulam ne libro laurentiano olim adtextam postea demum abreptam opinemur, obstat codicis inscriptio, ubi dubitari non potest quin librarius Octauiae mentionem fuerit facturus, si in librum suum recepisset. Neque magis adduci possumus ut Octauiam credamus in eo codice fuisse unde florentinus descriptus est (hoc censet Luc. Müller in Fleckeiseni ann. phil. 1866 p. 388). Quam fabulam olim in meliore recensione paenultimum locum occupasse (nam in *E* quoque Hercules ii ultimo loco legitur) posteaque excidisse nullum prorsus uesti-

gium extat et quominus ultimum locum eam per aliquantum tempus obtinuisse putemus prohibent damna grauissima, quibus Hercules II prae ceteris fabulis affecta est.

Iam uero de Octauiae origine quaestionem instituentibus primum refellenda est quam nuper protulit W Braunius (die tragoedie Octavia und die zeit ihrer entstehung. Kiel 1863) opinio. Qui cum probare studeret Octauiam medii quod uocatur aeui fetum esse, grauissima quibus eius tragoediae textus infectus est ulcera quomodo intra unius uel duorum saeculorum spatium oriri potuerint demonstrare prorsus supersedit (cf. infra p. XXI et Fleckeiseni ann. phil. 1867 'zur frage ueber den ursprung der tragoedie Octavia'). Porro neque ante Albertini Mussati, qui a. MCCCXXVIIII uel XXX mortem obiit, aetatem quisquam erat qui scribendis tragoediis operam inpenderet*), et Mussatus ipse quem cum Nicolao Treuetho († a. MCCCXXVIII) studia tragici resuscitasse constat, Octauiam hau dubie nouit. Ad priora igitur saecula reiecti et temporis indicia circumspicientes Boetiana uidemus metra in multis similia esse anapaestis Octauiae. Subtiliore autem conparatione instituta, huius fabulae anapaestos, quamquam cum multo maiore licentia conpositi sunt quam anapaesti non solum Senecae tragoediarum sed etiam Agamemnonis et Herculis alterius (cf. de Sen. trag. auct. p. 5), tamen seueriorem normam secuntur Boetianis. Nam ut Boetius dimetrorum anapaesticorum partem posteriorem adonio effici iussit in duabus omnium uersuum partibus ($^2/_3$), Octauiae auctor, ne modum in Senecae tragoediis seruatum transiret, adonio in tertia tantum anapaestorum parte ($^1/_3$) locum concessit. Pari modestia Ausonium fuisse (prof. VI) non inutile est hoc loco conmemorare. Quae cum ita sint, aliquo ante Boetium tempore Octauiam conpositam esse probabile uidetur**). Neque

*) cf. Mehusius Vita Ambr. Traversari p. CLXXII. Edélestand du Méril Origines du théatre moderne p. 11 n. 3. C. G. Mueller Geta comoedia p. 9. Fr. Haasii Miscell. phill. III p. 29. **) Non desunt apud Boetium loci ubi cum Octauiae ei conueniat, quos tamen ex hac fabula eum desumpsisse ad probabilitatem non potest adduci. Cf. Oct. 1 = Bo. II 2. 4. O 238 = B. IV 53 (Med. 234). O 959 s. = B II 7. 1. O 754 = B V 4. 35 (Quintil. XI 2. 3). O 819 = B IV 8. O 227 s. = B IV

uero ante Frontonis aetatem potuit scribi. Nam cum aliis argumentis Vaterus (misc. crit. fasc. v in Jahni annal. phil. VIIII 1853 p. 588 sqq.) et Braunius (l. l. p. 56 s.) euicerint, praetextae auctorem non paruo temporis interuallo ab aetate Neroniana distare, tum ut referamus post eum qui Herculem II scripsit, rationes metricae adducunt. Vt uero adcuratius Octauiae aetatem definiamus, ne a uero nimis longe aberremus non ueremur si pari fere interuallo eius auctorem seiunctum esse dicimus a Frontonis et a Boeti saeculo. Rerum enim in hac tragoedia tractatarum praeter Senecae libros quos de clementia ad Neronem scripsit fons est primarius Tacitus, cuius studia postquam diu iacuere resuscitata esse quarto saeculo, auctore ut uidetur Tacito Caesare, Vopiscus Hieronymus Orosius testantur. Quid igitur inpedit quominus hoc ipso saeculo Octauiam scriptam esse nobis persuadeamus? Eidem uero saeculo uolgaris recensionis originem deberi arbitramur. Quae ut post Lactanti uel Serui aetatem facta esse nequit, ita multo post id tempus quo *E* recensionis archetypus exaratus est eam ortam esse inde necessario conligitur, quod chartae illae tragoediarum cum *A* librarius eas descripsit, multo grauioribus damnis affectae erant (u. infra), quam quibus librari *E* aetate laborabant. Quare cum neque post sextum uel potius quintum, neque ante alterum sed aliquanto post facta esse non possit non credi, quarto uidetur tribuenda esse saeculo, quo ipso Senecae philosophi auctoritatem per Lactantium Hieronymum Augustinum restitutam esse constat. Quodsi Octauia paulo ante recensionis uolgaris originem conposita est, quidni illam ab initio cum hac coaluisse putemus? Immo haec opinio ea re cum maxime conprobatur, quod ex omnibus quorum quidem notitiam habemus (et permagna est copia) recensionis *A* codicibus ne unus quidem praetexta caret et omnes eam non ultimo sed paenultimo loco habent. Quod quo pacto fieri potuisse credes nisi ab eo qui archetypum librorum recensionis *A*

6, 20. In aetatum descriptione Boetius (II 5) non sequitur Oct. 408 sqq. sed Ouid. M. I 89 sqq. et Sen. Phaed. 533 sqq. De Claudiano u. not. ad p. VIIII.

exarauit Octauiam receptam et consulto inter Agam. et Herc. II interpositam esse tibi persuaseris? Hoc ipsum autem reputantibus fieri uix potest quin suspicio animis oriatur ab eodem homine et Octauiam conpositam esse et recensionem *A* scriptam, qui dum opus suum uiri clarissimi auctoritate tueri studet, inter eius opera uel quae eius esse crederet suum interposuit*). Quae tamen opinio certis quibusdam argumentis probari uix umquam poterit.

Quicumque hodie extant Senecae tragoediarum libri, quoniam eos diximus ad duorum librariorum operam redire, qui diuerso tempore ex ipsis poetae chartis sua exemplaria transcripserint, iam quaerendum uidetur esse, utri eorum maior fides habenda, i. e. utra recensio in emendandis his tragoediis prae altera sequenda sit. Qua in re primariam esse recensionis *E* siue quod idem est codicis florentini auctoritatem satis patet. Nam primum uolgaris recensio etsi antiquissimo tempore elaborata est, tamen qui hodie eam repraesentant codices tanto temporis interuallo ab illa aetate seiuncti sunt**), ut non potuerit fieri quin a pristina uolga-

---

*) Eiusdem ut uidetur aetatis homines non uerebantur Pauli apostoli cum Seneca commercium fingere.

**) Non contigit nobis codicis uolgaris ullius uestigium inuenire uetustioris saeculo XIV. Nam praeter eos qui infra descripti a nobis et enumerati sunt, de non paucis aliis quos ad recens. trag. adhibere non licebat ita tamen sumus edocti, ut eos omnes et uolgaris recensionis et aetatis recentioris esse sciamus. Sic XII Neapolitani, X ambrosiani Mediolanenses, duodecim laurentiani Florentini, quorum H. Peter descriptionem nobiscum communicauit, duo bibl. monast. in Monte Casino (No. 394 memb. s. XIIII mutilus rescriptus max. partem No. 392 memb. s. XIIII) quorum notitiam Ottoni Benndorf debemus, Lobkowitzianus bibl. Raudnitz ad Albim in Bohemia (memb. a. 1440) cuius non nulla folia F. Pauly contulit. Accedit Vratislauiensis alter bibl. reg. univ. IV Q. 42 chart. a. 1502 Herc. et Thy. continens) Dresdenses duo (P 151 membr. 1402 rescriptus. D 152 chart. s. XV) Gudianus guelpherbytanus lat. 34 s. XIIII mutilus in. et fin. — Vincentius Bellouacensis qui in XXXI° libro speculi naturalis (confecti anno 1250) nonnullos uersus e Senecae tragoediis affert quo usus est tragoediarum exemplar utrius fuerit recensionis non liquet.

ris recensionis condicione magnopere degenerarent. Sed fac superesse hodie satis locupletem illius testem, uelut membranas illas ambrosianas quarum nihil praeter misera quaedam folia saeculorum inuidia nobis concessit: ne tum quidem ei prae florentino obsequendum esse largiremur. Tribus enim fere saeculis post priorem librarium auctor alterius recensionis suum librum conscripsit, quo temporis spatio chartarum illarum species et habitus multis in rebus inmutata erat: additamenta adcreuerant quibus antea liberae fuerant (cf. T 353—5 Ofr. 69 70 P 363 650 Hɪɪ 815 816 944 1002 O 213), cum multa iam a priore librario legi non possent, talium locorum numerus summopere auctus est, id quod haece et similia ostendunt: Med. 961 antiqua erinis ira *E* antiqua mentis ira *A* Tro 50 ensis senili siccus *E* ens. s. tinctus *A* P 1217 morte facili dignus haud sum *E* m. dignum facinus ausum *A*. M 575 a sole generis. est *E* a s. gemmis est *A* ibd. 391 oculos uberi fletu rigat *E* o superi oculos fl. r. *A* Ofr. 195 ipse cui deo *E* ipsi ceu uideo *A* T 1 quis (me) inferorum *E* quis me furor nunc *A* 60 spument aena *E* spumante aeno *A* 180 iratus atreus *E* iras et argos *A* Hɪɪ 77 peius ac leuius *E* p. a. peius *A* 244 armenia *E* armento *A* H 490 integer Cycnus *E* ante geryones (uide uers. seq.) *A* H 1311 eripere nec tu *E* Theseu ipse necdum *A* M 226 gloriae florem *E* Graeciae fl. *A* Ag. 597 maluntque *E* uoluntque *A* ibd. 301 facesse propere *E* secede pr. *A* O 1033 inuite loquere nate *E* immitis oro nate *A* Tʀ 31 quo stetit stante ilium *EM* quodque stetit ante ilion *A* 311 increuit metus *E* increpuit m. *A* Tʀ 513 turrisque latebras *E* turpesque l. *A* multaque huius generis alia.

His accedunt non pauca quae illius hominis in scribendo et neglegentiam et festinantiam testentur, qui quotiens uerborum uel uersuum collocationem particulas coniunctiones similia mutauerit uix potest dici (cf. M 267 713 740 252 218 233 268 1013 alia innumera). Sed restat res longe grauissima et quae plus etiam fidei detrahat et auctoritatis ei qui hanc recensionem conposuit. Quae enim supra attulimus deprauatarum lectionum exempla qui perlustrauerit, is mira-

bitur sane quod librarius iste nullo loco quod corruptum in archetypo legebatur id ipsum reddidit sed aliquo modo emendatum uel potius ad emendatae lectionis speciem redactum. Quae quidem res eis potissimum locis perspicitur, ubi in Etrusco libro mendosa scriptura seruata est. Sic Agam. 282 ubi in *E* legitur 'et eurotantum' uitiosum illud quidem sed uero proximum, legendum enim 'et Eurotam tuum', *A* infelicissime locum uindicasse sibi uisus est scribendo 'et a tanto uiro'. Med. 931 *E*: 'ultimum agnosco scelus animo parandum est' quod una literula mutata ad bonam sententiam reuocari posse Gronouius ostendit ('ultimum, agnosco, scelus anime par.'), *A* multo et uiolentius et languidius 'ultimum magno scelus animo p. e.') P 4 saxosa loca parnetho *E* (i. e. saxoso loca Parnethi) saxa solo carpaneto *A* ibd. 30 fluis (i. e. Phlyeus) *E* philipis *A* Pfr. 26 salua (i. e. saeua) *E* tota *A* P 145 *E* habet: 'non ista primum uelle' (correctum ab N. Heinsio: honesta p. u.) *A* temptauit: 'obstare pr. u.' P 627 *E* 'regna tutari urbium' i.e. uirum, *A* a uestigiis uerae scripturae recedens: r. t. patris. Ofr. 22 s. 'uel qua alta maria uertice inmenso premit minor rupes' *E* i. e. minora ut uidit Bothius. *A* tamen maiora ausus posuit: Inoque praeceps.

Accedunt alia mutatae lectionis exempla ita conparata, ut *A* recensionis auctor, quem facile intellegimus hominem fuisse nec magnae doctrinae nec acutioris ingeni non mediocris tamen et mira pro tempore illo audacia, incertum sit utrum scripturam archetypi mutauerit re uera deprauatam an incorruptam pro corrupta habens — siue dicendi genere in tragoediis conspicuo parum intellecto siue quod sententiarum argutias non assecutus est — emendandam censuerit. Huius generis cum alia multa sunt tum haece: Th. 53 inple Tantalo totam domum *E* i. scelere tantaleam domum *A* ibd. 1109 hauseris angit *E* h. tangit *A* P 1187 animaque Phaedram pariter ac scelere exuam *E* a. memet p. a. s. e. *A*. Ofr. 233 quicquid mihi donastis oculi *E* negastis oc. *A* Ag. 84 nimias semper comitata domos *E* tumidas s. c. d. *A* ibd. 317 thebais hospes *E* thebana manus *A* ibd. 435 effare casus quis rates hausit meas *E*

quis fare nostras hauserit casus rates *A* Hᴇʀ 71 nimbos rapit *E* n. trahit *A* 123 patriis messibus *E* patriae moenibus *A* 151 membra *E* monstra *A* 222 pro saeue decor *E* p. s. dolor *A* (cf. 236) 252 fletus insequitur minas *E* f. ins. genas *A* 393 nec illa uenus est *E* malisque minus est *A* Tro. 425 quodcumque accidit *E* Troia concidit *A* 441 conditi dite exeunt *E* c. tumulo exeunt. Multis denique locis genuina poetae uerba interpretamentis extrusit. Sic Ag. 187 Lyrnesida *E* Briseida *A* Hᴇʀ 201 natumque sonat flebilis Atthis *E* n. s. f. Itym *A* O 34 incolumis adsto. scilicet *E* inc. ergo scilicet *A* T 9 aut poena Tityi qui specu uasto patens *E*, at *A* nulla sententiae ratione habita: a. p. T. semper accrescens iecur. Ag. 597 cecidit in lucem furor postquam litatum est illo (i. e. Ilio) Phoebus redit *E*, in *A* uerba 'in lucem' repetita erant ad 'redit' et eis receptis uox 'Ilio' est extrita: postq. l. est Phoebus in lucem redit.

Satis constat in recensendis et emendandis tragoediis ab *E* recensionis i. e. florentini codicis potissimum lectione proficiscendum esse, quippe quae non solum uetustate sed diligentia etiam et fide longe superet alteram. Attamen quamuis summa sit libri laurentiani auctoritas, eos tamen uehementer erraturos esse credimus si qui careri posse libris uolgaribus auderent affirmare. An uel prudentissimum librarium dum exemplar describit ab ipso poeta eo quo demonstrauimus modo conpositum et alienis additamentis auctum, ne in multis erraret satis cauere potuisse putabis? Sed fac raro uel numquam eum errasse, hoc tamen non poterit neglegi melioris recensionis exemplar quod unum superest descriptum esse eo saeculo quo foedari libros magis quam antea coeptos esse constat. Quare scripturam libri florentini in multis ab eo codice qui primus erat eius ordinis degenerare potuisse cum per se facile intellegitur, tum conparatio instituta inter folia illa ambrosiana uolgaris uel etiam fragmina thuanea alterius recensionis et librum etruscum ostendit multa quae olim rectius legebantur a codicis florentini librario deprauata esse. Et re uera haud ita raro

factum est ut quod *E* uitiose descripsit id in uolgares libros emendatum transiret. Praesto sunt exempla satis luculenta:

	E	*A*
T 72	mutare ipse	m. ripas
Ofr. 342	frigiamque flammam et eterias tali soli	frugemque flamma metite natalis soli
P 686	tantum ne nefas	titan tu nefas
1005	luctificam (repetit. ex u. 1004)	quassam
1066	agros	Argos
Ag. 162	lango	langore
299	sub rupe reductus	surripere doctus
1017	semitam	feminam
Tr 642	sicre	sero
644	uxtem	uatem
779	atque	aui
933	mille nauium	Menelaum
1050	meritum	mare cum
Hii 404	uoti iuno quem	uoti quem Ioui
732	uix quoque monstrum elocor	uix queo m. eloqui
895	thiestem titan fugit	ipse me T. f.
974	lux illa sistat	lux uilis ista est
1257	eraclia penitus	ibera calpe litus
1277	uagas tympfalida	uaga symplegade
1382	alique casus	auidae Caucasus

Haec omnia neglegentiae librari *E* malumus tribuere quam eius qui *A* recensionem conposuit ingenio. Neque uero desunt loci ubi deterioris recensionis auctor ueriora descripserit quam alter. Sic O 250 quis non malit cum A amplecti uerbum 'prohibent' cum ui quadam repetitum quam male adscriptum illud 'Sphinx', uel ibid. 343 'uultum obliquat' quae scriptura et ipsius Senecae (T 160) et Ouidii (M VII 412) uerbis confirmatur pro eo quod *E* exhibet 'uultum solis' uel H 985 'marcentque Tempe' pro 'Macetumque Tempe' et quae sunt similia? Quamquam non ita magnus est talium exemplorum numerus. Accedit

quod non nullis locis lacunas in *E* propter neglegentiam uel scribendi festinantiam librari et miseram libri unde florentinus descriptus est condicionem ortas e libris *A* generis suppleri necesse est. Denique non praetermittendum quod ordo tragoediarum qualis est in uolgari recensione magis conuenit quam is quem *E* sequitur cum auctorum aetatibus Agamemnone et Hercule II in fine conlocatis.

His in uniuersum de utraque recensione expositis sequitur ut breuiter ostendamus, quomodo factum esse putemus, ut singuli deterioris generis libri in singulis non raro contra ceteros sui generis codices cum laurentiano consentiant. Quod sane mirum non est. Etenim ut codicis florentini scripturam pristinam multis locis mutatam uidemus ad normam codicis cuiusdam alterius recensionis, et sic quidem ut quid prior librarius scripserit saepe uel aegre uel omnino non possit distingui: ita non pauci generis deterioris libri aucti sunt et emendati lectionibus ex meliore recensione in eos translatis uel e pluribus diuersae recensionis exemplaribus transcripti, ut Moguntinus et Pulauiensis, quem qui exarauit conpluribus libris se usum esse in inscriptione profitetur (cf. p. XXXVI). Vnde qui potuerit fieri ut uel turpissimi ex his libris non numquam bonam et singularem lectionem reciperent facile intellegitur.

Non nullis tamen libris meliorum lectionum tanta est copia, ut aut ipsi secundum melioris recensionis exemplar dedita opera correcti esse aut e libro ita correcto originem traxisse uideantur. Huc pertinent praeter ceteros Melisseus ille (cf. e. g. T 9 HII 1513) cui nimis tribuit Gronouius, Vossianus „melior“, Palatinorum 'biga' (cf. H 36 sqq.), Rehdigeranus n. 11, Gothanus alter (*g*) qui saepe cum meliore recentione consentiunt, interdum eius scripturam integriorem ostendunt florentino, ut HII 1380 quos *R* quod ε*A* 1377 nec *R* ne *E* non *A* 920 (ubi in *E* lacuna est) euicte *R* euectae *A* ‖ illi *Rgψ* illud *A* H 8 tepenti AE^2 tepente *VR*. Cf. praeterea, ut e multis pauca afferamus, Ag. 177 senis *ER mg. m. pr.* ducis *A* HII 1360 feminea *ER* femineis *A* P 651 uenis *A*ε uenus (i. e. uenas) *R* HII 1511 parens *EMR* meis *A* 1535 quo

sub axe *EMER* quoue summo *A* 1467 impulsans *Eg IPal.* impussans *M* impulsus *A* Ag. 653 furto *EMEg* fato *A* 105 forte *EMERmg.IPal.* parte *A* 726 pectora buxo *EMER* pectore buxum *A* Hɪɪ 1495 thalamis *ER* flammis *A* 975 misserorum *Eg* missurum *A* Ag. 164 peperi *Eg* peperit *A* 316 stirpis *Eg* stirps *A* 790 uehit *Eg* uehet *A* Hɪɪ 1506 mei *ER* mihi *A* 1628 uasta late *ER* lata uasti *A* 1755 quas *ER* qua *A* 1730 Venio uenio *Eg* Venio *A* Ag. 498 mittit *ER* mittunt *A*. Hoc igitur librorum genus ad emendandas tragoedias si non magni at certe non nullius momenti est.

Denique singularis ratio est codicis Vindobonensis n. 211, qui quamuis in omnibus praeter priorem Herculem tragoediis plerumque cum deterrimis ex libris uolgaribus consentiat, tamen et de antiqua Oedipi fragmenti inscriptione solus nos facit certiores et in prima tragoedia textum praebet multis locis antiquiorem et emendatiorem ipso libro laurentiano. In Hercule enim priore ut in multis cum *E* consentit in nonnullis cum *A*, sed eis potissimum locis ubi lectioni uolgari prae altera palma debetur: ita haud raro contra utriusque recensionis pariter deprauatae consensum id quod a poeta profectum sit solus ostendit. Sic his locis:

	V	*EA*
65	praeripiat	praeripiet
84	omnes	ista
273	quo horsum excidistis	quo recid.
275	prosequitur	persequitur
279	ut p. petat	et p. petet
380	ausoniae	ausonio
640	HER	*om.*
727	speciem	specimen
929	laboris	labores
933	serena	aeterna
1085	linquas	linquat
1117	medius	melius
1308	HER	*om.*
1309	AM	*om.* *E* Her. *A*
1351	tecta — solent	terra — solet

Praeterea non numquam ubi in florentino libro pristina scriptura erasa est uel obscurata, illam libri Vindob. auxilio agnoscimus:

112	iam odia E^2A	uota *V*
116	me pariter et se uincat E^2A	me uicit et se uincat *V*
273	quo recid. E^2 *in ras.* *A*	quo[ho]rsum excid. *V*
374	sociemus AE^2	sociemur VE^1
62	deuicti *E* (i *in ras.*) *A*	deuicta *V*
8	tepenti E^2A	tepente *VR*

Quae cum ita sint qui librum Vindobonensem conposuit is uidetur in describendo Hercule I praeter libros uolgares — eosdem nimirum unde ceteras fabulas transcripsit — codice usus esse uel codicis cuiusdam fragmentis recensionis melioris uetustioribus florentino, unde Phoenissarum quoque inscriptio repetita sit. Nisi forte hanc libri *V* partem putamus ad tertiam quandam redire textus recensionem antiquissimo tempore factam, cuius praeterea nullum extet uestigium. Sed siue hoc siue illud amplecti males, hoc quidem concedes librum *V* cum in ceteris tragoediis restituendis nullius momenti sit, ad Herculem tamen priorem emendandam plurimum ualere*).

Superest ut qua ratione in Octauia recensenda uersati simus doceamus. Atque omnes quidem libros mscr. quos ad hanc praetextam emendandam adhibuimus, ad eundem codicem anticum referendos esse luculenter arguit mira eorum in corruptelis quibusdam grauioribus consensio (cf. Luc. Mueller. J. J. 1866 p. 388). Nam ut ea praetermittamus uitia quae nos quidem detexisse nobis uidemur, nemo profecto dubitabit quin deprauata sint haece: u. 42 ora

*) Quod in huius libri inscriptione ultimo loco Octauia conmemoratur non est mirum. Nam librarius cum et inscriptionem et Herc. I ex libro illo optimae notae, ceteras ex codice uolgari (uolgari ordine nisi quod Thyestem interponeret ante Herc. II inscriptione fortasse conmotus) transcripsisset, quin Octauiam titulo adderet facere non poterat.

tanais (ora trais *R 13*), ubi dudum restitutum est 'Britannis', u. 43 tantis (i. e. et ante) 88 spernit superbos humilesque (superos hominesque) 139 undis (umbris) 254 nero nisi duo *uel* insiduo (Nero insitiuo?) 297 prodimus euo *uel* seuo (pr. eheu) 423 lacuna 501 specie sacra (sacro auspicio) 744 pristinus (crispinus) 1001 tandem pharie (Pandatariae) 1009 maurorum (Taurorum) etc. Ad exemplar uero illud anticum e nostris libris proxime uidetur accedere Rehdigeranus n. 13 (*R 13*) pessimis ille quidem foedatus uitiis et ab homine scriptus et inperitissimo et neglegentissimo, sed, id quod maximi est in hoc genere momenti, mutandi libidine et uitiorum occulendorum consilio prorsus intactus. Id praeter alia aperte ostendit locus uexatissimus qui est 422 sqq. ubi omnes ceteri libri sic habent:

extrahere pisces rete uel calamo leui
decipere uolucres crate uel calamo aut leui
tenere laqueo premere subiectos iugo
tauros feroces e. q. s.

quem locum ita restitui posse putabant editores, ut uerba 'uel calamo aut leui tenere laqueo', ut quae et male repetita et insulso additamento aucta essent, exulare iuberent. Sed aliam uiam ingrediendam esse docet *R 13* uersus sic exhibens:

extrahere pisces rete uel calamo leui
decipere uolucres crate
tenere laqueo. premere e. q. s.

Cum uero res flagitet ut piscibus et auibus conmemoratis beluarum quoque mentio fiat — ad quas 'crates' aperte spectant — libro illi qui hemistichium intercidisse ostendit, quin fides sit habenda non dubitamus. Versum suppleuimus ex Hor. ep. II 45 (u. adn. ad u. 423). Videmus igitur hoc loco uitium cum in omnibus ceteris libris hemistichio antecedenti male repetito dissimulatum sit, in solo *R13* fideliter expressum. Neque magis fugiet peritos u. 42 quod in *R 13* legitur 'ora trais' id propius accedere ad genuinam scripturam 'britāis', quam quod ceteri praebent 'ora tanais', correctoris manum redolens. Praeterea u. 178 uitiose legitur in libris uolgaribus: 'uultus deo Similes uolanti feruens flamma abstulit',

quae uerba transponendo ad metrum redigere studebant editores male tamen prouidentes concinnitati structurae. Verum ostendit *R 13* qui uocibus ut saepissime transpositis hoc praebet: s. u. ferues quos fl. a., quod leui mutatione sic emendatur: s. u. quos furens fl. a. Simili ratione multis locis ex solo *R 13* genuinam scripturam restituimus. Sic u. 50 ira pari (odio p. *A*) 260 iusti coniugi (nostri coniugis *A*) 408 numinis magni dea (nominis *A*) 149 dira et sitis (dira sitis *R 13* diri sitis *A* corr. N. Heins.) 701 infelix nox (i. mox *A*) 798 attonitas (attonitus *A*) 741 residi (resedi *A*) quaeque sunt alia. Sed is qui *R 13* exarauit quamquam de suo nihil addidisse nec quicquam uolens mutasse iudicandus est tamen cum tanta fuerit inscitia tantaque in scribendo usus sit indiligentia, ut persaepe scripturam archetypi magis uitiosam redderet ac deprauatam quam ceteri libri: horum ad subsidium haud raro refugiendum est. Huius autem generis praeter ceteros excellunt Londinensis Rehdigeranus n. 12 Lugdunensis (*B R 12 C*), quos non solum multis locis cum *R 13* consentire uidemus uerum etiam haud ita raro, ubi et ille et ceteri peccant, solos pristinam scripturam seruare. Minoris ad Octauiam emendandam momenti erant Gothani Vindobonensis Rehdigerani 10 et 11.

I Transimus ad recensendos et describendos utriusque generis codices eos quorum auxilio in emendandis tragoediis usi sumus. Alterius (*E*) generis hi sunt:

Thu. **Excerpta thuanea.** Codex thuaneus i. e. Parisinus n. 8071 membr. foll. 61 formae maximae saec. IX ex. uel X in. scriptus (Fr. Duebner ap. L. Schwabium in Catulli praef. II n. 6). De hoc libro praeter alios exposuit C. B. Hasius in praef. F. G. Schneidewini ad Martialis t. I p. LXXXIII. Quae foll. 57 58 continentur excerpta ex Senecae Troadibus Medea Oedipo ea accuratissime descripta accepimus Fr. Duebneri beneuolentia. Ex quibus quoniam pauca in adnotatione critica conmemorari poterant, tota hoc loco describenda curauimus. Haec autem Ennodii epigrammatis subiecta leguntur:

fol. 57 uerso.

col. 1. IN NOMINE DNI INCIPIT EXCERPTVM DI TRAGOEDIA TROADOS ANNEI SENICĘ. HECVBA CHORVS,

lan
;TROADṼ Haec ferite palmis pectore & ṗ////tus [1]) et iusta,
troię
facite iamdudum ſonet fatalis ide iudicis dom'
CH non rude uulgus lacrimisq: nouũ lugere iubes
hoc continuis egim'. annos ex quo tetigit phrigius
gratias hospis amyclar[2]) secuitq: fretum pinus matri
ſacra cibebe decies niuib: canuit idem deciens nr̄iſ
nudata rogis et ſi gens trepidat cāpis decimas secuit
meſſor aristas ut nulla dies merore caret ſed noua·
flet' causa ministraturice ad planctũq: miseramq:
leuare genam manũ uulgus dominā uile seq: mur
non indociles luger& ſumus·

i
HC fede casus nostri comites ſoluite spem per colla
fluant mesta capilli trepido troię
Puluere turpes paret exertos turba lacertos
uester emissa ſubstringe ſinus utroq: tenus
Pateant artus cui coniugio pectora uellas captiue
pudor cingit tunicas pallais lutaſ[3])
Vacet ad crebri uerbera planctus furibunda man̉
Placet hic abiт̉ placet agnosco troada turbam
n
Iterũ luctus redeat ueteres ſolitum flendi
uincite morem hęctore flenius
Hoc ſoluimus om̄ſ lacerum multo
funere cinem coma dimisa eſt
Liberando sparsitque cinis feruidus ora cōplete man̉
Hic ex troias sũpsisse licet cadit ex humeris ũris aptus
Ique tegit suffulta talus iam nuda uocant pectora
dextras nunc nunc uires exprome dolor
Rhotea ſonent litora planct̉ habitasq: cauis
montib: echo nouat ſolitoſ ı extrema breuis
Verba remictat totos reddat troie gemitus
audiat omnis pontus &a&her ſeuite manus
Pulsu pectus tundite uasto non ſum ſolito contenta
sono haectora flemur
i
col. 2. haec tibi nr̄a ferт dextra lacertos humero referit
ti sanguineos tibi nr̄a caput dextera pulsat
Tibi maternis palmis laniata iacent
fluat et multo ſanguine man& quam
Funere feci rupta cicatrix columen patria
mora fatorum tu presidium

---

1) *eraso* ec· 2) amydar? 3) luttiſ?

Cum usus eras humcrisque tuis
fulta ꝑ cinnos tecum cecidit ſomnus quelia
Haectoris idem patrię qui fuit uestite
priamo uestros fundite fletus satis

Choaccip estor phrigię pla^n^ctus
accipe fletus bis capte senex
Nil troia semel te rege tulit bis pulsari uidit
dardana graio

Moenaſ ferro bisque pharetras passa he^r^c^uleas
porte latos hæcubę partus re . . . .[4])
Postrema pater funera cludis . . . .
cæſſuſſiguea premis litter a [5]) . . . . . .
Haec alio lacrimas flectite ũras non est p . . . .
miseranda me mors iliades felix priami
Dicite cuncte liber manes uadit ad imos
Nec feret umquam uicta granum ceruice iugũ
Non ille duos uidet triadas nec fallacem
cernit ulixen non argolici p̄da triumphi
Subiecta feret colla tropeis non ad sceptra

manus potergadabit agam me^n^nonios aurea
dextra uincula latis fiet pompa micenis
Chofelix priamus dicimus omnes secum excedens
sua regna tulit nunc et lysumen horis tutis
errat in umbris intq̄ue pias felix animas hęc
toraquerit felix priamus felix quisquis bello
moriens omnia secum consumpta tulit.

FINIT. TEXTUS EX TRAGOEDIA MEDEAE.

Chonulla uis flāme tumidi euenti tanta
necta lima uendat quanta cū c̄iunx uiduata
ardet et odit non ubi hibernos nubilosus imbres
Auster duxit ꝑperata hister et cunctos u&ate
acuagus erat non ubi pullit rodanus ꝓfundum
fol. 58 recto.

col. 1. aut ubi in riuos niuibus solutis soleiam forte[6])
medioque uere tabuit themis.
Caecus ·ē· ignis stimulatus ira nec regi iurat
patitur uefrenos aut timet mortem cupit[7])
ire in ipsos cho obuius enses. EX EODIPPI TR̄.
Effusa redimite commam natante corimbo
mollianis eis armatus brachia

---

4) *extrema horum uu. uerba absumpta piceo unguine*
5) *litera* a *incerta.* 6) *corr. ex* forti 7) cupit *in ras. eadem m.*

Iт̃ te senior turpis sequitur silenus aselle
turgida pampineis redimiт̉ temp; c̄dita lasciue deducuN
Iт̉ te pontiregnatene nitidi nereidūq: choriscat m&ia
[8]) cingitur ius habet influctus magni cognatus bachi
nom̄ñuil
Et[9]) te sequitur curuus fugientia carbasa daifin
. . diuiti ẽ[10]) pactulas. uex̃ telidius unila
A . . . . torrentide ducen flumina ripa
. . x[11])uſarcus genticasq: sagittas lucteam cahos seg&es qui
. . . sanguinem uincit regna securi geribaccum
. . . . ligurgi
. . . . . l . . lum current annosi sidera mundi
. . . anus clausum dum fluctib: ambi ꝗ [12]) т orbem
. . naque dimiſſos dum plena colliget[13]) ignes
Dum matutinos p̃dicet lucifer ortus
altaq: ceruleum dum nerea neſa a&[14]) arctos
candida formonsi ueuerabimur ora lyei

CHOXOUS THEBANORUM

Chociandis catmi generosa proles urbem cũ tota uiduas colonis. Respicis terras miserana thebe carpitur l&o tuis ille bachemilles extremo comes usq: adindos ausus eois equita recampis mi
Figeret mundo tua signa primo cinna . . [15]) siluis arabas beatos uidi et uersa equites sagittas terga falacis me tuenda parthi litus intrauit pelagi rubentis
Promiit hinc hortus aperiq: lucem phoebus et flã ma propiore nudos inficit indos.
Stirpis inuicte genus interimos rapimur sequo rapien tes fato dicitur sẽp noua pompa morti longus ad mamis ꝑ peratur ordo agminis mesti seriesque tristis. heret et turbe et tumulos petenti non satis[16]) semp patuere poſtae[17])

col. 2. Stat grauis strages ꝑmiturq: iuncto funere funus pma uis tardas tetigit bidentes laniger pingues male carpit herbas colla tacturus steterat sacerdos det manus certũ parata alta uulnus. EX LIBRO LUCANI ·VIIII·

DE DIVERSIS SERPENTIBVS

Illa tamen steriles tellus secundaq: nulli

UERSVS EUCHERIAE POETRIAE

Aurea *et q. s.*

---

8) *superioris paginae macula etiam hanc adeo affecit ut decem qui secuntur uersuum initia non legi possint.* 9) *Litera* E *incerta.* 10) ẽ *incertum.* 11) *litera* x *incerta.* 12) a *ex* t *factum.* 13) collliget *ex* colligit *corr.* 14) *uel* neſaci& 15) *duabus literis erasis* 16) *uel* scitis 17) *uel* portae.

E ε *) Codex **Laurentianus** (Etruscus Tuscus Mediceus Florentinus optimae membranae Gron.) Montfaucon p. 316ª Bandinius plut. XXXVII 13 membr. formae octauae foliorum CLXIIII quaternionum XX atque dimidio saeculi ut uidetur non XII sed XI. uersus in unaquaque pagella sunt XXXIII lineae stilo subductae quaternionum numeri imis foliis minio adiecti. Luculenter atque aequabiliter cum textus a librario esset scriptus, plures passus est correctores qui radendo in peius mutando supra scribendo proprias eius lectiones non raro deprauarunt. Secundae manus quae est saeculi XIIII atramentum nigrius est, pallidum tertiae saeculi XV, sed est ubi uariae manus non possint dignosci. Extremas uersuum literas non numquam absumptas secunda manus restituit. Scripturae conpendia pauca tum potissimum si uersus essent longiores adhibita. Personarum notae non numquam in margine sinistro adiectae, plerumque ipsis uersibus praefixae. Inscriptiones et fabularum et scaenarum minio scriptae literis maiusculis. adduntur aliquotiens notae metricae quas huc ex parte congessimus:

Herc. I post u. 124 CHORVS|ME|TRV̄|A|NA|PE|STI|CVM
post u. 523 METR\ ASCLEPIADEVM. CHORVS
post u. 592 METRVM IAMBICVM. ARCHILOYCVM | HERCVLES
post u. 829 METRVM SAPHICVM. CONSTAT TROCHEO|SPONDEO. DACTILO. ET DUOBVS TROCHEIS.|CHORVS
post u. 874 METRVM · HOC GLICONICVM. CONSTAT SPONDEO. CHORIAMBO. VEL PYRRICHIO. CHORVS

Tro. post u. 368 mg. dextro: ME|TRV̄|AS|CLE|PIA|D|E|V|M ∴
post u. 811 ME|TRV̄|H|O|C|S|A|P|H|I|C|V|M
post u. 1006 ME|TRV̄|HOC SAPHYCVM

*) *E* posuimus ubi disertum scripturae habebamus testimonium, ε ubi lectio silentio H. Peteri quodam modo conprobatur.

Herc. II u. 1 HERC̃ METRVM Ḣ ARCHILOICV̄. TRIMETRV̄ CATA|LEC|TICVM

u. 103 METRV̄ HOC ASCLEPIADEV̄

Addita praeterea sunt interpretamenta quaedam uel supra uersum uel in margine. detersa uidentur consilio quae adscripta erant saec. XIIII in mg. fol. 1 et plurium. Supra primum paginae primae uersum quae scripserat manus secunda possessoris alicuius nomen indicantia cum diris in libri raptorem eorum uix uestigia nunc adparent:

istu deg ba e occidet
Iste liber .... deiLb a dis p hīcus ≡cola
im fl

Continentur autem folio 1r. haec:

Tragoedi sunt qui antiqua gesta atque facinora sceleratorū regū · luctuoso carmine · spectante pp̄lo concinebant q̄bs initio canentibus p̄miū erat · ircus · quē greci tragos uocant unde et oratius · Carmine q̄ traico iulē certauit obir cū ·

Iam de·hinc sequentes tragici multum honorē adepti s̄t · excellentes in argum̄tis fabularum · ad ueritatis imaginē fictis ·

Cura labor · meritū · epitaphyū · M · L · a · Senecę sūpti ꝑmunere honores · ite alias posthac · Sollicitate animas · Me procul a uobis dš euocat · ilicet actis terrenis rebus · hospita tr̄a uale · corpus auaratam̄ sollēpnibꝫ excipe saxis · nāque animā celo reddimus ossa tibi

MARCI LUCII
ANNEI SENECAE
TRAGOEDIA · N · VIIII ·
HERCVLES . TROADES ·
PHOENISSA MEDEA
PHAEDRA · OEDIPPVS ·
AGAMEMNON · THYESTES ·
HERCVLES ·
INCIPIVNT ·

§ lectico
METRV̄ IAM̄BICV̄ ARCHILOICV̄ C̄STAT TRIMETRO CATA

Hunc librum in lucem protraxit J. F. Gronouius anno xxxx° saeculi xvii sed demum a. lxi° in editionis suae praefatione conmendatum restituendis Senecae uerbis adhibuit. Pauca adiecit in altera editione a. lxxxii Jacobus illius filius cuius manu scriptos codicillos a Diezio ex bibliotheca Laurentii Santenii a. mdcccº coemptos (nunc sunt Berolini inter Mss. Dieziana B Sant. 154) post F. H. Bothium alter nostrum excussit m. maio a. mdccclviiii. Sex annis post Gronouium in eundem librum incidit Nic. Heinsius qui et in conmentariis Ouidianis et in aduersariorum libris multas eius lectiones conmemorauit. Possidet bibliotheca Lugduno-Bataua (Geelii cat. n. 597. xxi. Burm. Q. 31) „Nic. Heinsii ex codd. Mediceis ad Martialem Senecam tragg. etc. perpauca." O Ribbeckius ex duobus Oedipi et Agamemnonis canticis excerpta nobiscum conmunicauit. Totum codicem in usum nostrum denuo conferendum suscepisse Hermannum Peterum a. mdccclxiii° grato animo testamur.

II Pergimus ad enumerandos libros alterius generis

A

rescr. **folia mediolanensia rescripta** a Friderico Ritschelio in palimpsesto plautino reperta. Cf. Z. f. A. W. 1837 p. 745. Rh. Mus. N. F. i. p. 31 et p. 66. 67. Parerga plaut. p. 305 s. Quinto fere uel sexto saeculo deberi ea supra coniecimus. Quae folia quem in codice locum tenuerint et quas harum tragoediarum partes continuerint adcuratius dicendum est.

Reperit Ritschelius bina foliorum paria et singulum folium, quorum par alterum continebat Med. 196—234 et 235—274 *) (numeri sunt huius editionis), intimae scilicet quaternionis membranae uel fasciculi folium iv^um^ et v^um^. alterum Oed. 399—438 et 520—557, quaternionis iii^um^ et vi^um^ folium**). in singulo denique folio scripti erant Med.

*) inuerso tamen ordine. recte Ritschelius: „das 1te blätterpar war das innerste einer lage; der 2te schreiber brach es aber umgekert, wodurch die blätter in verkerte folge kamen." **) non alterum et quintum („das andere

697—736*). Iam fasciculum illum cuius quartae membranae Med. 196—274 continebant, huius fabulae uu. 87—393 conplexum esse facile conputamus, quippe uicenos uersus singulas paginas habere, in personarum mutationibus binos in exordiis scaenarum singulos inpensos esse uersus Ritschelius testetur. Haec igitur eius fasciculi erat species:

Fol.	1.	Med.	87—126
	2.		127—165
	3.		166—195
	4.		196—234
	5.		235—274
	6.		275—331
	7.		332—352
	8.		353—393

Proxima quaternio continebat Med. 394—696, i. e. 302 uersus in 320 lineis ut hodie adpellamus — numero enim 302 addas necesse est 18, cum 15 uersibus personae mutentur ter scaenae fiat exordium —, unde consectaneum est singulum illud folium in quo sunt Med. 697—736 primum fuisse quaternionis. Reliqua pars Medeae hanc nouam quaternionem conpleuisse uidetur exceptis ultimis 7 uersibus. Etenim u. 737—1035 aequant 298 uersuum numerum, qui decem uersibus augendus est — ter scaena mutatur, septiens persona in septenis uersibus — ita ut 308 uersuum numerus euadat. His 21 detrahendi, 12 enim monom. anap. et 30 dim. iamb. probabile est 21 uersibus (i. e. lineis) discriptos fuisse**). Itaque 287 uersus relincuntur. Pri-

blätterpar ist das 2te eines quaternio gewesen, von aussen her [immo: „von innen her"] gezält"), nam uersus 439—519 non poterant per duo continuari folia sed unum conplebant.

*) non 697—747 cum singulae paginae Ritschelio teste uicenorum uersuum non transeant numerum. **) Binos uersus breuiores in singulos librarium coartasse cum omnino sit ueri simile, tum anapaestos quidem dimetris discriptos esse constat. Quod nisi statuis nullo pacto efficies Med. u. 697, qui re uera est primus foli uersus, a nouo folio incipere. Dimetros autem iamb. (857—886) qui dimetris non tetrametris discriptos fuisse in hoc codice mauolt statuere,

mum uero quaternionis folium cum uersibus 697—736 (i. e. 40 lineis) occupetur, lineae restant 280, unde patet 7 uersus ultimos primo folio proximi fasciculi tribuendos esse. Quae si recte sunt conputata, Med. 87—1028 tres conplebant quaterniones, uersus 1—86 et 1029—1035 erant in eis qui proxime antecedebant et sequebantur fasciculis.

Oedipi relliquias quae conplectebatur quaternio hanc ha buit effigiem:

Fol. 1. 321—358
2. 359—398
3. 399—438
4. 5. 439—519
6. 520—557
7. 558—597
8. 598—637

Tota autem tragoedia secundum similem qua modo utebamur conputandi rationem hasce codicis partes tenuisse uidetur:

inscriptio et u. 1—2 in fine fasciculi
u. 3—943 tres fasciculi
344—1081 tria folia quarti fasciculi et nonnulli uersus quarti folii.

Videmus igitur neutram harum tragoediarum a plena quaternione incipere, neutram in plena finiri neque ita eas conparatas ut altera alteram excepisse putari possit. Ex quo si nihil aliud id certe effecisse nobis uidemur, plures his duabus fabulas codicem illum continuisse.

Is liber quamquam alium tragoediarum ordinem uidetur secutus *) esse quam codices uolgares, tamen scripturae

---

is numeris nostris 15 addat oportet. Ad id quod nostra conputatione consequimur ea differentia nullius est momenti.

*) Neque uolgarem neque florentinum fabularum ordinem tenuit, id quod non difficile esset conputando probare. Sed tertium quendam est quod suspicemur in eo fuisse ordi-

cum uolgari recensione plerumque consentiunt. Folia ea quibus Medeae relliquiae continentur contulit Ritschelius cum editione marolliana (Paris. 1664), Oedipi fragmenta cum collectione poett. latt. florentina ed. a. 1834 qua non licebat uti. Quae in eis foliis extare certis uerbis Ritschelius confirmat in nostris conmentariis exhibuimus, quae ex tacito cum ed. maroll. consensu adparent, infra subiecimus*). Cum *E* folia rescr. consentiunt his tribus Medeae locis: 219 rabida (*A* rapida) 266 tu tu (sed tu *A*) 268 robur uirile est (uirile robur n. f. m. est *A*). Plerisque locis eis conuenit cum uolgaribus libris:

	A. Rescr.	*E*
213	dulcescunt	durescunt
218	nunc	tunc
214	exercet	exterret
218	uiri	proci
233	ducum t. ducem	ducem t. ducum
240	primus	primum
241	flagranti *A* fraglante *Rescr.*	flammanti
242	qua	quae (ψ)
244	tuli	titul
249	terra hac	terram
	et	ac
252	uiolenter	uiolentus
256	quippe te	quem (*om.* quippe)
267	audendum	audenda
704	manu	manus
712	sparsus	sparsas
713	Parthus leuis	Parthi leues
714	quis	qui (ψ)

---

nem, ad quem fortasse referenda sunt Aldhelmi uerba, saeculi VII hominis, Agamemnonem sextum fuisse uolumen dicentis (de septenario ed. Mai. p. 588). *) Leuiora orthographica nec non differentias typographi errore natas omisimus.

	A. Rescr.	*E*
716	quos	quo
	sueui	suebae
	hercyniis	hyrcaniis (ψ)
721	dirusue	uirusque
740	istis	illis (ψ)
743	uos precor	comprecor

quarum differentiarum eis ubi *E* librarius aperte peccat nulla est auctoritas (213 218 244 704 712 716 721).

7φ **Codex Vindobonensis** in bibl. inperialem ex conlegio Iesuitarum Vindob. translatus membr. saec. XIIII foll. 154 fol. in Endlicheri catal. sign. CCXI$\frac{61}{R\,920}$ hunc in fronte praefert titulum:

Marcij. Lucij: Añej: Senece Cordubensis. x. Tragedie. *)
Hercules. troades. Phenissa. Medea. Phedra. Edippus.
Agamenon. Thiestes. Hercules. Octauia. Iuno.

Alius in ipso libro est fabularum ordo, alia sunt nomina: fol. 1 Herc. furens f. 20 u. Phoen. f. 29 u. Hipp. f. 46 u. Oedipus f. 61 r. Tro. f. 77 u. Med. f. 90 u. Ag. f. 103 Oct. f. 114 u. Thy. f. 129 r. Herc. Oet. Herculis prioris duplicem habemus conlationem: alteram Jo. Vahleni auspiciis factam a. h. s. LVIIII ad ed. Bip., alteram nostris sumptibus a J. Hauptio a. LXIIII Aldina adhibita institutam.

? R 11) **Rehdigeranus** membr. sign. S I 6, 11. Folia non numerata quinterniones efficiunt. In paginis 44 uersus habentur. Cuiusque tragoediae prima litera picta. Desunt argumenta neque adscriptae sunt glossae, sed addidit ipse librarius in mg. dextero uarias lectiones quae non numquam cum optimis consentiunt. Adscripsit tamen et recentior manus quaedam literis minimis supra uersum. Conpendia scripturae rarissima sunt pro eo tempore. Subscriptiones singularum tragoediarum in adnotatione descripsimus. Totī

*) 'Senece' in nostra conlatione omissum, x in Endlicheri catalogo desideratur.

uolumini in pagina quae Herculis subscriptionem sequitur haec sunt subscripta:

M. Lucij Anei Senece Oetea Tragedia decima ɀ ultima felicit' explicit die xxv^to^ mensis Jullij de MCCCLXXXXI°. XIIII^ta^ Indic'. qua die ɔflicte fuerunt gentes dñi Comitis de Arminiaco penes Alexandriaȝ ciuitateȝ per gentes dñi Comitis V̇ tutuȝ ĩc quaruȝ gentiuȝ capitaneus generalis erat dñs Jacobus de Verme de Verona. Scriptuȝ et completuȝ dictuȝ opus per me Bartolomeuȝ notariuȝ de Cauaiono de Scto firmo Verone. quod opus Incepi die XXIIII^to^ aprilis dcti Milli in festo beati Georgij.

Tragedie meij Bartolomei de Cauaiono de Scto Firmo Verone ut supra ꝑ me scripte.

Decem annis post Bartolomeus 'Euidentiam Tragoediarum Senecae traditam magistro Marsilio philosopho paduano ab Albertino Mussato paduano poeta' duabus columnis scriptam subiecit, cuius in fine haec habes:

Scpsi uelociter die dñico ·XII· ms Febr M°CCCCII° Jud'. x^a^. duȝ nouus ellectus Imptor padue morã traheret iã Venetiis reũsus ɀ quo tpr oparii ml'ti cui'cũqȝ gñis eent ĩ t'ritorio Vincẽtie pro reficiẽdo bastitam de Y Noualeis sup baccaionũ.flumẽ peñ Vincẽciã ꝑ quqȝ Miliaria. Vbi erat do' Vgolotus cũ multa caterua Y gentiũ armigerd ɀc · |

Finem denique facit Martialis epigramma I LXI.

R 10 **Rehdig.** S I 6, 10 membr. foll. 135 fol. saec. XIIII initialibus et picturis ornatus. Continet decem Senecae tragoedias. Adligata est Gregorii Corrarii Progne, cod. memb. saec. XV. foll. 16 fol. Glossas adiecit librarius, alia manus uarias aliquot lectiones. Ordo tragg. uolgaris. Inscriptio: Publii Annei Senece Corduben. h'cules furẽs incipit etc.

R 12 **Rehdig.** S I 6, 12 'Senecae tragoediae cum glossis Nicol. Traveth'. Sed in ipso libro nullum Travethi uestigium. Cod. chart. saec. XIIII fol. Ordo tragg. uolgaris paucae glossae aliena manu adspersae. In fine: Iste liber tragediarum Senece Cordubensis est meij girardi bertolani... | passalaque de casa noua || Ego girardus ...... plublicus (sic) ĩpialis.

13 **Rehdig.** S I 6, 13 'L. Annei Senecae Tragoediae' cod. chart. XIIII saec. ex. fol. Argumenta librarius addidit. In fine:

> Expliciũt tragedie contemplate per magrm Doĩcuȝ
> de domĩcıs de cremona ordıš bĩe Marie de
> monte carmelo. Consumate ꝑ man' anselmini
> de raymondis Anno dnĩce Incarnatoĩs
> MCCC octuagesimo sexto die decĩo octavo maij.

Haec addidit rec. m.:

> Iste tragedie s̃t mei .... morantis
> padue ꝛ nũc locnıco (?) quas tragedias ego
> accomodaui magr̃o Tomaxio de Zachanato.

14 **Rehdig.** S I 6, 14 'Tragoediae senecae cum glossis Nicolai Traueth Ordinis Praedicatorum in Anglia' cod. chart. saec. XIIII. Argumenta et conmentarius perpetuus. Fol. 1 col. 1 Incipiunt tragedie senece glosate | per fr̃eȝ Nicolauȝ traueth ordinis p̃ di | catoꝝ etc. Additae sunt glossae interlineares uariaeque manus uaria adleuerunt. Desinit codex in Medeae uersu: Vos precor uulgus silentum. Personarum notae desunt sed mutatae personae signum = additur. Huius libri mentionem facit J. A. Fabricius in bibl. lat. ed. Ernesti t. II. c. IX.

Gothanus membranaceus II No. 51. Folia inscripta CLXV, lineae in plena pagina 37 atramento ductae. Codex nitidissime scriptus. initiales auro et coloribus, tituli subscriptiones personarum notae rubro pictae. Continet fol. 1 et 2 argumenta*) decem tragoediarum, fol. 3 — 165 tragoedias hoc ordine: hercules furens. thyestes. thebays. ypolytus. edypus. troas. medea. agamemnon. octauia. hercules otheus. Scriptus uidetur in Italia saec. XV**) de exemplari et ipso recentiore ab homine indocto illo quidem sed diligenti. Fol. 3 infra textum insignia gentilicia quae ad-

---

*) In fine primi argumenti: 'causa uero efficiens siue seneca poeta. Sed qꝛ dubium uertitur inter multos an fuerit ille moralis qui epistolas ad lucillũ composuit placuit ꝛc'. **) In primo argumento conmemorantur Hugutio et Boccatius, ad Herc. oet. 1611 Travetta 'commentator tragoediarum'.

picta erant erasa sunt. Fol. 165 ubi hercules oethaeus finitur haec leguntur: Senece poete Tragediarum liber decimus et ultimus qui hercules oetheus nominatur hic feliciter explicit. Deo gratias. Amen.' Infra auro pictum nomen 'Nicolaus' et atramento nigro scripta: 'Sit nomen domini benedictum. Ex hoc nunc et usque in seculum'. Glossarum marginalium per totum librum uberrima copia*) item interlinearum in IIII primis tragoediis et parte v^ae^. Scriptae sunt nitidissime et ab eadem manu ut uidetur ac textus tragoediarum.

g **Gothanus** chartaceus n. 256 fol. CLXVIIII lineae plumbo ductae in plena pagina 34. Scriptus est saec. XV parum adcurate sed luculenter. continet X tragoedias eodem ordine ac G. argumenta singulis tragoediis praemissa, personarum notae inscriptiones subscriptiones omnino desiderantur. Scatet lacunis incuria librari ortis.

Vtrumque Gothanum ut alteri nostrum Posnaniae hieme MDCCCLX$\frac{II}{III}$ inspicere liceret factum est liberalitate uirorum doctorum qui bibliothecae ducali gothanae praesunt.

Vrat. **Vratislauiensis** bibl. reg. uniu. chart. IV Q. 58. Liber B. V. Mariae in Lubens. scr. a. 1492. desinit in Agam. u. 61. conlatus ab altero nostrum a. MDCCCLVII.

His codicibus addendi sunt tres quorum pleniore notitia uti licebat in Hercule priore:

T[1] *T*[2] **Turonensis I** et **II.** Cf. Wollenbergius in Z. f. G. 1860 XIIII p. 716—718. Alter (*T*[1]) est cod. membr. saec. XV in. In fine: 'Expliciunt tragedie Senece. Deo gra-

*) Ioci caussa exemplum damus. Ad Oed. 407 'et ulterius notandum quod nullus corus tocius libri est in metro tam uarius nam constat ex datilo exametro heroico anapestico coriambico et plus quam tetrastrophos alicubi itaque contra Regulam dare nequiuit. Et potest una opinari causa quare sic poeta fecerit. Nam hic multe persone loquuntur et sic oportuit metrum multipliciter uariare et in festo et sacrificio bacchi bene potabant omnes et sic bene poti uarie loquebantur'.

cias amen. scripte ac complete per manus Johannis. Ten. Norde. de Doetinchem. Clerici Traiecteij diot. Sub anno domini M·CCCC°VIIIJ die decima nona mensis Ianuarij'. Tragg. ordo solitus. Argumenta singulis tragg. praemissi. — Alter (T^2) saec. XV uergentis. deest fol. 1. incip. Hf. u. 66 Ordo paulum inmutatus (Edypus ypolitus trohas). — Vtriusque primam fabulam Wollenbergius contulit cum ed. Thysiana et uarias lectiones publici iuris fecit Z. f. G. XV p. 190—194. alius eiusdem bibliothecae liber saec. XV med. praeter philosophica opera Senecae argumenta tragoediarum auctore Albertino Musato continet.

P **Pulauiensis** s. **Varsouiensis** membr. formae quartae. exaratus Patauiae a. 1396 conlatus a Groddeckio Ser. Principi Czartorinsky bibliothecae praefecto postea prof. Vilnensi cum ed. Gron. I qui uarias in Herc. I lectiones foras dedit in Heereni Bibliothek der alten L. u. K. 1793, 10. Memorabilis est subscriptio: 'Lucii Annei Senece Hercules Oheteus tragedia decima simul ac totus Tragediarum liber hic finem habet dei grã quem scripsi ego Georgius filius Dñi Pauli Regii militis de Georgiis de Jadra et compleui Padue die XVI mensis Octobris hora XX millesimo trecentesimo nonagesimo sexto et habui exemplaria a Venerabili Nobilibus et sapientibus uiris dñis Petro de Rabata Canonico Paduano Johane Delfine de Venetiis Zanonio de Caffonibus de Vicenzia. quibus et omnibus in hoc libro studentibus ac michi Cristus Omnipotens dignetur Spiritus Sacri gratiam habundanter largiri cui sit laus et s. p.' — De bibliothecae Pulauiensis fatis u. Serapeum VI p. 48 XI p. 333.

Praeterea ad restituendam uolgarem recensionem usi sumus

Aα **editione aldina** a. MDXVII ab Hieronymo Auantio curata. Qui quoniam tanta cum diligentia et sano iudicio adiutus conplurium codicum mss. auxilio (u. infra) in textu constituendo uersatus est, ut recensionem effecerit uolgari simillimam, editionis aldinae lectionem, ubi cum libris uolgaribus uel omnibus uel pluribus uel uno et altero consentiret, pro lectione uolgata (*A*) dedimus, ita tamen ut

ψ discrepantes aliquot uel plurium librorum scripturas (ψ) adnotaremus. ubi ab omnibus libris discedebat α graecum
ω ponebatur, utriusque recensionis consensum litera ω significauimus. Id uero hac in re monendum est, non numquam non *A* uere uolgarem lectionem esse, sed ψ. Etenim cum in libros uolgares singulae scripturae ex meliore recensione translatae essent, id quod supra demonstrauimus, has Auantius interdum recepit. Quamquam si uniuersum spectamus, nullum librum uel manu scriptum uel inpressum fatendum est tam prope ad genuinam recensionis uolgaris condicionem accedere quam Aldinam.

In **Octauia** recensenda praeter Rehdigeranos, Gothanos, Vindobonensem de quibus supra dictum est, hos duos adhibuimus:

C **Lugdunensis** XVIII 16 *E* quode J. Geel. catalog. mss. lugd. bat. No. 370 haec uerba facit: 'Codex partim membranaceus, partim chartaceus XIV sec., 236 foliorum in folio, literis initialibus pictis, prima pagina uersi coloribus et deauratis flosculis ornata. L. Annaei Senecae Tragoediae. Subscriptio: Explicit Annei d. Senece tragediarum liber feliciter scriptus per me michaelem de franchis de clauario scriptorem atque scribam uenerabili uiro magistro Guill' de montiolo tunc rectori scolarum loci requinixii in pedemontibus, sub anno mill° CCC° XL die XXVIII mensis Augusti. Laus et gratia summo et altissimo sit creatori nostro in seculorum secula. amen. Tragoediae hoc ordine sunt: Hercules furens, Thyestes, Phoenissae, Hippolitus, Oedipus, Troades, Agamemnon, Octauia, Hercules Oetaeus. Codex correctus est sec. XV—XVI ab aliquo qui in fine adscripsit 'correxi bina uice — a principio usque ad finem'. Hae correctiones tantum sunt lectiones ex alio codice decerptae. Adiecta sunt hic illic scholia inter uersus et marginibus, quae tam ad res mythologicas pertinent quam ad metrum'. 'In prima pagina picta sunt arma possessoris ab eodem, qui reliqua ornamenta addidit. Sub his armis recentior manus adscripsit n. VII° XXIX C. Nutalis uel Mitalis (an Natalis Comes?). In fine post subscriptionem manus recentior ad-

notauit: Iste Senece liber spectat ad me Joh. Recordonis presbyterum alme uień ecclesie'.

Geeli uerbis Hermannus Klapp, qui scripturas huius libri in Octauia maxima cum diligentia in nostrum usum enotauit, addit haece:

'In der eigentlichen subscriptio ist scriptus corrigiert aus scriptum; ferner steht da guill'o. In der jareszal ist nach ccc ein buchstabe so radiert dass ein loch im blatte blieb, dann o darüber geschrieben. Scholien von denen der catalog spricht, finden sich in der Octauia nicht. Der titel der ersten trag. ist nicht genannt. Am ende steht Secunda tragedia thiestes et atrei fratrum. Am ende der 2ten: Incipiunt 3 tragedia. s. cecus edippus ad antigonem filiam suam. Am ende der 3ten: Sequitur quarta tragedia de ypolito thesei ex regina amazonum filio. et phedre priuignio seu phyloçatoe et per eam interempto et crudeliter ipso uirgine lacerato. Am ende der 4ten: Finis ypoliti celebis tragedie tetre. Et requiescat in pace. Amen. Inchoat quina pestilens adhuc edippi ceci. qualiter suum primeuum uesper se huīt textus patet qui sequitur. Am ende der 5ten: Explicit ceci va. Incipit 6a excidii troie et planctus hecube cum choro etc. Am ende der 6ten: Explicit trag^a vi que fertur hecuba. Incipit septima que medea dicitur in iason. Am ende der 7ten: Explicit medea trag. vii. Incipit viii que Agamenon intitulatur. Am ende der 8ten: Lucii annei senece Agamenon explicit. Incipit octau^ia eiusdem seu claudius ymo nero in populum romanum. Am ende der 9ten: Lucii annei senece cordubensis octauia explicit tragedia nona. Sequitur a tergo decima et ultima que hercules oetheus nuncupatur et exitus eius'.

B **Londinensis** musei britici membranaceus, fol. 126, quorum 1—8 igne laesa. continet x tragoedias hoc ordine: hercules furens. thiestea. Edipa. ypolita. tebais. troas. medea. agamenonia. hercules oetheus. Octauia ultimo paenultimone loco sit, is qui codicem in usum nostrum contulit indicare praetermisit. In catalogo saeculo nimis ut uidetur liberaliter

XIII° conceditur. Quod pleniorem huius libri, qui non parui uidetur esse pretii, notitiam nancisci nobis non contigit ualde dolemus.

Restat ut de uolgaribus libris ab eis adhibitis qui ante nos has tragoedias ediderunt breviter exponamus.

Alberti Eybi († 1475) excerpta quae in Margarita poetica leguntur unde hausta sint non constat. Vsi sumus bibliothecae Rehdigeranae exemplari formae maximae s. a. et l. (foll. 231 non numer. quibus praemissa est tabula XII folia conplexa. In eo Senecae excerpta continentur fol. 201 col. 1 ad fol. 204 col. 1).

Palaeotypa ferrariense lugdunense ueneta florentini quibus e libris fluxerint non magis constat. Conmemorantur Bernardini m. s. et Danielis vetustissimum exemplar ad primum Herc. I chorum.

Codex Parisinus 8035 Pierrotio auctore aut ex **ed. C. Fernandi** exaratus aut summa cura conpositus ad cuius exemplar editio Fernandi conformaretur. Praemittuntur in utroque libro argumenta ab Hieronymo Balbo conficta. Quode Fernandus in elegia in calce editionis subiecta: Te Balbi meminisse decet qui codice multo Collato haec tribuit munera tanta tibi (cf. bibl. lugdunensis catal. u. 1716 n. 375 [99] cod. membr. cum quibusdam scholiis recentibus et uersibus Hier. Balbi in primis et postremis foliis).

Hieronymus Auantius uetera exemplaria se contulisse prodit et in praef. ed. Ald. a. MDXVII et in epistola illa ad Jo. Matheum Gibertum quam L. Schwabius ex A. A. Renouardi libro 'annales de l'imprimerie des Aldes Paris 1834' p. 496 descripsit in Philologi uol. XXIIII p. 351 unde docemur illos libros Veronenses fuisse.

Henricus Petri in adornanda ed. Basiliensi 1529 libro m. s. usus est cuius aliquot lectiones in margine leguntur.

Georgius Fabricius Chemnicensis (editio eius prodiit 1566 praefatio e ludo illustri Miseno prid. Cal. Septemb. 1565) usus est codice Regiomontano, ut ipse dicit in

praef.: 'nostrum quidem tragicum ita probauit Joh. Regiomontanus [Joannes Mueller n. Koenigsbergae Francorum 1436 † Romae 1476] mathematicus excellens, ut sua cum manu diligenter et uenuste descripserit. quem librum apud Georgium Agricolam praeclarum philosophum a me uisum adolescens contuli e. q. s.' Ex eodem codice uidetur periochas tragoediarum nomine Lutati grammatici insignitas (sunt autem Albertini Mussati) descripsisse. Fabriciana conlatio adseruatur in bibliotheca Dresdensi 'Senecae tragoediae Bas. 1529 8° cum uariis lectt. a G. Fabricio e cod. ms. anno 1538 enotatis' u. Ebert Gesch. u. Beschr. d. Dresd. Bibl. p. 290.

Antonius Delrio (ed. 1576 et 1593) hos adhibuit libros: Aquitanicos m. s. 'quibus sum postea usus' (comment. ad Oct. 405), Lugdunense exemplar a. 1536 a Ludouico Carrione Icto (n. 1547 † 1597) cum III codd. mss. Belgicis conlatum, ex quibus Tosanus nominatur ad Oed. 871 (comm. p. 132), Burdegalensem ab Elia Vineto concessum non tamen integrum (comm. p. 301) 'Delrianum' cui pauca initio et fine foliola deerant (is erat optimus omnium quibus Delrio usus est), Eguianum (s. Chauuinianum s. Milangianum) quem Simon Milangius typogr. conmodauit Delrioni acceptum a Jo. Chauuinio praeside Eguiano, Moguntinum, quem integrum dicit sed prorsus recentem. adseruabatur in conlegio societatis Iesu moguntiaco, ubi tamen hodie sit nescitur. maxime est interpolatus nec ullius pretii. Accedit liber Winckeliani conlegii Louaniensis et Vaticanus 'quem semel tantum inspiciendi mihi Romae otium fuit'.

Justus Lipsius (praef. 1587 ed. 1588) usus est Melisseo quem a Paulo Schedio Melisso dono acceperat (cf. Lipsi praef. ad Raphel.) et Orteliano. Multis uero locis ubi 'librum suum' conmemorat utrum librum dicat ambiguum est; quamquam aliquotiens de Orteliani scripturis Raphelengius nos certiores facit.

Fr. Raphelengius (praef. 1588 ed. 1589) praeter Abrahami Orteli librum cuius lectiones Raph. ad margi-

nem notarum Lipsianarum adleuerat et quem 'in pluribus conformem Lipsiano' dicit ('nimis nouitium exemplar' uocat Lipsius in epist. ad Fr. Raph. filium data. Cf. epistolarum selectarum chilias. Francof. MDXXVII [sic]) usus est quodam Parisiensi (cf. eius adn. ad Hɪɪ 847 Hɪ 23 815 859).

Commelinus (1589) et **Gruterus** (1604). Eis praesto erant Palatini octo et interpres Palatinus 'qui sua inscripsit Joa. Botticellae'. Ex his libris duo quos Palatinorum bigam uocant et uetustate et bonitate ceteros sex longe superant (in catalogo Gruteriano bibl. Palatinae qui est in bibl. Hamburgensi haec leguntur: 'Senecae tragoediae sexies. || In Senecae Tragoed. Comment.' Serapeum XI p. 188). Praeterea Coloniensem librum Commelinus contulit membr., cui deerant Oed. 428—470 (ut in *R 14*). Grut. ad Ag. 850 Oct. 86). Hodie neque Coloniae extat neque Darmstadii.

D. Heinsius (1611) Dionysi Villeri librum conmemorat.

Scriuerius (1621). Nullius sunt preti quae Isaacus Pontanus Scriuerio transmisit excerpta ex Cantabrigiensi uel Anglicano membranaceo et Cruseriano uel Basiniano chartaceo Thomae Basini archiepiscopi Caesariensis, postea Hermanni Cruserii Campensis.

J. F. Gronouius. In eius commentario praeter Etruscum conmemoratur prae ceteris Vossianus 'melior'. frustra quaesiuimus exemplar illud diuenditum ex bibliotheca Santeniana Lugd. Bat. a. 1800 'L. Annaei Senecae trag. Antu. 1607 J.F.Gronov contulit cum mss. Vossii'. In indice mss. codd. Isaaci Vossi concinnato a Paulo Colomesio (Colomesii opuscula ed. Fabricius Hamb. 1709): p. 865 n. 24 et p. 878 n. 195 Senecarum tragoediae p. 894 n. 92 Seneca tragicus Gruteri cum mss. conlatus. — Montfaucon p. 680c: 'mss. Isaaci Vossii 2520 Senecarum Tragoediae'. Florentini duo (u. Montf. p. 315 sq. 425ᵃ—430ᶜ Bandinius p. 247). Foxiensis, Germanici duo Noricae membranae Th. 685 Ag. 938), Grotianus, nisi idem est ac Vossianus cf. Gron. ad Tro. 997 Hipp. 325 duo N. Heinsi alter maior Tro. 757

alter minore forma (cf. bibl. Lugd. Bat. cat. a. 1716 n. 327 membr. olim N. Heinsii 59), Suffridi Sixtini codex (u. Geeli cat. bibl. Lugd. n. 902 'Aduersaria J. F. Gronoui. collatio cum mss. Suffridi Sixtini. cf. Gronouii uita Hamb. 1723 p. 12 Gudii epistolae p. 324, Tholosates duo (Th. 685 Tro. 681), ms. bibl. Academ. Lugd. (Hii 415), Gronouianus membr. ('quem domi habeo').

Schroederus (1728) usus est Traiectino codice ('chartaceus recentiorisque aetatis' cum scholiis in marg.) et excerptis ex illo et altero eiusdem bibliothecae manuscripto. Vtrumque conmemorat J. Arntzenius ad Aurelium Victorem p. 198.

Torkillus Badenius praeter Pulauiensem (de quo supra diximus) in praef. ad Herc. fur. (1798) his libris se usum esse dicit: Neapolitanis iii bibliothecae regiae, Romanis xiii (iii bibl. B. M. in Minerua ii Angelicae vii Vaticanis quorum iii Reg. Christinae ii Ottobonianae ii Vaticanae ueteris i Urbinensis), Viennensi bibl. Caesareae; in editione tragoediarum (1821) horum librorum paene nullam facit mentionem.

Fr. H. Bothius (praef. 1817 ed. 1819) praeter schedia Gronouiana et Fernandi editione de quibus supra actum est in Hf. Hipp. Oct. usus est lectionibus Vltraiectini cuiusdam a Nic. Bondtio descriptis.

Pierrotius (1829) inspexit codices regios Parisienses, quorum quattuor (n. 8260 8026 6395 8055) saeculi. xiiii quem ultimo loco conmemorauimus Colbertinus ille est qui praeter Senecae tragoedias Stati Thebaida et Persi satiras continet, ab O. Jahnio saeculo xi a G. Queckio xiii uindicatus. ceterum modo uera sint quae Pierrotius ex eo protulit, inter deterrimos est numerandus. Ex ceteris praecipuos decem dicit esse librari peritia et scripturae nitore, Herculem i in xx extare exemplaribus u. praef. t. i p. xvi. De codice 8035 u. quae supra diximus.

Praeterea conmemorantur C. Barthi 'codex peruetus calamo exaratus' u. Aduers. X 15 Thy. 763, Rutgersi Morellianus cf. Gron. ad Herc. 814 Florens Christianus

ad Theb. 402, Zinzerlingi Thuringicus (Gothanus?) cf. Herc. 814.

Argumenta tragoediarum cum omnia recentioris originis sint cum hac editione coniungere noluimus. Sunt autem quinque eorum genera: 1. quae ultimis Aldinae foliis inpressa sunt ab ipso H. Auantio uidentur composita esse 2. argumenta editionis Basiliensis descripta sunt ex N. Trauethi conmentariis (continet eos codex Rehd. n. 14). 3. periochae nomine Lutatii Grammatici e ms. cod. descriptae a Georgio Fabricio non Lactantii sunt Thebaidis statianae interpretis sed Albertini Mussati. repperimus ea in libris gothanis. v. Scriueri nota et Wollenbergius (Z. f. A. XIIII (1860) p. 717). 4. quae in editione Gronouiana singulis fabulis praecedunt confinxit Farnabius. 5. argumenta metrica a Bothio edita sunt Hieronymi Balbi. Bothius ea desumpsit ex editione Caroli Fernaudi (i. e. cod. Paris. 8035 u. supra p. XXXVIIII. Hieronymi Balbi opera poetica coll. J. de Retzer Vindob. 1791 I 247).

Postremo quomodo harum tragoediarum edendarum operam inter nos simus partiti ut breuibus ostendamus, quinas uterque fabulas quasi peculiarem recensendi prouinciam sibi elegit (RP: HI O TR A HII — GR: T Ofr. Pfr. PH M Oct.), sed ita ut et in adhibendis auxiliis criticis et in metris constituendis nec non in orthographia et modo interpungendi idem sequeremur consilium ac rationem. Hanc praefationem et indices communi labore conposuimus.

Scripsimus mense Martio MDCCCLXVII.

ADDENDA ET CONRIGENDA

HERCVLES 6 glaciales E^1 *ut uidetur* || 8 *an* recenti E^1? || 13 aureas *VA* || 30 quę *E* que *Vψ* || 89 *non* eat *sed* caƚ *in mg.* E^2 || 113 u *litera in ras.* E^2 (*non*: us *syllaba*) || 125 *leg.* Iam rara micant sidera prono | languida mundo | nox uicta uagos contrahit ignes [*luce renata*] || 130 *leg.* arcados *cum E* || 163 Turbine m. spes soll. *A adde* φ || 217 a prime *E t. Gron.* || 223 *leg. Christinae* || lumine. *Ibidem uoce* in *deleto leg.*: *constantis* pectore *VA* || 226 prolusit *EA* praelusit *ed. Basil.* || 252 Angaei *E t. NHs. et literas* ang. *testatur HPeter* || 281 adsis o sospes *E* || 288 fulmini quierens (*non* luimını) || p. 16 *u.* 339 *post u.* 340 *transponatur* || *ibid.*: *in praef. ad Petronium* || 356 *l.* factum φ fastum *A* E^2 φ (*ex neutra Vindobonensis libri descriptione discerni potest*) || 379 isto *in E non supra uersum scriptum est, sed in ipsis uestigiis alius uocis quae nequit dignosci.* illo *E t. Gron.* || 444 meae hae sunt *A*φ(?) || 578 *post* ferae *pone lineolam pro puncto.* || 581 Taenariae *LMueller quoque coniecit Fleckeis. ann. phil. 1867 p. 65* || 601 *leg.* archana *EV* || 651 pande uisorum ord. *ci. GR* || 663 s. quam tuta i. q. Enna *ci. L. M. l. l.* || 688 errat ludit *E* (*non P*) || 693 horrent) t *in ras.* E^2 || 727 *leg.* speciem || 745 regit) t *in ras.* E^2 || 806 mina$\overset{s}{=}$ E^1 *uidetur* x *erasum esse pr. m.* || 810 *adde* petenti *EA* || 877 *leg.* sis licet || 899 *leg.* THESEVS *TACITVS* || 940 *in nota adde: u. ad Herc. II 1333* || *lacunae signum post* 942ª *ponendum.* || 1020 *leg.* Parce iam || 1037 *pro* THES. *leg. AMPH.* || 1037 THES. ω *AMPH. ego et HWeilius p. 6* || 1038 latet *E* || 1069 *domitum* o superi *GR conl. uu. 1083 s.* soluite o superi *EV unus Christinae* || 1090 *leg.* clauaeque graui | lassum solitus mandare caput || 1101 *leg.* uaesano || 1124 *leg.* pharetraeque graues | date saeua fero uerbera tergo | [*caedant umeros robora fortes*] | stipesque potens | duris oneret pectora nodis. || *u. 1125 deleui.* || 1205 *adde: cf. Herc. II 979* an arma cessant teque languenti manu non audit arcus? neruos ausa *coni. GR.* || 1236 arcum) leg. *arcum.* || 1285 *leg.* si uiuo || 1294 laribus *ci. etiam LMueller. l. l. p. 66.* || *adnotationis u. tertio extr. pro* 1304 *leg.* 1303.

THYESTES 23 *pro ÆA lege* Me. || 33 repetantque *E adde A* || 72 ripas *A* ipse *E* || 139 cf. Orest. trag. (Haase misc. III p. 29) u. 232: dum commune nefas aequali mente fruantur || *adde* 148 mensas instrueres *E* || 232 *leg.* in parte carpit || 282 *leg.* tuentur *A*ϵ || 286 *leg.* ϵψ (*pro E*ψ) || 450 *rectius fortasse delebitur u.* 452 Tutusque *etc. qui inter syrianas sententias legatur in cod. Parisino 8049 saec. XIIII.* || 529 *l.* uncinis || 633 CHOR. *om. A* (*non E*) || 661 iutaeque *ci. RP.* || 776 *h. u. in animo habuit Ibidis interpres ad u. 427* (*ed. Merkel p.* 468) ‘quod scelus sol uidens retro fugit ut dicit Statius in tragoediis et Ouidius Metamor.’ (Attius *ci. Ribbeck Quaest. scaenicarum p. 334*) || 808 *leg.* sautius || 922 *leg.* Chorus *om. A* (*non:* Chorus *A*) || 983 *distingue post* patrem, 1007 *post* adeste. || 1022 *leg.* Bad. || 1063 corpora exanima *E et ita lege.* || 1088 hac *Grut. Scaliger.* (*dele E*) || *in subscriptione codicis R leg.* flor̃. ĩc (*i. e.* etc.).

OEDIPI FRAGMENTVM *uid. Schoene Allgem. Schulzeitung 1831 II p. 1029.* || 35 *adde* QV || 42 inanes ϵψ manes *A* || 44 ANT. *om.* ϵ (*non E*) || 105 fides *E* || 160 *leg.* 159 || 178 Oedipus *BSchm.* Oedipu *LMueller.* || 198 aut E^1 haud E^3 || 205 dis E^1 diis E^2 || 320 Exemplar ingens *ci. RP. conl.* Hɪɪ 1854 matribus miseris adhuc exemplar ingens derat, Alcmene dabo.

PHOENISSARVM FRAGM. p. 118 119 *leg.* POLYNICES || 34 *l.* 35 || 62 rapiat *E* || 63 arpyla *E* || 73 iamque *corr. m. 3 ex* namque *ut uidetur.* || *folii E nota u.* 71 *addenda* || 119 IŌC. astr. *E* (*dele:* Ioc. *om. E*) || *post u.* 126 *duo tantum uersus cum hemistichio exciderunt.* || 167 *leg.* h$\overset{\text{et}}{\text{ınc}}$ hinc *E* || 196 *lege: cf.* Tro. 273 Hɪɪ 1867. || 215 *leg.* postergum *cum E* || 270 *add.* F. L

PHAEDRA Fedra *fabulae nomen praefert Gudianus* s. XIIII (*Guelferbyt. n.* 34) || 14 *lege:* ubi per graciles leuis Ilissus 14 labitur agros piger, et steriles 15 ubi maeandros per inaequales 16 amne maligno radit harenas 17 || 12 *post* rorifera *rasura E* || 14 elĩſ E^3 || 16 ubi maeander *etc.*) *ordo uersuum uolgaris:* ubi per | ubi Maeander | labitur | amne. *rectum ordinem seruat E* || 103 imo/ *E* || 108 andro *E* || 152 teneri crede *ER* (*non R*ϵ) || 285 *cf.* Oed. 124 || 358 *adde:* F. LXXII. || 416 *lege:* ominum || 424 s. *lege* Quat. VIIII F. LXXIII. || 436 *deleta lineola cum numero* 437 *leg.* timet deponat || 470 *l.* iuuentam || 478 restituet *E* || 517 ramique *E* || 540 $\overset{\text{n}}{\text{cı}}$ncxerat *E* || 593 terre repente *E* || 718 *u.* Prisciani *testimonium ad* Ag. 379. || 743 *cf.* P. Syrus 498 R Voluntas impudicum non corpusfacit. || 789 *in E sic discripta haec sunt:* formonsos solitae | claudere fontibus || 815 iuuenes *E* || 837 quidnam *E* || 868 aut *E* || 872 *leg.* sicine *cum E* || 926 *leg.* abditos || 945 *leg.* poste *cum E* || 991 fasce *E* || 1045 NVNT. *om. E* || 1115 qua *ed. Lugdunensis ut uidetur* || *his uerbis* 1183 oculique — iaces 1193^b 1194^a Morere — amori *deletis quattuor* VI *uersuum strophas* c c′ c c′

restituendas esse ci. RP. || 1216 ascensor *E* || 1265 corp'orı^{s} *E*^{1} *corr. E*^{2}

OEDIPVS 152 *haud scio an* uris *pro* ursis *legendum sit.* || 415 *leg.* et tristes Erebi (*terribilis*) minas. || 439 edon ope dep. *R 10* (*non R14*) || 461. 462 *conmutandos censet GR* || 476 *l. uersum forte in α* (*non A*) *omissum etc.* || 524 *l.* iubes *pro* iubet || 560 *adde* circuit *A* || 570 *nota . uerbis* interposui — 578^{a} *adde: idem uidit GR* || 792 *at cf.* Tr 196 aut cum superbo uictor in curru stetit. || 865 *l.* opimos *pro* optimos || 864 Edip' *G Gron. om. EA* || 881 *Phorbanti dedit HWeilius lacuna constituta post u. 880.* || 1069 pallantes *E* fallaces *A*

TROADES 166 *adde* tutis ε *ed. Lugdunensis?* || 179 *l.* caeco *pro* caeca. || 279 '*al.* tumidum' *Farnabius* || 532 callido *ci. GR.* || 625 *l. set* et huc || 632 *l. Herc. II 845* || 643 *l.* Lustrale *pro* Lustrare || 830 *an* speciosa? *cf. Horat. epod. VIIII 29* nobilis Creta centum urbibus III 27, 34 centum potentem urbibus Creten. || 850 *adde* Gonoessa *Volaterranus* || 869 *fort.* Hecubam

MEDEA 43 cf. Hor. c. I. 22. 6 ep. I. 12 Sen. Thy. 1052. || 93 uirgineo *A* femineo *E* || 102 Phasidis *E ita lege.* || 139 *leg.* melius a melius || 267 *leg.* feminae *ut ci. RP.* || 303 *leg.* posterga *cum E* || 301 *sqq. Versus* 307—8 *seruari fortasse possunt ante u.* 305 *positi nec non uu.* 329—334 *suo loco ferri, si haec probabitur discriptionis et interpungendi ratio:*

A u.	301—304 307 308 305 306 (Audax — — ligno)		a (8)
	309—317 (Nondum — nomen habebant:)		a′ (8)
	318—323 (Ausus — notos)	•	b (6)
	324—328 (Nunc — uelo)		b′ (6)
B	329—334 (Candida — opes)		a^{0} (6)
	335—341 (Bene — timores)		c (7)
	342—348 (Cum duo — habenas)		c′ (7) ||

315 *leg.* arctica *pro* attica || 381 *leg.* tethysque || 435 malam *A* || 436 *inter syrianas sententias* (*n. 599 R*) *intrusit PPithoeus:* 'grauibra quaedam sunt periclis remedia' *abesse a libris mss. adfirmauit EWoelfflinus.* || 608 cf. Plin. h. n. VII. 44 (143) cum resistendi sacroque sanctum repellendi ius non esset. || 700 *leg.* Pelasgis a. Sidoniis || 712 Promethei || 785 *not. leg. E*^{1} (*non E*) || 873 gantiticum *E* || 879 *leg.* infanda *ut ci. LMueller* || 977 relinquerė *E* || 1021 fetum extraham *ci. LMueller.*

AGAMEMNO 259 *rectius fort. cum E legitur* palam marita p. || 302 *cf. u.* 942 regemne perimet exul et adulter uirum? || 379 *u. Phaed. 718* || 435 *pro* qui *l.* quis || 622 puluereamue *legitur in E, non* pulueramue || 638 *fort.* dorici cum conriperetis ignes || 657 *pro* fatale munus *reponendum uidetur* furtum || 773 *l.* uultu *pro* cultu || 870 *l.* nasci ⏑ *A* || 879 880 *scribe:* — ⏑ dictaea ⏑ ⏑ — ⏑ linquens | horridus arua. ||

888 *l.* Geryonae *pro* Gerionae || 905 *leg.* insueta carpi

HERCVLES II p. 367 368 *qui marg. sinistro adpositi sunt numeri 1 2 3 deleas.* || *u.* 14 *l.* cum cessit *Eguianus* (*non: Eg*) || 40 *l.* Scythiae *ψ Scaliger* || 234 *malim cum Gronouio* malo *legere.* || 414 *ad* rigida *adde:* HII 1669 tum rigida secum spolia nemeaei mali arsura possit. *propius accedit ad literas libris traditas* torua. || 583 *l.* Amoris || 624—635 *alia prorsus litera insigniri debebant hae strophae; e. g.* b b'. *uersus autem* 627 *posterioris strophae est initium, non prioris finis.* || 750 *l.* regna * triumpha || 920 enectae *A* (*non E*) || 966 *adde:* abire *EA* || 1277 *an:* et uaga Stymphalide? *sic H*II *1384* uagae Stymphalides. || 1326 *l.* irata quidem *A fort.* irata precor. || 1346 *poterat etiam reponi*: bracchia et fletus cape || 1542 *l.* Rhodopes || 1725 *praeferendum uidetur quod in Thyesta legitur* eneruis. || 1799 *praetulerim* prisca supplicia. || 1806 *rectius fort. cum E* Thebae || 1843—45 *om. g* (*non G*)

OCTAVIA 53 *leg.* mutat imm. dolor consilia nostra. || 203 *nescio an* falsa *reponendum sit*, i. e. decepta, frustrata (Neronis amore). cf. Tac. h. II. 17. Sil. XIII. 886. || 213 sqq. *Tutius erat ab his uersibus cultrum cohibere quamquam aliquot locis sermo auctoris ab eodem interpolatore dedita opera amplificatus esse uidetur.* (cf. 558 305—9 399 749 *fortasse etiam* 634—5) || 634—5 (cf. HI 754 A 15.) *mihi suspecti. Nihil enim ad res re uera gestas, ad quas totus hic locus spectat.* Letum *et* fuga (632) *omnibus nota, de* uerberibus *cf. Suet. Ner. 49* (corpus uirgis ad necem caedi), *de* siti *ibd.* 48 (fame interim et siti interpellante) *cf. Cass. Dio 63, 28.* || 791 *leg.* Phrygiaeque.

p. 568 sqq. adde has thuanei codicis scripturas (u. praef. p. XXIII—XXVI): Senice cibebe haectora haecube agammennonios rodanus ligurgi (Lyc.) baccum (Bacch.) catmi (Cadmi), hister hortus (ortus) falacis caeſſuſ remictat poterga c̄iunx formonsi interimos promiit natante (nut.) pullit (pell.) hospis (hospes).

(Leviora omisimus)

ADBREVIATA QVAEDAM

RP. = Rudolf Peiper | *GR.* = Gustav Richter | *BSchm.* = Bernhard Schmidt | *Gron.* = J. F. Gronouius (*t. Gr.* = Gronouio teste) | *IGron.* = Jacobus Gronouius | *Bo.* = Bothe | *Bad.* = Baden | *NHs.* = Nicolaus Heinsius | *DHs.* = Daniel Heinsius | *With.* = Withofius | *Grut.* = Gruterus | *Swob.* = Swoboda.

L. ANNAEI SENECAE

HERCVLES

[FVRENS]

PERSONAE

I HERCVLES
LYCVS
II AMPHITRYON
IVNO
III THESEVS
MEGARA

CHORVS THEBANORVM

SCAENA THEBIS

IVNO F. 1u

a Soror tonantis — hoc enim solum mihi
nomen relictum est — semper alienum Iouem
ac templa summi uidua deserui aetheris
locumque caelo pulsa paelicibus dedi.
tellus colenda est: paelices caelum tenent.
b Hinc Arctos alta parte glacialis poli
sublime classes sidus argolicas agit.
b′ Hinc, qua tepente uere laxatur dies,
tyriae per undas uector Europae nitet.
b″ Illinc timendum ratibus ac ponto gregem
passim uagantes exerunt Atlantides.
b Ferro minax hinc terret Orion deos
suasque Perseus aureus stellas habet.
b′ Hinc clara gemini signa Tyndaridae micant
quibusque natis mobilis tellus stetit.
c Nec ipse tantum Bacchus aut Bacchi parens
adiere superos. ne qua pars probro uacet,
mundus puellae serta gnosiacae gerit.
c′ Sed uetera [*sero*] querimur. una ~~me~~ Dir*ce* fera

HERCVLES *EV* HERCVLES FVRENS *A* HERACLES FVRENS *Vratislauiensis fol. 92 u.*

Iuno sola *α* || 6 *post* arctos *ras. E* || glaciale *E*[1] || 8 tepente *VR* tepenti *AE*[2] *(E*[1] *non liquet. prima littera* r *uidetur fuisse)* || 12 Ferro minax *E*[3] *in mg.* Ferro minaci *E*[1] Fera minax *ME* Fera/coma/ *E*[2] *in ras. (post* coma *litera* m *erasa uidetur)* fera coma *VA* hinc terret *E*[1]*V* hinc exterret *E*[2]*A* || 13 aureus *E Delrio* aureas *φA* || 16 bachus tantum *V* || aut *ω* et *With.* || 17 probro *altero* r *in ras. E* || 18 puellas fert a nobis lac egent *E* || 19 Sed uetera sero q. *ω* sero *del. α* sed uana q. *BSchm.* || dira ac fera *ω* Dirce fera *scripsi deleto u. 20* ||

[*Thebana tellus uiribus sparsa inpiis*]
quotiens nouercam fecit? escendat licet
meumque uictrix teneat Alcmene *tor*um.
d Pariterque natus astra promissa occupet
in cuius ortus mundus inpendit diem
tardusque eoo Phoebus effulsit mari
retinere mersum iussus Oceano iubar.
c Non sic abibunt odia. uiuaces aget
uiolentus iras animus et saeuus dolor
aeterna bella pace sublata geret.
c′ Quae bella? quicquid horridum tellus creat
inimica, quicquid pontus aut aër tulit
terribile dirum pestilens atrox ferum
fractum atque domitum est. F. II r
d′ Superat et crescit malis
iraque nostra fruitur. in laudes suas
mea uertit odia. dum nimis saeua impero
patrem probaui, gloriae feci locum.
c Qua sol reducens, quaque reponens diem
binos propinqua tangit Aethiopas face,
indomita uirtus colitur et toto deus
narratur orbe.

---

20 Th. nuribus sparsa tellus i. *VA* Th. tellus nuribus sparsa i. *E* uiribus *scripsi* || 21 escendat E^1 *Vrbinas* ascendat E^2*VA* || 22 locum ω torum *Gron.* || 24 ortus E^1*V*ψ ortu *A* || 25 refulsit *V* || 30 que *EV*ψ quid *A* || 33 increscit *ME* || 34 fruitur) t *in ras. E* f *sup. lin. V* || 36 Patrem probauit inde qua lucem premit E^2*VA*. E^1 *eras. scriptum fuisse* probaui, gloriae feci locum *suspicatur Gron.* gloriae feci locum *biga Pall. Paris. 8029 Mog.* (probaui g. f. l. *biga Pall.* probauit g. f. l. *Paris.* improbauit g. f. l. *Mog.*) || 37 Aperitque thetis qua ferens titan diem *V* (dies V^1 dic̄ V^2) E^2 *in mg.* (*sed om.* diem) *A* Qua sol reducens quaqꝫ reponens diem *E et sic biga Pall. ubi tamen* relucens *Vterque uersus inter uu. 36 et 38 interpositus legitur in R12* (Quaqꝫ sol relucens q. deponens d.) *et Vossiano* (reuertens q. deponens *Voss.*) *Haec autem Mog.:* Inde qua lucem premit aperitque Thetis | Qua sol reuertens, qua ferens Titan diem || 38 tinguit E^1*A* tingit ψ tangit *VTR14* ||

c′ Monstra iam desunt mihi
minorque labor est Herculi iussa exequi
quam mihi iubere. laetus imperia excipit.
c Quo fera tyranni iussa uiolento queant
nocere iuueni? nempe pro telis gerit
quae timuit et quae fudit. armatus uenit
leone et hydra.
c′ Nec satis terrae patent.
effregit ecce limen inferni Iouis
et opima uicti regis ad superos refert.
c″ Parum est reuerti: foedus umbrarum perit.
[*uidi ipsa, uidi nocte discussa inferum*
et Dite domito spolia iactantem patri
fraterna. cur non uinctum et oppressum trahit
ipsum catenis paria sortitum Ioui
Ereboque capto potitur et relegit Styga?]
patefacta ab imis manibus retro uia est
et sacra dirae mortis in aperto iacent.
c At iste rupto carcere umbrarum ferox
de me triumphat et superbifica manu
atrum per urbes ducit argolicas canem.
c′ Viso labantem Cerbero uidi diem
pauidumque solem. me quoque inuasit tremor
et tetra monstri colla deuicta intuens
timui imperasse.
e Leuia sed nimium queror.
caelo timendum est, regna ne summa occupet
qui uicit ima, sceptra praeripiat patri.

---

43 Quo *Vψ* Quae ϵ*A* || 49 al' petit *E*² *mg.* || *uu.* 50—54 *deleui dittographiam cf. u. 60 sqq.* || inferus *V*¹ || 52 uinctum *VA* uictum ϵ || trahit) hit *in ras. E*² || 54 cerberoque *Vψ* || *deesse uidetur uox* potitur *V* || et retegit *EA* et tegit *V* et relegit *With.* en retegit *Bad. ed. 1798* || stigam *V* || 56 durae *E*¹ *totus uersus abest V* || 57 iste *VR 14* ille ϵ*A* || 60 labentem *V* || 62 tetra *Vψ*, thetra *E in ras.* terna *A* || deuicta *V* deuicti *E (litera* i *in ras.) A* || 63 /sed/nimium (ni *in ras.*) *E*² minimum *V*¹ || 65 p̄ripiat *V* praeripiet *E* (*ras. inter* e *et* r) *A*

nec in astra lenta ueniet ut Bacchus uia. F. IIa
iter ruina quaeret et uacuo uolet
regnare mundo. robore experto tumet.
e′ Et posse caelum uiribus uinci suis
didicit ferendo. subdidit mundo caput
meliusque collo sedit herculeo polus
nec flexit umeros molis inmensae labor.
inmota ceruix sidera et caelum tulit
et me prementem. quaerit ad superos uiam.
d Perge ira perge et magna meditantem opprime.
congredere. manibus ipsa dilacera tuis.
quid tanta mandas odia? discedant ferae.
ipse imperando fessus Eurystheus uacet.
d′ Titanas ausos rumpere imperium Iouis
emitte. siculi uerticis laxa specum.
tellus gigante Doris excusso tremens
supposita monstri colla terrifici leuet.
e Sublimis alias luna concipiat feras.
sed uicit omnes. quaeris Alcidae parem?
nemo est nisi ipse. bella iam secum gerat.
adsint ab imo Tartari fundo excitae
Eumenides. ignem flammeae spargant comae.
uiperea saeuae uerbera incutiant manus.
e′ I nunc superbe, caelitum sedes pete.
humana tempne. iam Styga et manes ferox
fugisse credis? hic tibi ostendam inferos.

---

66 lenta (a *in ras. m. sec.*) *E* || ue^{a}nit *V* || ut bacchus) *literae* ut bac *in ras.* E^{2} || 67 I.ter *EV* Inter *R13* || 68 experto *EVME* expenso E^{2} *mg. A* || 72 meliusque E^{1} mediusque *Aφ* || 71 innisae *ME* || *u.* 72 *ante u.* 71 *collocaui* || 76 dilacera E^{1} iam lacera *VA* || 81 giganti≡ *eraso* s E^{1} dorica *V* || 82 *sequitur u. 123 in Mog.*, *uu.* 83—89 *absunt R1314*, *in margine leguntur* T^{2}, *statim sequitur u.* 123 *R1314*, *secuntur uu.* 123 124 T^{2} || 84 omnes *V* ista *EA* || 87 flam̄ee *V* || 89 eat E^{2}*mg. dext.* || *u.* 89 *sequitur u.* 123 *A om. ER11* VT^{1}, *primus in suspicionem uocauit Bernardinus Gellius.* || superbus *Angelicus alter* || *u.* 90 *post u.* 91 *positus* E^{1} *corr.* E^{2} || ferox VE^{2} (x *in ras.*) *A* feros *Vratisl.* ||

reuocabo in alta conditam caligine
ultra nocentum exilia discordem deam
quam munit ingens montis oppositi specus.
[*educam et imo Ditis e regno extraham*]
d Quicquid relictum est ueniat. inuisum scelus
suumque lambens sanguinem inpietas ferox
errorque et in se semper armatus furor.
hoc hoc ministro noster utatur dolor. F. III r
d′ Incipite famulae Ditis. ardentem citae
concutite pinum et agmen horrendum anguibus
Megaera ducat atque luctifica manu
uastam rogo flagrante corripiat trabem.
e Hoc agite. poenas petite uiolatae Stygis.
concutite pectus. acrior mentem excoquat
quam qui caminis ignis aetnaeis furit.
ut possit animo captus Alcides agi
magno furore percitus, nobis prius
insaniendum est. Iuno cur nondum furis?
e′ Me me sorores mente deiectam mea
uersate primam, facere si quicquam apparo
dignum nouerca. uota mutentur mea.
gnatos reuersus uideat incolumes precor
manuque fortis redeat. inueni diem
inuisa quo nos Herculis uirtus iuuet.
e″ Me uicit et se uincat. [*et cupiat mori*

---

94 quam) m *m. sec. E* qua mugit *α* || 95 e regno ditis *ψ deleui uersum* || 96 ueniat utinā (*lin. transfixa del.*) inuisum scelus *V* ueniat i. sc. *A* *post* ueniet *add. sec. m.* ul' *E* ul' ueniet ūt[et] inu. *R 10* || 99 n̄r *factum ex* semp *V* || 100 inci..te (pi *syllaba erasa*) *V* incitae *A* citae *E*[1] rite *V* || 101 anguibus *om. E*[1] || 103 flagrante *E*[2]*V*[2]*A ind. err.* flagrantem *A E*[1] *V*[1] *ψ* || 104 uiciatae *E* uiolate *VA an* uiduatae? || 108 parcit' *V* || 109 furit *VA* furis *ε T*[2] *Mog.* || 110 deiectam (m *add. sec. m.*) *E* || 111 uersate) e *in ras. E*[2] || 112 'uota‸[iam] mut. *V* iam odia *in ras. E*[2]*A* || 113 reuersus) us *syllaba in ras. E*[2] || 116 Me pariter *A* pariter *E*[2] *in ras.* Me uicit [pariter] et se uincat [factus furens] et cupiat mori *V deleui uu.* 116[b]—117[a] ||

ab inferis reuersus] hic prosit mihi
Ioue esse genitum. stabo et ut certo exeant
emissa neruo tela, librabo manum,
regam furentis arma, pugnanti Herculi
tandem fauebo. scelere perfecto licet
admittat illas genitor in caelum manus.
f Mouenda iam sunt bella. clarescit dies
ortuque Titan lucidus croceo subit.

CHORVS.

n Iam rara micant sidera prono
languida mundo. nox uicta uagos
contrahit ignes luce renata.
cogit nitidum Phosphoros agmen.
signum celsi glaciale poli
septem stellis arcades ursae
lucem uerso temone uocant.

a' Iam caeruleis euectus aquis F. IIIu
Titan summa prospicit Oeta.
iam cadmeis incluta Bacchis
aspersa die dumeta rubent
Phoebique fugit reditura soror.
labor exoritur durus et omnis
agitat curas aperitque domos.

---

117 hoc *A* hic *EVψ* || 119 manum *VA* manu *EME aliquot Pall. T*² || 123 124 *cf. not. ad uu.* 82—89. *hoc loco uterque extat in his: E ME V biga Pall. R ψ* || clarescat *V* || 124 ortumque *uel* artumque *V*¹ || 125—161 *Haec prior cantici pars adest in EVAGgRP Vratisl. desideratur in R 10 12 13 14 ex nostris codd. In marg. add. in aliquot Pall. cf. TBadenium ad h. l. ed. 1798 p. 17 s. ante u. 125 leguntur uu. 163 164 in g, solus u. 163 in ME* CHORVS *om. ψ* || 127 renata) a *in ras. E* || 130 arcados *E* archados *ψ* archadis *V corr. A* || 132 equis *ω* aquis *II Gronouiani Vratisl. T*² || 133 summa *E* summo *Mog.* summum *VA* || oeta *E Egui. Mog.* hoeta *V* Oetan *A* || 134 bachis *EVψ* baccis *A* Bacchis *nescio quis. an* bracchis? || 138 reperitque *V* ||

b Pastor gelida cana pruina
grege dimisso pabula carpit.
ludit prato liber aperto
nondum rupta fronte iuuencus.
uacuae reparant ubera matres.
errat cursu leuis incerto
molli petulans haedus in herba

b′ Pendet summo stridula ramo
. . . .
pennasque nouo tradere soli
gestit querulos inter nidos
thracia paelex
turbaque circa confusa sonat
murmure mixto testata diem.
[*carbasa*]

b″ Credit dubius nauita [*uitae*] uentis
laxos aura complente sinus.
hic exesis pendens scopulis
aut deceptos instruit hamos
aut suspensus
spectat pressa praemia dextra.
sentit tremulum linea piscem.

c⁰ Haec innocuae quibus est uitae
tranquilla quies
et laeta suo paruoque domus.
turbine magno spes inma*n*is [*spes sollicitae*]
urbibus errant trepidique metus.

---

post u. 146 *uersum excidisse conieci* || 150 circa *EVG* trita *R* circum *A* || 152 153 Carbasa uentis c. d. n. uitae ω *interpretamentis his* Carbasa *et* uitae *deletis* uentis *suo loco restitui* || 154 auro φ || 159 lineam V^1 spicem V^1 || 162 *add.* spes iam magnis *EMÆPg* spes iam magis *uel* spes iam in agris *V* iam spes magis T^2 spes in magnis *G* spes in agris *R* iam spes in agris *Mog.* spes et in agris *A* spes immanes *BSchm.* spes inmanis *scripsi et transposui post u. 163ª* || 163 CHORVS *A* Turbine magno spes sollicitae *A om. ÆEg aliquot Pall.* E^1 *adscr. in mg.* E^2. *idem ante u.*

c Ille superbos aditus regum
durasque fores expers somni
colit ac nullo fine beatas
conponit opes gazis inhians
et congesto pauper in auro. F. IVr

c′ Illum populi fauor attonitum
fluctuque magis mobile uulgus
*c*ura tumidum tollit inani.
[*hic clamosi*]
rabiosa fori iurgia uendens
inprobus iras et uerba locat.

d Nouit paucos secura quies
qui uelocis memores aeui
tempora numquam reditura tenent.
dum fata sinunt, uiuite laeti.
properat cursu uita citato
uolucrique die
rota praecipitis uertitur anni.
durae peragunt pensa sorores
nec sua retro fila reuoluunt.

d′ At gens hominum fertur rapidis
obuia fatis incerta sui.
stygias ultro quaerimus undas.
nimium Alcide pectore forti
properas maestos uisere manes.
certo ueniunt ordine Parcae.
nulli iusso cessare licet,
nulli scriptum proferre diem.
recipit populos urna citatos.

125 legitur in MЕ et una cum u. 164 in g. deleui alterum hemistichium. || 167 ac ω hic α || beatus α || 168 cum ponit E^1 || 169 in auro est α || 172 aura ω cura *scripsi* || tollit *EMEVA* uoluit ψ || 173 *deleui* || hinc V^1 || 185 fertur *in ras.* E^2 || 186 sui/ *E* suis *V* || 190 ordine E^2 *in ras. uocis IX literis constantis VA* tempore *ME* ||

e Alium multis gloria terris
tradat et omnes fama per urbes
garrula laudet
caeloque parem tollat et astris,
alius curru sublimis eat:
me mea tellus
lare secreto tutoque tegat.

e′ Venit ad pigros cana senectus
humilique loco sed certa sedet
sordida paruae fortuna domus.
alte uirtus animosa cadit. F. VIu

Sed maesta uenit crine soluto
Megara paruum comitata gregem.
graditurque *graui* tardus senio
pa*ter* Alcidae.

AMPHITRYON. MEGARA. LYCVS.

a O magne Olympi rector et mundi arbiter,
iam statue tandem grauibus aerumnis modum,
finemque cladi. nulla lux umquam mihi
secura fulsit. finis alterius mali
gradus est futuri. protinus reduci nouus
paratur hostis. antequam laetam domum
contingat, aliud iussus ad bellum meat.
nec ulla requies tempus aut ullum uacat,
nisi dum iubetur.

---

u. 195 *post u.* 197ᵃ *in EV (sed in E adscriptis literis* a b *sec. m. ordo restitutus)* || 207 tardusque senio graditur Alcidae parens ω g r a u i *excidisse ante* senio *coniecit GR* graditurque g r a u i tardus senio p a t e r Alcidae *scripsi* || AMPHITRYON. MAEGERA. LYCVS | ĀP *E* Amphitrion. Megera. Licus: amphitrion *V (rubr.)* MEGARA *A* || 209 O *abest V* || 211 mihi) uiro *With.* || reduci nouus) *literae* i o us *in ras.* E^2 || 215 meat *EA* exeat *Vψ* || 216 ulla *supra uersum add. V* || uacat *E Paris. 8260* datur *Aφ* ||

a′ Sequitur a primo statim
infesta Iuno. numquid inmunis fuit
infantis aetas? monstra superauit prius
quam nosse posset. gemina cristati caput
angues ferebant ora quos contra obuius
raptauit infans igneos serpentium
uultus remisso pectore ac placido intuens
[*artos serenis uultibus nodos tulit*]
et tumida tenera guttura elidens manu
prolusit hydrae.
b Maenali pernix fera
multo decorum praeferens auro caput
deprensa cursu. maximus Nemeae timor
pressus lacertis gemuit herculeis leo.
c Quid stabula memorem dira bistonii gregis,
suisque regem pabulum armentis datum?
c′ Solitumque densis hispidum Erymanthi iugis
arcadia quatere nemora maenalium suem?
c″ Taurumque centum non leuem populis metum
. . . .
b′ Inter remotos gentis hesperiae greges
pastor triformis litoris tartesii
peremptus. acta praeda ab occasu ultimo. F. Vr
notum Cithaeron pauit Oceano pecus.
b Penetrare iussus solis aestiui plagas
et adusta medius regna qui torret dies

---

217 aprime *E codd. II Christinae* apprime *A* a primo *VÆ P R12* || 220 possit E^1 || 222 raptauit *VP* reptabat *E* reptauit *A* || serpentium *E* (i *eras.*) *A V qui tamen altero teste* serpentum *habet ut ψ. additur* oculos *Vψ* || 223 oculos *abest ψ* oculo *V* uultu remisso *in uno Christinae.* lumine *Æ Paris. 8260* /uultu E^2 *in ras. uocis VIII literis ut uidetur constantis* in pectore *VA* pectore uultu *R 12 T' quidam Delriani I Pal.* uultus r. pectore *scripsi* || 224 *del. With.* || 226 menalis *V* || 228 cursu est *Aφ* est *om. E* || 229 gemuit lacertis pressus *A* pr. l. g. *EV* || 232 iugis *in ras.* E^2 || 233 archadie V^1 || menalum *V R12 T* || *post u.* 234 *lacunam statuit GR* || 237 est *ante* praeda ω et *1Gr. deleui* || 240 qui E^1 que $φE^2$ quae *A* ||

utrimque montes soluit. abrupto obice
latam ruenti fecit Oceano uiam.
c^0 Post haec adortus nemoris opulenti domos
aurifera uigilis spolia serpentis tulit.
c Quid saeua Lernae monstra numerosum malum
non igne demum uicit et docuit mori?
c′ Solitasque pennis condere obductis diem
petit ab ipsis nubibus Stymphalidas?
b′ Non uicit illum caelibis semper tori
regina gentis uidua thermodontiae
nec ad omne clarum facinus audaces manus
stabuli fugauit turpis Augei labor.
d Quid ista prosunt? orbe defenso caret.
sensere terrae pacis auctorem suae
abesse. *Thebis* prosperum ac felix scelus
uirtus uocatur, sontibus parent boni,
ius est in armis, opprimit leges timor.
d′ Ante ora uidi nostra truculenta manu
gnatos paterni cadere regni uindices
ipsumque Cadmi nobilis stirpem ultimam
occidere. uidi regium capitis decus
cum capite raptum. quis satis Thebas fleat?
d Ferax deorum terra quem dominum tremis?
e cuius aruis eque fecundo sinu
stricto iuuentus orta cum ferro stetit
cuiusque muros gnatus Amphion Ioue
struxit canoro saxa modulatu trahens.
d′ In cuius urbem non semel diuum parens
caelo relicto uenit: haec quae caelites
recepit et quae fecit et — fas sit loqui — F. Vu

---

242 latam *EV* etiam *A* || 243 adorsus *V* domus E^1 || 246 decuit *V* || 252 stabuu E^1 stabuli *Aφ* stabulis *R12 Cruserianus* || angaei *(sed* n *m. sec.) E* augei *Vψ* Augiae *A* || 255 terris *ω* Thebis *With.* || 260 ipsumque *EA* ipsam^que^ *V* ipsamque *R12* || 261 capitis) s *add. m. sec. E* || 263 tremit *AE*^{2} tremis E^1*φ Paris. 6395* || 266 Ê *V (sed idem* Cuius *altero teste)* || natus) us *in ras.* E^2 || 270 recipit *VR12* ||

fortasse faciet, sordido premitur iugo.
[*cadmea proles ciuitasque Amphionis*
quorsum excidistis? tremitis ignarum exulem
suis carentem finibus, nostris grauem?
qui scelera terra quique prosequitur mari
ac saeua iusta sceptra confringit manu,
nunc seruit absens fertque quae ferri uetat]
tenetque Thebas exul herculeas Lycus.
e Sed non tenebit. aderit ut poenas petat
subitusque ad astra emerget. inueniet uiam
aut faciet. adsis sospes et remees precor
tandemque uenias uictor ad uictam domum.
e′ MEG. Emerge coniunx atque dispulsas manu
abrumpe tenebras. nulla si retro uia
iterque clusum est, orbe diducto redi
et quicquid atra nocte possessum latet,
emitte tecum.
f Dirutis qualis iugis
praeceps citato flumini quaerens iter
quondam stetisti, scissa cum uasto impetu
patuere Tempe, pectore inpulsus tuo
huc mons et illuc cecidit et rupto aggere
noua cucurrit thessalus torrens uia:
f′ Talis parentes liberos patriam petens,
erumpe rerum terminos tecum efferens

272—277 *hinc remouendos censui* || 272 atqȝ ophyonius cinis *E V* (*in quo* ophinius) *et sic fere ψ* ciuis atque Ophionius *α* amphionïs *R14 T* amphionius *R12* cinis atque Amphionis *Oblanca.* ciuitasque Amphionis *DHs.* || 273 Quo decidistis *A* Quo/rec. (r *in ras.*) *E*[2] Quo hoc sum *uel* Quo horsum excidistis *V correxi* || ignauum *A* ignarum *E R1011* igm (a *supra*) *V* || 275 persequitur *AE* pros. *V* || mare *in* mari *mutatum E*[1] || 276 confringit *E Ottobonianus* confregit *AV* || 277 ferri ϵ *Delriani* fieri *VA* || 279 ut p. petat *V* et p. petet ϵ*A* || 278 hospes *ψ* || precor *EMEV* tuis *A* || 283 MEG *E* Me. *V om. A* || dispulsas *EME unus Christinae* ui pulsas *V* depulsas *A* || 284 tenebras) *prius* e *in ras. E* || retro *E* uetito *VA* || 285 Interque *pr. m. V R10* || 288 luımini quierens *E* || 294 efferens *EMEVψ* afferens *A* ||

et quicquid auida tot per annorum gradus
abscondit aetas, redde et oblitos sui
lucisque pauidos ante te populos age.
indigna te sunt spolia, si tantum refers
quantum imperatum est.
e Magna sed nimium loquor
ignara nostrae sortis. unde illum mihi
quo te tuamque dexteram amplectar diem
reditusque lentos nec mei memores querar?
e′ Tibi o deorum ductor indomiti ferent F. VIr.
centena tauri colla. tibi frugum potens
secreta reddam sacra. tibi muta fide
longas Eleusin tacita iactabit faces.
f″ Tum restitutas fratribus rebor meis
animas et ipsum regna moderantem sua
florere patrem. si qua te maior tenet
clausum potestas, sequimur. aut omnes tuo
defende reditu sospes aut omnes trahe.
trahes nec ullus eriget fractos deus,

a AMPH. O socia nostri sanguinis casta fide
seruans torum gnatosque magnanimi Herculis,
meliora mente concipe atque animum excita.
aderit profecto qualis ex omni solet
labore maior.
MEG. quod nimis miseri uolunt,
hoc facile credunt.
AMPH. immo quod metuunt nimis,
numquam moueri posse nec tolli putant.
prona est timori semper in peius fides.

299 impertitum E^2 || locu E^1 || 304 parens α || 305 muta *E* multa *VA* || 306 eleusin E^1V (eleusin *V altero teste*) Eleusi *A* || iactabo AV^2 iactabit EV^1 *ut uidetur* || 307 restituas *V* || 310 tuo *EVA* tuos *Gruteri exemplar* || 313 *continuatur scaena EÆV R 10 12* AMPHITRYON MEGARA *A* || 319 moueri *EV Paris. 8024* amoueri *A* || 320 MEG. *A cui u. 321 demum adsignant EV Mog. IIII Pall.* || timoris E^1V est semper timoris *V* || peius *ex* penis *factum V* ||

a' MEG. Demersus ac defossus et toto insuper
oppressus orbe quam uiam ad superos habet?
AMPH. quam tunc habebat cum per arentem plagam
et fluctuantes more turbati maris
abiit harenas bisque discedens fretum
et bis recurrens cumque deserta rate
deprensus haesit syrtium breuibus uadis
et puppe fixa maria superauit pedes.
h MEG. Iniqua raro maximis uirtutibus
fortuna parcit. nemo se tuto diu
periculis offerre tam crebris potest.
[*Casus quem saepe transit aliquando inuenit.*]
h' Sed ecce saeuus ac minas uultu gerens
et qualis animo est talis incessu uenit
aliena dextra sceptra concutiens Lycus. F. VIu

h LYC. Vrbis regens opulenta thebanae loca
et omne quicquid uberi cingit solo
obliqua Phocis, quicquid Ismenos rigat,
[*quicquid Cithaeron uertice celso uidet
et bina scindens Isthmos exilis freta*]
i Non uetera patriae iura possideo domus
ignauus heres. nobiles non sunt mihi
aui nec altis inclitum titulis genus,

---

321 ac pressus et *V* || 322 uim E^1V^1 || 325 abiit) b *litera in ras.* E^2 adiit *P* || 327 hesit *E* ^{h}exit *V* || 328 superauit...pedes (auit *in ras.*) *E* || 330 tuto) *prius* t *in ras.* E^2 || *u.* 332 *Eduardo Woelflino auctore legitur inter Senecae sententias in codice Parisino 8049 saeculi XII de quo uid. Buecheler in praef. Petronium p. XXI. Publili Syri esse puto cui uindicatur ab illarum sententiarum editoribus* || Quem saepe t. c. ω Casus quem s. t. *P. Syri edd. u. 84* || 336—340 *Megarae contiuantur A* || 337 ubere *EVR* uberi *A* || 338 fatis *V* || ysmeneos *V* || *uu.* 339 340 *sustuli* || 339 *post* 340 *positus est EV* || celso *V* excelso *EA* || 340 scindens *Vψ* findens *EA* || 341 Licus (*sinistro marg.*) *Vψ* LYCVS MEGARA AMPHITRYON *A* (*E Lyci oratio continuatur*) ||

sed clara uirtus. qui genus iactat suum,
aliena laudat.
i′ Rapta sed trepida manu
sceptra optinentur. omnis in ferro est salus.
quod ciuibus tenere te inuitis scias,
strictus tuetur ensis. alieno in loco
haut stabile regnum est.
k Vna sed nostras potest
fundare uires iuncta regali face
thalamisque Megara ducet et genere incluto
nouitas colorem nostra. non equidem reor
fore ut recuset ac meos spernat toros.
k′ Quod si inpotenti pertinax animo abnuet,
stat penitus omnem tollere herculeam domum.
inuidia factum ac sermo popularis premet.
ars prima regni est posse * inuidiam pati.
temptemus igitur. fors dedit nobis locum.
h′ Namque ipsa tristi uestis obtentu caput
uelata iuxta praesides adstat deos,
laterique adhaeret uerus Alcidae sator.

i MEG. Quidnam iste nostri generis exitium ac lues
noui parat? quid temptat?
LYC. O clarum trahens
a stirpe nomen regia, facilis mea
parumper aure uerba patienti excipe.
l° Si aeterna semper odia mortales gerant

---

345 rapta/ sed *E* || 346 optineo *ex* optinent *factum* *V* || 347 tenere te *VA* tenetur ψ tur *syllaba in ras.* E^2 || 349 aut E^1 || 351 que *abest* *EV* || th. thebana ducet *V* || ducet et g. *EVP* ducet e g. *A* || 355 Stat tollere penitus omnem *VP Vratisl.* Stat t. o. p. ε*A* Stat p. o. tollere *scripsi* || 356 factum E^1φ fastum φ*A* || 357 posse te inu. *A* te *abest* *EV*ψ p. ad inuidiam ψ et uel in inu. *GR.* *fort.* pondus inuidiae pati. || 358 sors *VR12 m. sec.* || locum nobis E^1 || 359 obtectu *V* *II Pall.* *A* obtentu *EMEψ* || 360 *om.* E^1 *in mg.* E^2 || 366 gerant *EVME* agant *A* ||

nec coeptus umquam cedat ex animis furor,
sed arma felix teneat, infelix paret: F. VIIr
nihil relinquent bella. tum uastis ager
squalebit aruis, subdita tectis face
altus sepultas obruet gentes cinis.
i′ Pacem reduci uelle uictori expedit,
uicto necesse est. particeps regno ueni.
sociemur animis. pignus hoc fidei cape.
continge dextram. — quid truci uultu siles?
k MEG. Egone ut parentis sanguine adspersam manum
fratrumque gemina caede contingam? prius
extinguet ortus, referet occasus diem,
pax ante fida niuibus et flammis erit
et Scylla siculum iunget Ausoniae latus
[*priusque multo uicibus alternis fugax*
Euripus unda stabit euboica piger.]
k′ Patr*ia* abstulisti regna germanos larem
patr*em*. quid ultra est? una res superest mihi
fratre ac parente carior regno ac lare,
odium tui quod esse cum populo mihi
commune doleo. pars quota ex illo mea est?
k Dominare tumidus. spiritus altos gere.
sequitur superbos ultor a tergo deus.
Thebana noui regna. quid matres loquar
passas et ausas scelera, quid geminum nefas
mixtumque nomen coniugis gnati patris?
k′ Quid bina fratrum castra, quid totidem rogos?
riget superba Tantalis luctu parens

369 uastus *V* || 372 reduci) i *in ras. trium literarum* E^2 || 374 sociemur E^1V sociemus AE^2 animis *EV* animos *A* || 378 dies *α* || 380 ausonie *V* ausonio ϵ*A* || 381 priusquam V^1 || uicibus) uic *in ras.* E^2 || *deleui uu.* 381 382 || 383 patrem a. r. g. l. patriam *ω* patria a. r. g. l. patrem *scripsi* || 385 carior) or *in ras.* E^2 certior *With.* || 387 uideo *With.* || ex illo *E* ex isto *Aφ* *idem suprascr. in E* || 389 uictor *ω* ultor *JBPius ope codicis (cuiusdam) Medicei* || 394 superbo *Grot.* ||

maestusque phrygio manat in Sipylo lapis.
[*quin ipse toruum subrigens crista caput*
illyrica Cadmus regna permensus fuga,
longas reliquit corporis tracti notas.]
haec te manent exempla. dominare ut libet,
dum solita regni fata te nostri uocent.

k″ LYC. Agedum efferatas rabida uoces amoue F. VIIu
et disce regum imperia ab Alcide pati.
ego rapta quamuis sceptra uictrici geram
dextra regamque cuncta sine legum metu
quas arma uincunt, pauca pro causa loquar
nostra.
l Cruento cecidit in bello pater,
cecidere fratres. arma non seruant modum
nec temperari facile nec reprimi potest
stricti ensis ira. bella delectat cruor. —
sed ille regno pro suo, nos inproba
cupidine acti — quaeritur belli exitus,
non causa.
l′ Sed nunc pereat omnis memoria.
cum uictor arma posuit, et uictum decet
deponere odia. non ut inflexo genu
regnantem adores petimus. hoc ipsum placet
animo ruinas quod capis magno tuas.
es rege coniunx digna: sociemus toros.

m MEG. Gelidus per artus uadit exanguis tremor.
quod facinus aures pepulit? haut equidem horrui
cum pace rupta bellicus muros fragor
circumsonaret. pertuli intrepide omnia.
m′ Thalamos tremesco. capta nunc uideor mihi.
grauent catenae corpus et longa fame
mors protrahatur lenta. non uincet fidem
uis ulla nostram. moriar Alcide tua.

---

395 manet *V* || 396—398 *sustulit* || 397 Illyria *Grno.* || 398 reliquit) t *in ras.* E^2 || 399 libet $V\psi$ lubet $A\epsilon$ || 401 effrenatas) en *in ras.* E^2 || rapida V^1 || ãmoue *ex* ãmone *factum* *V* || 402 patri E^1 || 425 nostra α ||

m LYC. Animosne mersus inferis coniunx facit?
MEG. inferna tetigit, posset ut supera adsequi.
LYC. telluris illum pondus inmensae premit.
MEG. nullo premetur onere qui caelum tulit.
m′ LYC. Cogere.
MEG. cogi qui potest, nescit mori.
LYC. effare thalamis quod nouis potius parem
regale munus?
MEG. aut tuam mortem aut meam. F. VIII:
LYC. moriere demens?
MEG. coniugi occurram meo.
m LYC. Sceptroque nostro famulus est potior tibi?
MEG. quot iste famulus tradidit reges neci.
LYC. cur ergo regi seruit et patitur iugum?
MEG. imperia dura tolle, quid uirtus erit?
m′ LYC. Obici feris monstrisque uirtutem putas?
MEG. uirtutis est domare quae cuncti pauent,
LYC. tenebrae loquentem magna tartareae premunt.
MEG. non est ad astra mollis e terris uia.

n LYC. Quo patre genitus caelitum sperat domos?
AMPH. miseranda coniunx Herculis magni sile.
partes meae sunt reddere Alcidae patrem
genusque uerum. post tot ingentis uiri
memoranda facta postque pacatum manu
quodcumque Titan ortus et labens uidet:
n′ Post monstra tot perdomita, post Phlegram inpio
sparsam cruore postque defensos deos

---

426 dabit *V* || 427 superna $E^3\psi$ supera $E^1\varphi A$ || 429 premeretur E^1 || 434 sceptroque $E^1 V A \psi$ sceptro q3 $E^2\psi$ sceptrone *ex m. s. reposuit Delrius* || potior est famulus tibi *A* fam. est pot. t. *EV* || 435 quod E^1 || 437 quod *in* quid *corr.* E^1 || 439 uirtus $V\psi$ uirtu//s *T* uirtutis ϵ*A* || timent *V Basil. mg. R13* timent pauent *R11* pauent ϵ *supra uersum rec. m. add. R13* || 442 sperat *EVME* penetrat *A* || 444 meae hae sunt *A* hae *deest E* || 448 phlegam *E* || 449 sparsum $V\psi$ ||

nondum liquet de patre? mentimur Iouem?
Iunonis odio crede.
LYC. quid uiolas Iouem?
mortale caelo non potest iungi genus.
AMPH. communis ista pluribus causa est deis.
n″ LYC. Famuline fuerant ante quam fierent dei?
AMPH. pastor pheraeos Delius pauit greges.
LYC. sed non per omnes exul errauit plagas.
AMPH. quem profuga terra mater errante edidit.
LYC. num monstra saeua Phoebus aut timuit feras?
AMPH. primus sagittas inbuit Phoebi draco.
n Quam grauia paruus tulerit ignoras mala
e matris utero fulmine eiectus puer?
[*mox fulminanti proximus patri stetit.*]
quid qui gubernat astra, qui nubes quatit, F. VIIIu
non latuit infans rupis idaeae specu?
sollicita tanti pretia natales habent
semperque magno constitit nasci deum.
o LYC. Quemcumque miserum uideris, hominem scias.
o′ AMPH. Quemcumque fortem uideris, miserum neges.
p LYC. Fortem uocemus cuius ex umeris leo
donum puellae factus et claua excidit
fulsitque pictum ueste sidonia latus?
p′ Fortem uocemus cuius horrentes comae
maduere nardo, laude qui notas manus
ad non uirilem tympani mouit sonum?
n′ AMPH. Mitra ferocem barbara frontem premens
non erubescit Bacchus effusos tener

---

450 Am. *minio scr. sed lineola transf. V* || 453 ^{d}eis *E* || 457 terre V^2 || errante *E* erranti AV^2 errantem V^1 || edidit *EA* dedit *V* || 458 num *EVψ* non *A* || saeua *E* seua *V* saeuas *A* || phebi *V* || 460 *h. u. Lyco dat. Grut.* || 462 *deleui* || 464 non *EVψ* num *A* || exese *VA* idee *E* al' idee *supra uersum R 14* || 465 precia tanti *E* || 469 humero *V* || 475 AMP. *ME Mog. om. ERAφ* || 476 AMP. *ERAφ om. ME Mog.* ||

sparsisse crines nec manu molli leuem
uibrare thyrsum, cum parum forti gradu
auro decorum syrma barbarico trahit.
post multa uirtus opera laxari solet.
q^0 LYC. Teuthrantis hoc fatetur euersi domus,
pecorumque ritu uirginum oppressi greges,
hoc nulla Iuno nullus Eurystheus iubet.
ipsius haec sunt opera.
AMPH. non nosti omnia.
q Ipsius opus est caestibus fractus suis
Eryx et Eryci iunctus Antaeus Libys
et qui hospitali caede manantes foci
bibere iustum sanguinem Busiridis.
q′ Ipsius opus est uulneri et ferro obuius
mortem coactus integer Cycnus pati.
nec unus una Geryon uictus manu.
eris inter istos qui tamen nullo stupro
laesere thalamos.
r LYC. Quod Ioui hoc regi licet.
Ioui dedisti coniugem, regi dabis F. IXr
et te magistro non nouum hoc discet nurus
etiam uiro probante meliorem sequi.
sin copulari pertinax taedis negat,
uel ex coacta nobilem partum feram.
r′ MEG. Vmbrae Creontis et penates Labdaci
et nuptiales inpii Oedipodae faces
nunc solita uestro fata coniugio date.
nunc nunc cruentae regis Aegypti nurus

---

478 uibrare *EVψ* uibrasse *A* || gradum V^1 || 479 barbarico *EV* barbaricum *A* || 481 Lic' (*minio scr.*) *V* LY. AE^2 *mg. om.* E^1 || Hoc euriti *EA* Hoc teutantis *R 11 12 mg.* Hoc teutantes *Vltrai.* teutantis *etiam Mog., I Pal. recentior, Voss. melior. corr. Delrius* Hoc eantis *V* || 482 que *om. V* || 483 LYC. *minio scr. sed deletum* E^1 || 486 er^y^ci *E* || 487 qui *supra uersum add.* V^2 || hospitalem caedem minantes *E* || 490 integer cycnus *E* ante Geryones *A* aut gerionem *V* || 493 quid et *V* || 501 uestro *E* nostro *φA* || 502 egisti *VR* ||

adeste multo sanguine infectae manus.
deest una numero Danais. explebo nefas.
s LYC. Coniugia quoniam peruicax nostra abnuis
regemque terres, sceptra quid possint scies.
conplectere aras. nullus eripiet deus
te mihi nec orbe si remolito queat
ad supera uictor numina Alcides uehi.
s′ Congerite siluas. templa supplicibus suis
iniecta flagrent. coniugem et totum gregem
consumat unus igne subiecto rogus.
AMPH. hoc munus a te genitor Alcidae peto
rogare quod me deceat, ut primus cadam.
s″ LYC. Qui morte cunctos luere supplicium iubet,
nescit tyrannus esse. diuersa inroga.
miserum ueta perire, felicem iube.
ego dum cremandis trabibus accrescit rogus,
sacro regentem maria uotiuo colam.
t AMPH. Pro numinum uis summa pro caelestium
rector parensque cuius excussis tremunt
humana telis, inpiam regis feri
conpesce dextram — quid deos frustra precor?
t′ Vbicumque es, audi gnate — cur subito labant
agitata motu templa? cur mugit solum?
infernus imo tonuit e fundo fragor.
audimur. est est sonitus herculei gradus. F. IX u

CHORVS

a O fortuna uiris inuida fortibus,
quam non aequa bonis praemia diuidis.
Eurystheus facili regnat in otio

503 inulto *With.* || 506 possunt *VR12* || 508 demolito *E* || 512 locus ω rogus α *an* focus? || 516 in loca *E* || 517 ueta mori *V* || 519 uotiua E^1 *corr.* E^1 || rogem *VA* colam *E Fabricii liber* || 526 sonu ite E^1 sonuit ω tonuit *Bo.* || 527 id est *E* est est *E t. Gron.* *Vψ* en est *A* || sonus *V* || herculi *V* || 529 aequa ho'mini pr. *B.Schm.* || 530 Auristheus *E* || regnat *VR1214 pr. m.* regnet ε*A* || *post h. u. tres uersus excidisse conieci.* ||

. . . .
. . . .
. . . .

a′ Alcmena genitus bella per omnia
monstris exagitet caeliferam manum,
serpentis resecet colla feracia,
deceptis referat mala sororibus,
cum somno dederit peruigiles genas
pomis diuitibus praepositus draco.

b Intrauit Scythiae multiuagas domos
et gentes patriis sedibus hospitas
calcauitque freti terga rigentia
et mutis tacitum litoribus mare.

c Illic dura carent aequora fluctibus
et qua plena rates carbasa tenderant
intonsis teritur semita Sarmatis.
stat pontus uicibus mobilis annuis
nauem nunc facilis nunc equitem pati.

c′ Illic quae uiduis gentibus imperat
aurato religans ilia balteo,
detraxit spolium nobile corpori
et peltam et niuei uincula pectoris
uictorem posito sus*pic*iens genu.

b′ Qua spe praecipites actus ad inferos,
[*audax ire uias inremeabiles*]
uidisti siculae regna Proserpinae?
illic nulla noto nulla fauonio
consurgunt tumidis fluctibus aequora.

---

532 teliferam *ΜΕ Christinae unus, Otto-bon.* al' te *supra uersum R* || 533 ferocia ω feracia *T R 12 et hoc adpictum ad oram unius Palatini* || 535 dedit *V* || 540 multis *EVφ* mutis *A* || 342 tenderent *E* || 547 yra *V*[1] (y'ıa *V*[2]) || 550 suscipiens ω suspiciens α || 552 inremediabiles *E uersum deleui* ||

d Non illic geminum Tyndaridae genus
succurrunt timidis sidera nauibus.
stat nigro pelagus gurgite languidum
et cum mors auidis pallida dentibus F. Xr
gentes innumeras manibus intulit,
uno tot populi remige transeunt.

d′ Hic qui rex populis pluribus imperat,
bello cum peteres nestoream Pylon,
tecum conseruit pestiferas manus
telum tergemina cuspide praeferens.
effugit tenui uulnere saucius
et mortis dominus pertimuit mori.

e Fatum rumpe manu: tristibus inferis
prospectus pateat lucis et inuius
limes det faciles ad superos uias.
inmites potuit flectere cantibus
umbrarum dominos et prece supplici
Orpheus, Eurydicen dum repetit suam.

f Quae siluas et aues saxaque traxerat
ars, quae praebuerat fluminibus moras,
ad cuius sonitum constiterant ferae.
mulcet non solitis uocibus inferos
et surdis resonat clarius in locis.

f′ Deflent Eurydicen T*aenar*iae nurus:
deflent et lacrimis difficiles dei

562—563 *post u.* 593 *collocaui* || 565 bella $V\psi$ bello ϵA || peterent $V\psi$ peteret *E R Vratisl.* peteres *A* || 567 *post* terg. ~~sax~~ *add. V* || 570 rumpere E^1 || tristibus *EVA* tristis et ψ || 571 et lucis *V* || 575 recipit ψ || 581 *h. u. post u.* 584 *legitur A*, *hoc loco E Æ V R*, *omnino abest R 10* || Surdis resonat clarius in locis | Deflent eurydicen vmidi sedent *Mog.* threiciae ω tartareae *With.* taenariae *scripsi* deflent Eumenides Threiciam nurum *coll. Ouid. M. X. 45 B.Schm.* ||

et qui fronte nimis crimina tetrica
quaerunt ac ueteres excutiunt reos
flentes Eurydicen iuridici sedent.

e′ Tandem mortis ait 'Vincimur' arbiter
'euade ad superos lege tamen data:
'tu post terga tui perge uiri comes.
'tu non ante tuam respice coniugem
'quam cum clara deos optulerit dies
'spartanique aderit ianua Taenari.'

e″ Odit uerus amor nec patitur moras. F. Xa
munus dum properat cernere, perdidit. 593
euincas utinam iura ferae Stygis 562
Parcarumque colos non reuocabiles: 563
quae uinci potuit regia carmine, 594
haec uinci poterit regia uiribus. 595

HERCVLES

a O lucis almae rector et caeli decus,
qui alterna curru spatia flammifero ambiens
inlustre latis exeris terris caput,
da Phoebe ueniam, si quid inlicitum tui
uidere uultus. iussus in lucem extuli
arcana mundi. tuque caelestum arbiter
parensque uisus fulmine opposito tege.
a′ Et tu secundo maria qui sceptro regis,
imas pete undas. quisquis ex alto adspicit
terrena facie pollui metuens noua,
aciem reflectat oraque in caelum erigat
portenta fugiens. hoc nefas cernant duo

583 nimis tetra *V* crimina *in mg. V* || 591 trenali *V* || 563 irreuocabiles α non reuolubiles *Broukhousius et Burmannus* || 594 carmine *EV* cantibus *A* || 596 almae ε *Caietani exemplar* alme *A* || 598 latis *E* laetis *A*φ || 601 arschana *EV* secreta *A* || celestium *V*ψ || 603 maria *abesse uidetur V* || 604 petende V^1 ||

qui aduexit et quae iussit. in poenas meas
atque in labores non satis terrae patent.
b Iunonis odio uidi inaccessa omnibus
ignota Phoebo quaeque deterior polus
obscura diro spatia concessit Ioui
et si placerent tertiae sortis loca
regnare potui.
b′ Noctis aeternae chaos
et nocte quiddam grauius et tristes deos
et fata uici. morte contempta redi.
quid restat aliud? uidi et ostendi inferos.
b″ Da, si quid ultra est. iam diu pateris manus
cessare nostras Iuno. quae uinci iubes?
Sed templa quare miles infestus tenet,
limenque sacrum terror armorum obsidet?

AMPHITRYON. HERCVLES. MEGARA. THESEVS.

a Vtrumne uisus uota decipiunt meos
an ille domitor orbis et Graium decus F. XIr
tristi silentem nubilo liquit domum?
estne ille natus? membra laetitia stupent.
a′ O gnate certa *at* sera Thebarum salus
teneone in auras editum an uana fruor
deceptus umbra? tune es? — agnosco toros
umerosque et alto nobilem trunco manum.
b HERC. Vnde iste genitor squalor et lugubribus

---

611 quaque *E* ~~ea~~ queq; *V* || popus *in* polus *corr. pr. m. E* || 615 noctem V^1 || quidem *V R 14 Vratisl.* quiddem *R 11* (*sed* e *in rasura*) || 618 iam *EV* tam *ψ* nam *α* || 619 quid *Aφ* quae *Eφ* || AMPHYTRION. HERCVLES. MEGERA. THESEVS. *E*V^1 (*sed hic* Anphitrion) Megarae *nomen abest A deletum m. rec. V* || 624 silentum *α* || 626 certa et sera *ω* at *Gruterus* || thebanarum V^1 || 627 Verumne cerno corpus an fallor tua *A* Verumne c. c. an fallor ul' tª uidēs *V* Teneone in auras editum an uana fruor *E M Ortelianus P mg. uterque uersus legitur in Parisino 8036 (an 8026?) in uno Mineruae et uno Napolitano* || 629 alte *V* ||

amicta coniunx? unde tam foedo obsiti
paedore nati? quae d o m u m clades grauat?
AMPH. socer est peremptus, regna poss*i*dit Lycus.
gnatos parentem coniugem leto petit.
b′ HERC. Ingrata tellus, nemo ad herculeae d o m u s
auxilia uenit? uidit hoc tantum nefas
defensus orbis? cur diem questu tero?
mactetur hostis.
THES. hanc ferat uirtus notam
*labor*que summus fiat Alcidae Lycus?
a″ HERC. Ad hauriendum sanguinem inimicum feror.
Theseu resiste, ne qua uis subita ingruat.
me bella poscunt. differ amplexus parens
coniunxque differ. nunciet Diti Lycus
me iam redisse.
b THES. Flebilem ex oculis fuga
regina uultum tuque nato sospite
lacrimas cadentes reprime. si noui Herculem,
Lycus Creonti debitas poenas dabit.
lentum est dabit: dat. hoc quoque est lentum: dedit.
b′ AMPH. Votum secundet qui potest nostrum deus
rebusque lapsis adsit. o magni comes
magnanime nati pande *fatoru*m ordinem.
quam longa maestos ducat ad manes uia,
ut uincla tulerit dura tartareus canis.
a THES. M e m o r a r e cogis a c t a securae quoque
h o r r e n d a menti. uix adhuc certa est fides F. XIu
uitalis aurae, torpet acies luminum
hebetesque uisus uix diem insuetum ferunt.

---

632 pudore *V* || 633 regnaque Lycus possidet *α* possidet *V Vratisl.* possedit *Eψ* poss*i*dit *scripsi* || 634 petunt *V* || 638 THES. Mactetur *V* THES. Hanc *A* Thesei *nota om. E* || 639 Fiatque summus hostis *ω* summus sudor *NHs.* L a b o r que summus fiat *scripsi coll. HO 816 1455* || 640 HER. *V om. EA* || 641 HERC. *A om. EV* || subito *VP* || 648 dabit) dedit *V* || 650 lassis *EA* lapsis *Vψ* || 651 p. uirtutum *ω* p. t u t o t u m *With.* p. f a t o r u m *scripsi* || 655 certe *E*[1] *corr. E*[1] ||

a′ AMPH. Peruince Theseu quicquid alto in pectore
remanet pauoris neue te fructu optimo
frauda laborum. quae fuit durum pati,
meminisse dulce est. fare casus horridos.
a″ THES. Fas omne mundi teque dominantem precor
regno capaci teque quam tota inrita
quaesiuit Aetna mater, ut iura abdita
et operta terris liceat inpune eloqui.

c Spartana tellus nobile attollit iugum
densis ubi aequor Taenarus siluis premit.
hic ora soluit Ditis inuisi domus
hiatque rupes alta et inmenso specu
ingens uorago faucibus uastis patet
latumque pandit omnibus populis iter.
d Non caeca tenebris incipit primo uia.
tenuis relictae lucis a tergo nitor
fulgorque dubius solis adflicti cadit
et ludit aciem. nocte sic mixta solet
praebere lumen primus aut serus dies.
[*hinc ampla uacuis spatia laxantur locis,*
in quae omne mersum pereat humanum genus.]
d′ Nec ire labor est. ipsa deducit uia.
ut saepe puppes aestus inuitas rapit,
sic pronus aër urget atque auidum chaos
gradumque retro flectere haut umquam sinunt
umbrae tenaces. intus inmensi sinus.
e Placido quieta labitur Lethe uado
demitque curas neue remeandi amplius
pateat facultas, flexibus multis grauem

---

658 Peruincet *E* Permicte *V* || in p. *EVR duo Christinae in om. A* || 660 quae *E* que *Vψ* quod *α* || 664 Enna *α* || 665 loqui *V* || 669 hiatque) at *in ras.* E^2 || 671 pandit) nd *in ras.* E^2 || 672 incipiet *V* || 675 tale non dubie solet *A* nocte sic mixta solet *EV* (*sed hic* mista) *IPalatinus* || 677—678 *deleui* || 678 Hincq3 *V* || *an* pergat? || 681 agger *α* || 683 immensi *E* inmensi *V* sinus *EV* immenso sinu *A* || 684 lethe *A* lethe/ *E* lethes *ψV* || 686 fletibus *ed. Bip.* ||

i″ Quod quisque fecit, patitur. auctorem scelus
repetit suoque premitur exemplo nocens.
uidi cruentos carcere includi duces,
et inpotentis terga plebeia manu
scindi tyranni.
h Quisquis est placide potens
dominusque uitae seruat innocuas manus
[*et incruentum mitis imperium regit*]
animaeque parcit, longa permensus diu
felicis aeui spatia uel caelum petit
uel laeta felix nemoris elysii loca
iudex futurus.
h′ Sanguine humano abstine
quicumque regnas. scelera taxantur modo
maiore uestra.
AMPH. certus inclusos tenet
locus nocentes utque fert fama inpios F. XIII·
supplicia uinclis saeua perpetuis domant?
k⁰ THES. Rapitur uolucri tortus Ixion rota.
ceruice saxum grande sisyphia sedet.
k In amne medio faucibus siccis senex
sectatur undas. adluit mentum latex.
k′ Fidemque cum iam saepe decepto dedit,
perit unda in ore, poma destituunt famem.
k Praebet uolucri Tityos aeternas dapes
urnasque frustra Danaïdes plenas gerunt.
k′ Errant furentes inpiae Cadmeïdes;
terretque mensas auida phineas auis.

g AMPH. Nunc ede nati nobilem pugnam mei.
patrui uolentis munus an spolium refert?

---

744 uitae *abest* *V* || 745 *sustulit GR.* || 746 animaeque *EVMEψ* animoque *A* || 748 elysi *E* || 751 uestra *Eφψ* nostra *φA* || 757 septatur *V* || adluit *Ottobonianus* abluit *εφA* || 761 gerunt *E* ferunt *φA* || 763 terrentque m. auidae fineas aues *E* oret mensas auida pineas (h *supra*) auis (manus *pr. m.*) *V* || 764 nunc) c *m. sec. E* ~~ei~~ mei (*sic*) *V* ||

g′ THES. Ferale tardis inminet saxum uadis,
stupent ubi undae, segne torpescit fretum.
h Hinc seruat amnem cultu et adspectu horridus
pauidosque manes *u*alidus *expec*tat senex.
inpexa pendet barba. deformem sinum
nodus coërcet. concauae squalent genae,
regit ipse longo portitor conto ratem.
i Hic onere uacuam litori puppem applicans
repetebat umbras. poscit Alcides uiam
cedente turba. dirus exclamat Charon:
‘quo pergis audax? siste properantem gradum.’
h′ Non passus ullas gnatus Alcmena moras.
proprio coactum nauitam conto domat
scanditque puppem. cumba populorum capax
succubuit uni. *si*dit et grauior ratis
utrimque Lethen latere titubanti bibit.
i′ Tum uasta trepidant monstra Centauri truces
Lapithaeque multo in bella succensi mero.
stygiae paludis ultimos quaerens sinus
fecunda mergit capita lernaeus labos. F. XIIIu
h Post haec auari Ditis apparet domus.
hic saeuus umbras territat stygius canis
qui trina uasto *later*a concutiens sono
regnum tuetur. sordidum tabo caput
lambunt colubrae, uiperis horrent iubae.

767 stupent ubi undae *E* stupente ubi unda *A* stupentibus V^1 stupentis V^2 unde *V* stupens profundo *Bad. ed. a. 1798* || segnes V^1 || 768 Hunc *ω* Hinc *With.* || 769 squalidus gestat *ω* ualidus expectat *With.* || 771 squalent *EVA* lucent *ψ* pallent *uel* lurent *NHs.* || 772 longo p. conto *EV* (compto) conto p. longo *A* || 774 umbras *EVMψ* undas *A* || 779 cumpa *ex* cumba *corr.* E^1 || 780 succumbuit *V* sedit *ω* sidit *Gron.* || 781 titubanti *EVM* titubante *ψ* titubato *A* || 782 tunc *εA* tum *V* || uasta AV^2 uastra *R* uicta *Eψ* uecta V^1 || 783 in bella *EVM* in *om. A* || 785 labor *A* || 786 auaris V^1 || ditis) it *in ras.* E^2 || 788 trina *εφ* *quidam Delriani* terna *φA* || capita *ω* latera *scripsi* || 789 tabe *V* || 790 colubrę *Eψ* columbre V^1 colubri *A* || uipeis *V* || horrentes *E* ||

[*longusque torta sibilat cauda draco.*]
h' Par ira formae. sensit ut motus pedum
attollit hirtas angue uibrato comas,
missumque captat aure subrecta sonum
sentire et umbras solitus. ut propior stetit
Ioue natus, antro sedit incertus canis.
i Et uterque timuit. ecce latratu graui
loca muta terret, sibilat totos minax
serpens per armos. uocis horrendae fragor
per ora missus terna felices quoque
exterret umbras.
i' Soluit Al*cides* feros
tunc ipse rictus et cleonaeum caput
opponit ac se tegmine ingenti tegit
uictrice magnum dextera robur gerens.
l Huc nunc et illuc uerbere adsiduo rotat.
ingeminat ictus. domitus infregit minas
et cuncta lassus capita summisit canis
antroque toto cessit. extimuit sedens
uterque solio dominus et duci iubet.
me quoque petentimunus Alcidae dedit.
l' Tum grauia monstri colla permulcens manu
adamante texto uinxit. oblitus sui
custos opaci peruigil regni canis
conponit aures timidus et patiens trahi
erumque fassus ore summisso obsequens
utrumque cauda pulsat anguifera latus.
m Postquam est ad oras Taenari uentum et nitor

---

u. 791 *deleui* || 792 Per *E* || 793 umbrato V^1 || 794 subrecta *EφME I Pal.* subiecta *φA* || 796 sedit *EVψ* cedit *A* || 797 et uterque timuit *uix sana. an* uteroque tumuit? || 800 eterna *V* || 801 a laeua *ω* at laeua *With.* Alcides *scripsi* || feros *AR supra scr.* ferox ϵ*Vψ* || 803 tegit *E* ~~ge~~tegit *V* clepit *A* || 804 uictrice// *E* || 805 assiduo) sid *in ras. E* || 806 minas) *post* s *ras. E* || 807 lapsus *Vψ* || 808 cessat V^1 || 810 petente *V R 12 14 T m. sec.* petentem *R pr. m.* || 811 Tum *E R 13* Tunc *φA* || colla monstri *V* || 814 tumidus V^1 ||

percussit oculos, lucis ignotae bono F. XIIIIr
resumit animos uictus et uastas furens
quassat catenas. paene uictorem abstulit
pronumque retro uexit et mouit gradu.
m′ Tunc et meas respexit Alcides manus.
geminis uterque uiribus tractum canem
ira furentem et bella temptantem inrita
intulimus orbi. uidit ut clarum diem
[*et pura nitidi spatia conspexit poli.*]
oborta nox est, lumina in terram dedit.
l″ Conpressit oculos et diem inuisum expulit
aciemque retro flexit atque omni petit
ceruice terram. tum sub herculeas caput
abscondit umbras.
densa sed laeto uenit
clamore turba frontibus laurum gerens
magnique meritas Herculis laudes canit.

CHORVS.

a Natus Eurystheus properante partu
. . . .
iusserat mundi penetrare fundum.
derat hoc solum numero laborum
tertiae regem spoliare sortis.

b Ausus es caecos aditus inire,
ducit ad manes uia qua remotos
tristis et nigra metuenda silua
sed frequens magna comitante turba.

---

818 bono *EÆV¹ψ* bonos *AV²* bonus *Wakefieldius* nouos *Rutgers.* || 819 animo *V¹* || uictus *EVψ* uinctus *A* || 820 uictorem *EVψ* uectorem *A* || 822 despexit *V* || 823 tactum *V¹* || 825 claram *V²* || diem *EVR12* aethera *A* || 826 *sustuli* || 827 *deleuit Bo.* || 828 conspexit *E* || 830 tunc *V* || herculea c. A. umbra *φA* herculeas c. A. umbras *E* || *post* 834 *uersus unus et alter excidisse uidetur* || 835 Iussit Alciden *With.* || 838 es *EV* est *A* || 840 nigra m. silua *EVR13* silua m. nigra *A* || 841 uolitante turba *B.Schm.* ||

b′ Quantus incedit populus per urbes
ad noui ludos auidus theatri:
qualis eleum ruit ad tonantem,
quinta cum sacrum reuocauit aestas.

c Quanta, cum longae redit hora nocti
crescere et somnos cupiens quietos
libra phoebeos tenet aequa currus, F.XIIII u
turba secretam Cererem frequentat
et citi tectis properant relictis
attici noctem celebrare mystae:

c′ Tanta per campos agitur silentes
turba. pars tarda graditur senecta,
[*tristis et longa satiata uita*]
pars adhuc currit melioris aeui,
uirgines nondum thalamis iugatae
et comis nondum positis ephebi
matris et nomen modo doctus infans.

c″ His datum solis, minus ut timerent
igne praelato releuare noctem.
ceteri uadunt per opaca tristes,
qualis est nobis animus, remota
luce cum maestus sibi quisque sensit
obrutum tota caput esse terra.

d Stat chaos densum tenebraeque turpes
et color noctis malus ac silentis
otium mundi uacuaeque nubes.

e Sera nos illo referat senectus.
nemo ad id sero uenit unde numquam,

844 ruit *EVψ* currit *ψ* coit *A* || 846 longe *A* || noctis *A* || 848 thebeos *E* || 850 siti V^1 sciti *R14* scite *ψ* Exciti *NHs.* || 853 graditur *EVR11* $gradis^{tur}$ *R10* (tur *m. sec.*) gradiens *A* || 854 *deleui* || 863 sensit *EφA* sentit *ψ* || 864 obtutum *V* ||

cum semel uenit, pot*er*it reuerti.
quid iuuat dirum properare fatum?

e′ Omnis haec magnis uaga turba terris
ibit ad manes facietque inerti
uela Cocyto. tibi crescit omne,
et quod occasus uidet et quod ortus.

d′ Parce uenturis. tibi mors paramur.
sic licet segnis, properamus ipsi.
prima quae uitam dedit hora, carpit.

f⁰ Thebis laeta dies adest. F.XVr
aras tangite supplices.
pingues caedite uictimas.
permixtae maribus nurus
solemnes agitent choros.
cessent deposito iugo
arui fertilis incolae.

f Pax est herculea manu
Auroram inter et Hesperum
et qua sol medium tenens
umbras corporibus negat.
quodcumque adluitur solum
longo Tethyos ambitu,
Alcidae domuit labor.

f′ Transuectus uada Tartari,
pacatis redit inferis.

---

870 potuit *ω* poterit *Bo.* || 871 dirum *VT* durum *εA* || 874 crescet *E* || 876 et tibi *V* || paramus *V ut uidetur* || 876[b] *et* 877[a] *post* 874[a] *interponendos putat B.Schm.* || 878 carpit *Eφ* carpsit *Aφ* || CHORVS *ER om. φA Terentianus Maurus u. 2672* „Exemplum et Senecae dabo: | Thebis — uictimas.“ || 879 *Terentianus u. 2786* || 880 aram *Terentianus* || 882 matribus *E* || 890 alluitur *EVψ* abluitur *A* ||

iam nullus superest timor
nil ultra iacet inferos.
. . . .
stantes sacrificus comas
dilecta tege populo.

HERCVLES. THESEVS. AMPHITRYON. MEGARA.

a Victrice dextra fusus aduerso Lycus
terram cecidit ore. tum quisquis comes
fuerat tyranni, iacuit et poenae comes.
nunc sacra patri uictor et superis feram
caesisque meritas uictimis aras colam.
b Te te laborum socia et adiutrix precor
belligera Pallas cuius in laeua ciet
aegis feroces ore saxifico minas,
b′ Adsit Lycurgi domitor et rubri maris
tectam uirente cuspidem thyrso gerens
geminumque numen Phoebus et Phoebi soror.
[*soror sagittis aptior, Phoebus lyrae*]
a′ Fraterque quisquis incolit caelum meus
non ex nouerca frater. huc appellite
greges opimos. quicquid Indorum seges
Arabesque odoris quicquid arboribus legunt,
conferte in aras. pinguis exundet uapor.
b Populea nostras arbor exornet comas,
te ramus oleae fronde gentili tegat
Theseu. tonantem nostra adorabit manus.
b′ Tu conditores urbis et siluestria

post 896 *lacunam significaui* || 898 rege *VR* || CHORVS *additur E* THESEVS *om. E ultimum locum occupat VT* || 899 Victrice *EV* Vitrice *R12* Vltrice *A* || aduerso *EV Basil. mg.* aduersam *A* || 900 tunc *EVR12 m. pr.* tum *A* || 903 sacra scolam *E*¹ || 906 minax *E* || 907 adhesit *V*¹ || 908 uirente *EV* uirenti *A* || 910 *uersum sustuli auctore G.Richtero* || 913 optimos *V*¹ || Indorum genus *With.* Indi aruis secant *B.Schm.* || 915 exundet *EMEVψ* exudet *A* || 916 exornet comas *V in ras.* || 919 *Thesei nota uersui praefixa A* || Tu *EV* Dii *A* || orbis *V*¹ ||

trucis antra Zethi, nobilis Dirces *nemus* F.XVu
laremque regis aduenae tyrium coles.
c Date tura flammis.
AMPH. . gnate manantes prius
manus cruenta caede et hostili expia.
HERC. utinam cruorem capitis inuisi deis
libare possem. gratior nullus liquor
tinxisset aras. uictima haut ulla amplior
potest magisque opima mactari I o u i,
quam rex iniquus.
c′ AMPH. Finiat genitor tuus
opta laboris. detur aliquando otium
quiesque fessis.
HERC. ipse concipiam preces
I o u e meque dignas. stet suo caelum loco
tellusque et aether. astra inoffensos agant
serena cursus. alta pax gentes alat.
d Ferrum omne teneat ruris innocui labor,
ensesque lateant. n u l l a tempestas fretum
uiolenta turbet, nullus irato Ioue
exiliat ignis, nullus hiberna niue
nutritus agros amnis euersos trahat.
d′ Venena cessent. n u l l a nocituro grauis
suco tumescat herba . . . .
. . . . non saeui ac truces
regnent tyranni. si quod etiamnum est scelus
latura tellus, properet et si quod parat
monstrum, meum sit.

---

920 Ceti *A* || nobilis *EVR10* nobiles *A* || dircenaqȝ *E* dirces aquis *V* Dirces aquas *A* Dirces n e m u s *With.* || 921 larem^{que} regis *V* q u i *post* regis *α* || colis *VA* coles *E* colens *ÆE* || 922 manantē *V*[1] || 923 cedde *uel* redde *V* || 924 cruore *V* || 927 poſqȝ magis *V* || 928 tuus *EVψ* tuos *A* || 929 optata *V*[2] || laboris *V* labores *EA* || 930 //fessis *E* || concipias *V*[1] || 931 //dignas *E* || 932 ae-q u o r *NHs.* || 933 serena *V* aeterna *EA* || 934 ferrumqȝ *V* || 935 Ensqȝ *V*[1] || 939 nullo *V* || 940 *duo hemistichia excidisse credo* || 942 si qd' nunc eciam est scelus *V* ||

e Sed quid hoc? medium *polum*
cinxere tenebrae. Phoebus obscuro meat
sine nube uultu. quis diem retro fugat
agitque in ortus? unde nox atrum caput
ignota profert? unde tot stellae polum
inplent diurnae? primus en noster labor
caeli refulget parte non minima leo
iraque totus feruet et morsus parat. F. XVII
e′ Iam rapiet aliquod sidus. ingenti minax
stat ore et ignes efflat et rutilam iubam
ceruice iactans quicquid autumnus grauis
hiemsque gelido f*ul*gid*um* spatio refert,
uno impetu transiliet et uerni petet
frangetque tauri colla.
AMPH. quod subitum hoc malum est?
quo gnate uultus huc et huc acres refers
acieque falsum turbida caelum uides?
f HERC. Perdomita tellus, tumida cesserunt freta.
inferna nostros regna sensere impetus:
inmune caelum est dignus Alcidae labor.
in alta mundi spatia sublimis ferar.
petatur aether. astra promittit pater.
f′ Quid si negaret? non capit terra Herculem
tandemque superis reddit. en ultro uocat
omnis deorum coetus et laxat fores
una uetante. recipis et reseras polum
an contumacis ianuam mundi traho?
f Dubitatur etiam? uincla Saturno exuam
contraque patris inpii regnum inpotens
auum resoluam. bella Titanes parent
me duce furentes. saxa cum siluis feram

---

944 diem ω polum *scripsi* || 946 quis *EVψ* quid *A* fugiat *E* || 952 rapiat EV^1 rapiet *A* || 953 afflat V^1 || rutilam *EV* rutilat *A* || 955 gelido frigida ω (gelida frigido *R14*) fulgidum *With.* || 958 huc illuc *ψ* huc et illuc *RTMog.V* (illic V^1) huc et huc ε*A* || refert V^1 || 962 dignum E^1 || 964 astras V^1 || 966 reddet *R* || 968 recipi sed *EV* || 969 trahi *V* traham *R* ||

rapiamque dextra plena Centauris iuga.
g Iam monte gemino limitem ad superos agam.
uideat sub Ossa Pelion Chiron suum.
in caelum Olympus tertio positus gradu
perueniet aut mittetur.
AMPH. infandos procul
auerte sensus. pectoris sani parum
magni tamen conpesce dementem impetum.
g′ HERC. Quid hoc? Gigantes arma pestiferi mouent.
profugit umbras Tityos ac lacerum gerens F.XVIu
et inane pectus, quam prope a caelo stetit.
labat Cithaeron, alta Pallene tremit
marcentque Tempe. rapuit hic Pindi iuga,
hic rapuit Oeten. saeuit horrendum Mimans.
f′ Flammifera Erinys uerbere excusso sonat
rogisque adustas propius ac propius sudes
In ora tendit. saeua Tisiphone caput
serpentibus uallata post raptum canem
portam uacantem clausit opposita face. —
h Sed ecce proles regis inimici latet
Lyci nefandum semen. inuiso patri
haec dextra iam uos reddet. excutiat leuis
neruus sagittas. tela sic mitti decet
herculea.
h′ AMPH. Quo se caecus inpegit furor?
uastam coactis flexit arcum cornibus
pharetramque soluit, stridet emissa impetu
harundo. medio spiculum collo fugit
uulnere relicto.
i HERC. Ceteram prolem eruam

977 caelum^{o}lympus *E* || terno *V* || 978 perueniat aut mittatur *α* || 981 pestiferi *ϵ V Basil. mg.* pestifera *A* || 982 profugit et u. *α* || 983 quum V^1 || 984 pellene *E* || 985 Marcentque *VA* Macetumque *E* || 996 inpegit *EVM̸E pr. m.* impedit *M̸E in ras. m. sec.* inuergit *A* || 998 stridet *ϵφR13* stridit *Aφ* || amissa V^1 || 999 medium *E* || 1000 *post* eruam *add.:* sipōt lib'et *V* ||

omnisque latebras. quid moror? maius mihi
bellum Mycenis restat, ut cyclopia
euersa manibus saxa nostris concidant.
huc eat et illuc *u*alua deiecto obice
rua*n*tque postes, culmen inpulsum labet.
k Procumbat omnis regia. hic uideo abditum
gnatum scelesti patris.
AMPH. en blandas manus
ad genua tendens uoce miseranda rogat.
scelus nefandum triste et adspectu horridum:
dextra precantem rapuit et circa furens
bis ter rotatum misit. ast illi caput
sonuit, cerebro tecta disperso madent. F. XVIIr
k′ At misera paruum protegens gnatum sinu
Megara furenti similis e latebris fugit.
HERC. licet tonantis profuga condaris sinu,
petet undecumque temet haec dextra et feret.
AMPH. quo misera pergis? quam fugam aut latebram petis?
nullus salutis Hercule infesto est locus.
amplectere ipsum potius et blanda prece
lenire tempta.
i′ MEG. Parce tam coniunx precor.
agnosce Megaram. gnatus hic uultus tuos
habitusque reddit. cernis, ut tendat manus?
HERC. teneo nouercam. sequere, da poenas mihi
iugoque pressum libera turpi Iouem.
sed ante matrem paruulum hoc monstrum occidat.

1004 et *abest E* aula ω ualua *Bad.* huc rotet et illuc claua *With.* || deiecto *EV* disiecto *A* || 1005 rumpatque ω ruantque *scripsi* || culmen *EVR* columen *A* iacet (a) *V* || 1006 Procumbat *VA* perlucet *E* || 1010 dextra ε*A* dextram *Vψ* || precantem *φA* precante *Eφ* || 1012 tecta — madent *EVψ* terra — madet *A* || disperse *V*¹ || 1013 sinum *V*¹ || 1016 et feriet *VP* et te feriet *R* || 1017 latebram *EV* latebras *A* || 1018 infesto *EVψ* infenso *A* || 1022 tendam *E* || 1023 Teneo *EM̶E*¹*ψ* Renuo *VA* || 1025 occidat *EV* auferam *A* ||

l AMPH. Quo tendis amens? sanguinem fundes tuum? —
pauefactus infans igneo uultu patris
perit ante uulnus. spiritum eripuit timor.
m In coniugem nunc claua libratur grauis.
perfregit ossa. corpori trunco caput
abest nec usquam est. cernere hoc audes nimis
uiuax senectus? si piget luctus, habes
mortem paratam.
m′ Pectus in tela indue
uel stipitem istum caede monstrorum inlitum
conuerte. falsum ac nomini turpem tuo
remoue parentem, ne tuae laudi obstrepat.
l′ THES. Quo te ipse senior obuium morti ingeris?
quo pergis amens? profuge et obtectus late
unumque manibus aufer herculeis scelus.
m″ HERC. Bene habet. pudendi regis excisa est domus.
tibi hunc dicatum maximi coniunx Iouis
gregem cecidi. uota persolui libens
te digna et Argos uictimas alias dabit.
l″ AMPH. Nondum litasti gnate. consumma sacrum. F. XVIIu
stat ecce ad aras hostia, expectat manum
ceruice prona. praebeo occurro insequor.
n Macta. quid hoc est? errat acies luminum
uisusque maeror hebetat. an uideo Herculis
manus trementes? uultus in somnum cadit
et fessa ceruix capite summisso labat,
flexo genu iam totus ad terram ruit

1026 AM. *V* HERC. *E* MEG. *A* || fundens *Vψ* || 1027 Am. *A om. EV* || igneo infans *E*[1] || 1028 eripuit *E Voss. duo Christinae* eripiuit *V* erripuit *R* rapuit *A* || 1029 coniuge *E* || 1031 umquam *E*[1] || 1032 uiua[x] *E* || 1033 pectus hoc telis pete *B.Schm.* pectus integrum (*uel* antiquum) indue *scripserim* || 1034 nostrorum *B.Schm.* || 1036 obsteprat *E*[1] *corr. E*[1] || 1037 senior *EVME Ascensius* genitor *A* || obuium morti *EVψ* morti obuium *A* || 1038 et *supra scr. V* || 1046 praebe *E* || 1048 memor *E* || 1049 uultus *in mg. V* || insompnus *V*[1] || 1051 Et flexo *V* ||

ut caesa siluis ornus aut portum mari
datura moles.
n Viuis an leto dedit
idem tuos qui misit ad mortem furor?
sopor est. reciprocos spiritus *ui*rtus agit.
detur quieti tempus, ut somno graui
uis uicta morbi pectus oppressum leuet.
remouete famuli tela, ne repetat furens.

CHORVS

a Lugeat aether magnusque parens
aetheris alti tellusque ferax
et uaga ponti mobilis unda
t u q u e ante omnis qui per terras
tractusque maris fundis radios
noctemque fugas ore decoro
feruide Titan. obitus pariter
tecum Alcides uidit et ortus,
nouitque tuas utrasque domos.

a′ Soluite tantis animum monstris,
soluite superi.
*cae*cam in melius flectite mentem.
t u q u e o domitor somne malorum, [*requies animi,*]
pars humanae melior uitae,
uolucer, matris genus Astraeae,
frater durae languide mortis,
ueris miscens falsa, futuri
certus et idem pessimus auctor:

1052 celsa *V* || portum *EV* portus *A* || 1055 recipcros V^1 || in ortus *E* in uultus *V* motus *A* u i r t u s *scripsi. an* f l u c t u s? || 1056 graui *EV alter Angelicus* grauis *A* || 1063 tractatusqȝ *V* || 1069 soluite o superi *E unus Christinae* || 1070 rectam *ω* c a e c a m *With.* || 1071 laborum *α* || requies animi *sustuli* || 1073 uolucris V^1 || abstri V^1 || 1074 durum·⁊ (et) V^1 || 1075 futuris *E* ||

b Pater o rerum, portus uitae, F. XVIII r
lucis requies noctisque comes
qui par regi famuloque uenis:
pauidum leti genus humanum
cogis longam discere mortem:

b Placidus fessum lenisque foue
preme deuinctum torpore graui,
sopor indomitos adliget artus.
nec torua prius pectora linquas,
quam mens repetat pristina cursum.

c En fusus humi saeua feroci
corde uolutat somnia. nondum est
tanti pestis superata mali.
clauaeque graui lassum solitus
mandare caput
quaerit uacua pondera dextra
motu iactans bracchia uano

c′ Nec adhuc omnis expulit aestus.
sed ut ingenti uexata noto
seruat longos unda tumultus
et iam uento cessante tumet.
. . . .
. . . .
. . . .

c″ Pelle insanos fluctus animi.
redeat pietas uirtusque uiro.

---

uu. 1080 *sq. hoc ordine A exhibet:* Placidus — Pauidum — Cogis — *iusto ordine leguntur in EV* || 1081 noctem *I. Douza filius* || 1082 foue *EVψ* foues *A* || 1083 Ppreme *E* || deuinctum *E* deuictum *φA* || corpore *V* || 1084 *ante u.* 1083 (Sopor — Preme —) *legitur in Vratisl.* || 1085 linquas *V* linquat *εA* || 1087 Infusus *E* || 1088 uouat *E* || 1090 grauis V^2 graui V^1*εA* || lapsum *VR* || 1097 *alterum comparationis membrum etiam With. desiderat qui apte confert HO. 710—712. trium uersuum lacunam constitui* || 1099 red^{e}at *V* ||

uel sit potius 1100
mens uesano concita motu.
[*error caecus qua coepit eat.*]
solus te iam praestare potest
furor insontem. proxima puris
sors est manibus nescire nefas. 1105

d Nunc herculeis percussa sonent
pectora palmis.
mundum solitos ferre lacertos
uictrice manu uerbera pulsent 1109
et qui medius tua tela tamen 1117
senserat aether . . . .
pectora tantis obsessa malis
non sunt ictu ferienda leui. 1120

d′ Vno planctu tria regna sonent. 1121
gemitus uastos audiat aether, 1110
audiat atri|regi*o* po*pu*li F. XVIIIr
uastisque ferox
qui colla gerit uincta catenis
imo latitans Cerberus antro.
resonet maesto clamore chaos, 1115
latique patens unda profundi. 1116

e Et tu collo decus ac telum 1122
suspensa diu fortis harundo
pharetraeque graues date saeua fero

1101 concitata *V* || 1102 *uncis inclusi* || 1103 iam ṣpạ p̄stare *V* || 1106 hercules *E*[1] || pectora sonent percussa p. *V* || 1109 ultrice *NHs.* || 1109[b] *ante* 1109[a] *ω hemistichiis conmutatis hic interposui uu.* 1117—1121 (et qui — sonent). || 1117 medius *V*[1] melius *εA* || tantum *V* || 1118 aer *Eψ* aether *AV exciderunt aliquot uerba* || 1119 manus *V*[1] || 1110 uastos) istos *NHs.* g. -que tuos *With.* || 1111 Regia *E Mog.* Regina *A* Reginaque *V* || poli *AE* proli *V*[1] Regio populi *uel etiam* Regia populi *With.* || 1112 uastusque *E* || 1124 graues *EV* leues *A* ||

uerbera tergo. caedant umeros
robora fortes stipesque potens
duris oneret pectora nodis.
plangant tantos arma dolores.

e′ Non uos patriae laudis comites
ulti saeuos uulnere reges.
non argiua membra palaestra
flectere docti [*fortes caestu*
fortesque manu] iam tamen ausi
telum scythicis leue corytis
missum certa librare manu
tutosque fuga figere ceruos.
[*nondumque ferae terga iubatae*]

f Ite ad stygios umbrae portus,
ite innocuae
quas in primo limine uitae
scelus oppressit patriusque furor.

f′ Ite infaustum genus o pueri
ite . . . .
noti per iter triste laboris.
ite iratos uisite reges.

HERCVLES. AMPHITRYON. THESEVS.

F. XVIIIr

a Quis hic locus, quae regio, quae mundi plaga?
ubi sum? sub ortu solis an sub cardine
glacialis ursae? numquid hesperii maris

1127 pectoras *V* || 1130 Vilisceuos *E* sceuos *V* seuos *Mog. Vltraiect.* saeuo *A* || 1132 flectere forti fortes *ψ* fl. fortes forti *R Mog.* fl. fortes (FORTI *mg. m. sec.*) *P* fl. docti fortes ϵ*A* fl. d. feroces V^1 cestus *V* 1132b 1133a *sustuli* || 1134 scithycis l. corytis *E* stitici l. corithi *P* scythici l. corithi *A* || 1137 *deleui* || 1144 triste tenebris *With.* || *excidisse unum uersiculum stropha docet.* || ·HER· *supra u.* 1145 *add. E* ||

extrema tellus hunc dat Oceano modum?
quas trahimus auras? quod solum fesso subest?
a' Certe redimus. u n d e prostrata *a* domo
uideo cruenta corpora? an nondum exuit
simulacra mens inferna? post reditus quoque
oberrat oculis turba feralis meis.
pudet fateri, paueo nescio quid mihi.
[*nescio quod animus grande praesagit malum.*]
b V b i est parens? u b i illa natorum grege
animosa coniunx? en latus laeuum uacat
spolio leonis. quonam abit tegimen meum
idemque somno mollis herculeo torus?
b' V b i tela? u b i arcus? arma quis uiuo mihi
detrahere potuit? spolia quis tanta abstulit
ipsumque quis non Herculis somnum horruit?
libet meum uidere uictorem, libet.
a E x u r g e uirtus. q u e m nouum caelo pater
genuit relicto, cuius in fetu stetit
nox longior quam nostra? — quod cerno nefas:
gnati c r u e n t a c a e d e confecti iacent,
perempta coniunx. q u i s Lycus regnum optinet?
a' Q u i s tanta Thebis scelera moliri ausus est
Hercule reuerso? quisquis Ismeni loca,
actaea quisquis arua, qui gemino mari
pulsata Pelopis regna dardanii colis,
succurre, s a e u a e c l a d i s auctorem indica.
a'' Ruat ira in omnes. hostis est quisquis mihi
non monstrat hostem. uictor Alcidae lates?
procede seu tu uindicas currus truces

1148 ubi dat *With.* || 1149 a^{u}ras *E* || 1150 prostrata domo *ω* p. a domo *Bo.* ad domum *B.Schm.* || 1151 exiuit *V*[1] || 1153 oborrat *E* || oculis *EV* meis *Eφ* oculos t. f. meos *A* || 1154 quod *εφA* quid *ψ* || 1155 *deleui coll. HO. 745* || 1157 cur en *E* cur *Aφ* || uacat) t *lit. abstersa E* || 1158 quidnam *V*[1] || tegmen *A* tegimen *EVψ* || 1162 qui *E* || 1165 in foetu *E* in fetu *V* incestu *A* || 1166 nostra quam *V* (nostra *in ras.*) || *u.* 1168 *in mg. add. V* || obtinet) *syll.* et *abstersa E* || 1173 actorem *φα* || 1174 Ruatur in o. *E* ||

Thracis cruenti siue Geryonae pecus
Libyaeue dominos. nulla pugnandi mora est. F. XVIIIIa
c En nudus adsto. uel meis armis licet
petas inermem. cur meos T h e s e u s fugit
p a t e r q u e uultus? ora cur condunt sua?
c′ Differte fletus. quis meos dederit neci
omnes simul profare. — quid g e n i t o r siles?
at tu ede T h e s e u, sed tua Theseu fide.
a⁰ Vterque tacitus ora pudibunda optegit
furtimque lacrimas fundit. in tantis malis
quid est pudendum? numquid argiuae inpotens
dominator urbis, numquid infestum Lyci
pereuntis agmen clade nos tanta obruit?
c″ Per te meorum facinorum laudem precor
genitor tuique nominis semper mihi
numen secundum, fare quis fudit domum?
cui praeda iacui?
c AMPH. Tacita sic abeant mala.
HERC. ut inultus ego sim?
AMPH. saepe uindicta obfuit.
HERC. quisquamne segnis tanta tolerauit mala?
c′ AMPH. Maiora quisquis timuit.
HERC. his etiam pater
quicquam timeri maius aut grauius potest?
AMPH. cladis tuae pars ista quam nosti quota est?
a HERC. Miserere g e n i t o r. supplices tendo manus.
quid hoc? manus refugit. hic errat s c e l u s.
unde hic cruor? quid illa puerili madens
harundo leto? — tincta lernaea nece

1177 *inter* siue *et* geryone *litera* r *interposita uidetur* *E* seu tu g. *Basil. mg.* gerione *E Pall. uetustiores* geriō *V* Geryonis *A* || 1180 inhermen *V* || meus *V*[1] *Vratisl.* || 1181 condit *V* || 1182 deferte fletus *E* *at* defer tellus *idem teste Gron.* || 1183 simul ꝑ th. fāe *V* || 1187 potens *A* imp. *E* inp. *V* || 1189 P a r e n t i s α || 1194 sum *V* || 1195 tolerabit *E* tollerabit *V* tolerauit *A* || 1196 quisquē *V* || 1201 quid? illa puerili m a d e t H. l. t. l. nece? *With.* || 1202 lerna *E* ||

iam tela uideo nostra. non quaero manum:
a′ Quis potuit arcum flectere aut quae dextera
sinuare neruum *inuita* cedentem mihi?
ad uos reuertor genitor. hoc nostrum est scelus?
tacuere. nostrum est.
AMPH. luctus est istic tuus
crimen nouercae. casus hic culpa caret. F. XXr
d° HERC. Nunc parte ab omni genitor iratus tona
oblite nostri. uindica sera manu
saltem nepotes. stelliger mundus sonet
flammasque et hic et ille iaculetur polus.
d Rupes ligatum caspiae corpus trahant
[*atque ales auida. cur promethei uacant*
scopuli? uagetur uertice inmenso feras]
uolucresque pascens Caucasi abruptum latus
nudumque siluis. illa quae pontum scythen
Symplegas artat, hinc et hinc uinctas manus
distendat alto.
d′ Cumque reuocata uice
in se coibunt saxaque in caelum expriment
actis utrimque rupibus medium mare,
ego inquieta montium iaceam mora. 1222
d AMPH. Nondum tumultu pectus attonito carens 1226
mutauit iras quodque habet proprium furor,
in se ipse saeuit.
HERC. *clusa* furiarum loca
et inferorum carcer et sonti plaga

1203 nunc quero *VR13* || 1205 neruos *E* neruum *φA* || ui cedente mihi *E* uix cedentem *VP* uix reced. *A* uix iam ced. *Egutanus* pene ced. *R Voss.* uix pene ced. *Mog.* iuxta ced. *mss. Neapolitani unde* iusta ced. *Bo.* pene luctantem *With.* inuita *scripsi* || 1207 Am. Tacuere *V*[1] || 1212 et *ante* hic *abest VR14* || 1214. 1215 *deleui* || 1215 uagetur *EV* uagetus *R13 pr. m.* paretur *A* || 1217 q *V* || sticheum *V*[1] || 1219 discedat *V*[1] || 1220 coibit *B.Schm.* || expriment *VA* exprimunt ε || 1223 — 1225 *transposui post u.* 1241 || 1228 attonito *EV* attonitum *A* || carens *EV Ultrai. u. l. Delriani* caret *A* || 1228 furit *AEψ* || dira *o*clusa *With.* ||

decreta turbae.
d′ Si quod exilium latet
ulterius Erebo Cerbero ignotum et mihi,
huc me abde tellus. Tartari ad finem ultimum
mansurus ibo. pectus o nimium ferum.
d Quis uos per omnem liberi sparsos domum
deflere digne poterit? hic durus malis
lacrimare uultus nescit. huc arcum date,
date huc sagittas, stipitem huc uastum date.
d′ Tibi tela frangam nostra, tibi nostros puer
rumpemus arcus ac tuis stipes grauis F. XXu
ardebit umbris. ipsa lernaeis frequens
pharetra telis in tuos ibit rogos. 1241
e Quin structum aceruans nemore congesto aggerem 1223
cruore corpus inpio sparsum cremo?
sic sic agendum est: inferis reddam Herculem. 1225
dent arma poenas; uos quoque infaustas meis 1242
cremabo taedis o nouercales manus.
f AMPH. Quis nomen usquam sceleris errori addidit?
f′ HERC. Saepe error ingens sceleris optinuit locum.
f″ AMPH. Nunc Hercule opus est. perfer hanc molem mali.
g⁰ HERC. Non sic furore cessit extinctus pudor,
populos ut omnes inpio adspectu fugem.
arma arma Theseu flagito propere mihi
subtracta reddi. sana si mens est mihi,

1230 et si *A* et *om. EV* || 1232 hoc *E* adde *V* || 1236 ensem *ω* arcum *With.* || 1238 telam *V*¹*R* nostram *V*¹ || 1224 cremo *EVψ* cremem *A* || 1225 Sic sic *VR* || 1242 infausta *ψ* || 1243 telis *EVA* taedis *codex Angelicus* || Am. o nouercales *V*¹ || 1244 AMPH. *E* Am. *V* The *A* || usquam *EV* unquam *A* || addidit *Eψ* addit *VR10* dedit *ψ* indidit *A* || 1245 sēper furor ingens *E* || 1246 AMPH. *E* Am. *V* The. *A* || 1247 furor recessit *EV* furore *ψ* furori *A* cessit *A* || puer *E*¹ *ut uidetur* || 1250 *in mg. add. V* ||

referte manibus tela. si remanet furor,
pater recede, mortis inueniam uiam.
g AMPH. Per sancta generis sacra, per ius nominis
utrumque nostri, siue me auctorem uocas
seu tu parentem, perque uenerandos piis
canos, senectae parce desertae precor
annisque fessis, unicum lapsae domus
firmamen, unum *co*lumen adflict*ae* malis.
g′ Temet reserua. nullus ex te contigit
fructus laborum. semper aut dubium mare
aut monstra timui. quisquis in toto furit
rex saeuus orbe manibus aut aris nocens
a me timetur. semper absentis pater
fructum tui tactumque et adspectum peto.
e′ HERC. Cur animam in ista luce detineam amplius
morerque nihil est. cuncta iam amisi bona:
mentem arma famam coniugem gnatos manus
etiam furorem. nemo polluto queat
animo mederi. morte sanandum est scelus.
f AMPH. Perimes parentem?
HERC. facere ne possim occidam.
f′ AMPH. Genitore coram? F. XXIr
HERC. cernere hunc docui nefas.
h AMPH. Memoranda potius omnibus facta intuens
unius a te criminis ueniam pete.
h′ HERC. Veniam dabit sibi ipse qui nulli dedit?
laudanda feci iussus, hoc unum meum est.
i Succurre genitor, siue te pietas mouet
seu triste fatum siue uiolatum decus

1254 siue ^{me}a. *V* auctorem *Eψ* actorem *VR13* altorem *A* || 1258 lumen *ω* columen *DHs.* || afflictis *EV* afflicto *A* afflictae *NHs.* || 1261 into^{to} *V* || furit *EVψ* fuit *A* || 1262 artis *V* || 1263 Nox timetur *ÆE* || 1264 Fructumque *Vψ* || 1266 nil *V Vratisl.* || 1270 AMPH. *E* Am. *V* The. *A* || 1271 AMPH. *E* Am. *V* The. *A* || 1272 uenerauda *L. Mueller.* || 1273 pete *EVÆ R13 Coloniensis* peto *A* || 1277 factum *V* || uiolatum *EV* uiolatae *A* ||

uirtutis. affer arma. uincatur mea
fortuna dextra.
THES. sunt quidem patris preces
satis efficaces, sed tamen nostro quoque
mouere fletu.
i′ Surge et aduersa impetu
perfringe solito. nunc tuum nulli inparem
animum malo resume, nunc magna tibi
uirtute agendum est. Herculem irasci ueta.
HERC. si uiuo feci scelera, si morior tuli.
k Purgare terras propero. iamdudum mihi
monstrum inpium saeuumque et inmite ac ferum
oberrat. agedum dextra conare aggredi
ingens opus labore bisseno amplius. —
ignaua cessas fortis in pueros modo
pauidamque matrem? arma nisi dantur mihi,
aut omne Pindi thracis excidam nemus
Bacchique lucos et Cithaeronis iuga
mecum cremabo.
k′ Tota cum *lar*ibus suis
dominisque tecta, cum deis templa omnibus
thebana supra corpus excipiam meum
atque urbe uersa condar et si fortibus
leue pondus umeris moenia inmissa incident
septemque opertus non satis portis premar,
onus omne media parte quod mundi sedet
dirimitque superos in meum uertam caput.

1278 affer *V* effer ε*A* || 1279 Am. *uersui praefixum V* || fortuna) na *syllaba sec. m. E an* nouerca? || patris *V* patriae *EA* || 1281 mouere *EVψ* moueare *A* || 1284 est *om. V* || 1286 iamdumdum *V*[1] || 1288 agendum *V*[1] *R 1314* || 1290 ignaue ω ignaua *I.Gron.* || 1291 pauidasque matres ψ || dantur *E alii ut uidetur* dentur *VA* || 1292 pinidi *V* || excisum *B.Schm.* || 1294 aut tota *Vratisl. Bo.* || cum domibus ω cum famulis suis *B.Schm.* cum laribus *scripsi* || 1297 euersa *EV Vratisl.* uersa *A* || 1298 incident *EVψ* excident *A* || 1300 quod mundi *EV* qua mundus *A* ||

ut caesa siluis ornus aut portum mari
datura moles.
n Viuis an leto dedit
idem tuos qui misit ad mortem furor?
sopor est. reciprocos spiritus *ui*rtus agit.
detur quieti tempus, ut somno graui
uis uicta morbi pectus oppressum leuet.
remouete famuli tela, ne repetat furens.

CHORVS

a Lugeat aether magnusque parens
aetheris alti tellusque ferax
et uaga ponti mobilis unda
tuque ante omnis qui per terras
tractusque maris fundis radios
noctemque fugas ore decoro
feruide Titan. obitus pariter
tecum Alcides uidit et ortus,
nouitque tuas utrasque domos.

a′ Soluite tantis animum monstris,
soluite superi.
*ca*ecam in melius flectite mentem.
tuque o domitor somne malorum, [*requies animi,*]
pars humanae melior uitae,
uolucer, matris genus Astraeae,
frater durae languide mortis,
ueris miscens falsa, futuri
certus et idem pessimus auctor:

1052 celsa *V* || portum *EV* portus *A* || 1055 recipcros V^1 || in ortus *E* in uultus *V* motus *A* uirtus *scripsi. an* fluctus? || 1056 graui *EV alter Angelicus* grauis *A* || 1063 tractatusq3 *V* || 1069 soluite o superi *E unus Christinae* || 1070 rectam *ω* caecam *With.* || 1071 laborum *α* || requies animi *sustuli* || 1073 uolu^r^cis V^1 || abstri V^1 || 1074 durum-ꝛ (et) V^1 || 1075 futuris *E* ||

b Pater o rerum, portus uitae, F. XVIIIr
lucis requies noctisque comes
qui par regi famuloque uenis:
pauidum leti genus humanum
cogis longam discere mortem:

b Placidus fessum lenisque foue
preme deuinctum torpore graui,
sopor indomitos adliget artus.
nec torua prius pectora linquas,
quam mens repetat pristina cursum.

c En fusus humi saeua feroci
corde uolutat somnia. nondum est
tanti pestis superata mali.
clauaeque graui lassum solitus
mandare caput
quaerit uacua pondera dextra
motu iactans bracchia uano

c′ Nec adhuc omnis expulit aestus.
sed ut ingenti uexata noto
seruat longos unda tumultus
et iam uento cessante tumet.
. . . .
. . . .
. . . .

c″ Pelle insanos fluctus animi.
redeat pietas uirtusque uiro.

---

uu. 1080 *sq. hoc ordine A exhibet:* Placidus — Pauidum — Cogis — *iusto ordine leguntur in EV* || 1081 noctem *I. Douza filius* || 1082 foue *EVψ* foues *A* || 1083 Ppreme *E* || deuinctum *E* deuictum *φA* || corpore *V* || 1084 *ante u.* 1083 (Sopor — Preme —) *legitur in Vratisl.* || 1085 linquas *V* linquat *εA* || 1087 Infusus *E* || 1088 uouat *E* || 1090 grauis *V*² graui *V*¹*εA* || lapsum *VR* || 1097 *alterum comparationis membrum etiam With. desiderat qui apte confert HO. 710—712. trium uersuum lacunam constitui* || 1099 red^{e}at *V* ||

uel sit potius 1100
mens uesano concita motu.
[*error caecus qua coepit eat.*]
solus te iam praestare potest
furor insontem. proxima puris
sors est manibus nescire nefas. 1105

d Nunc herculeis percussa sonent
pectora palmis.
mundum solitos ferre lacertos
uictrice manu uerbera pulsent 1109
et qui medius tua tela tamen 1117
senserat aether . . . .
pectora tantis obsessa malis
non sunt ictu ferienda leui. 1120

d′ Vno planctu tria regna sonent. 1121
gemitus uastos audiat aether, 1110
audiat atri|regi*o* po*pu*li F. XVIIIa
uastisque ferox
qui colla gerit uincta catenis
imo latitans Cerberus antro.
resonet maesto clamore chaos, 1115
latique patens unda profundi. 1116

e Et tu collo decus ac telum 1122
suspensa diu fortis harundo
pharetraeque graues date saeua fero

1101 concitata *V* || 1102 *uncis inclusi* || 1103 iam spa p̄stare *V* || 1106 hercules *E*[1] || pectora sonent percussa p. *V* || 1109 ultrice *NHs.* || 1109b *ante* 1109a ∞ *hemistichiis conmutatis hic interposui uu.* 1117—1121 (et qui —sonent). || 1117 medius *V*[1] melius ϵ*A* || tantum *V* || 1118 aer *Eψ* aether *AV* *exciderunt aliquot uerba* || 1119 manus *V*[1] || 1110 uastos) istos *NHs.* g. -que tuos *With.* || 1111 Regia *E Mog.* Regina *A* Reginaque *V* || poli *AE* proli *V*[1] Regio populi *uel etiam* Regia populi *With.* || 1112 uastusque *E* || 1124 graues *EV* leues *A* ||

uerbera tergo. caedant umeros
robora fortes stipesque potens
duris oneret pectora nodis.
plangant tantos arma dolores.

e′ Non uos patriae laudis comites
ulti saeuos uulnere reges.
non argiua membra palaestra
flectere docti [*fortes caestu*
fortesque manu] iam tamen ausi
telum scythicis leue corytis
missum certa librare manu
tutosque fuga figere ceruos.
[*nondumque ferae terga iubatae*]

f Ite ad stygios umbrae portus,
ite innocuae
quas in primo limine uitae
scelus oppressit patriusque furor.

f′ Ite infaustum genus o pueri
ite . . . .
noti per iter triste laboris.
ite iratos uisite reges.

HERCVLES. AMPHITRYON. THESEVS.

F. XVIIII r

a Quis hic locus, quae regio, quae mundi plaga?
ubi sum? sub ortu solis an sub cardine
glacialis ursae? numquid hesperii maris

1127 pectoras *V* || 1130 Vilisceuos *E* sceuos *V* seuos *Mog. Vltraiect.* saeuo *A* || 1132 flectere forti fortes *ψ* fl. fortes forti *R Mog.* fl. fortes (FORTI *mg. m. sec.*) *P* fl. docti fortes ϵ*A* fl. d. feroces V^1 cestus *V* 1132^b 1133^a *sustuli* || 1134 scithycis l. corytis *E* stitici l. corithi *V* scythici l. corithi *A* || 1137 *deleui* || 1144 triste tenebris *With.* || *excidisse unum uersiculum stropha docet.* || ·HER· *supra u.* 1145 *add. E* ||

extrema tellus hunc dat Oceano modum?
quas trahimus auras? quod solum fesso subest?
a′ Certe redimus. unde prostrata *a* domo
uideo cruenta corpora? an nondum exuit
simulacra mens inferna? post reditus quoque
oberrat oculis turba feralis meis.
pudet fateri, paueo nescio quid mihi.
[*nescio quod animus grande praesagit malum.*]
b Vbi est parens? ubi illa natorum grege
animosa coniunx? en latus laeuum uacat
spolio leonis. quonam abit tegimen meum
idemque somno mollis herculeo torus?
b′ Vbi tela? ubi arcus? arma quis uiuo mihi
detrahere potuit? spolia quis tanta abstulit
ipsumque quis non Herculis somnum horruit?
libet meum uidere uictorem, libet.
a Exurge uirtus. quem nouum caelo pater
genuit relicto, cuius in fetu stetit
nox longior quam nostra? — quod cerno nefas:
gnati cruenta caede confecti iacent,
perempta coniunx. quis Lycus regnum optinet?
a′ Quis tanta Thebis scelera moliri ausus est
Hercule reuerso? quisquis Ismeni loca,
actaea quisquis arua, qui gemino mari
pulsata Pelopis regna dardanii colis,
succurre, saeuae cladis auctorem indica.
a″ Ruat ira in omnes. hostis est quisquis mihi
non monstrat hostem. uictor Alcidae lates?
procede seu tu uindicas currus truces

1148 ubi dat *With.* || 1149 $\overset{u}{a}$ras *E* || 1150 prostrata domo ω p. a domo *Bo.* ad domum *B.Schm.* || 1151 exiuit *V*[1] || 1153 oborrat *E* || oculis *EV* meis *Eφ* oculos t. f. meos *A* || 1154 quod εφ*A* quid ψ || 1155 *deleui coll. HO. 745* || 1157 cur en *E* cur *Aφ* || uacat) t *lit. abstersa E* || 1158 quidnam *V*[1] || tegmen *A* tegimen *EVψ* || 1162 qui *E* || 1165 in foetu *E* in fetu *V* incestu *A* || 1166 nostra quam *V* (nostra *in ras.*) || *u.* 1168 *in mg. add. V* || obtinet) *syll.* et *abstersa E* || 1173 actorem φα || 1174 Ruatur in o. *E* ||

Thracis cruenti siue Geryonae pecus
Libyaeue dominos. nulla pugnandi mora est. F. XVIIIIu
c En nudus adsto. uel meis armis licet
petas inermem. cur meos Theseus fugit
paterque uultus? ora cur condunt sua?
c′ Differte fletus. quis meos dederit neci
omnes simul profare. — quid genitor siles?
at tu ede Theseu, sed tua Theseu fide.
a⁰ Vterque tacitus ora pudibunda optegit
furtimque lacrimas fundit. in tantis malis
quid est pudendum? numquid argiuae inpotens
dominator urbis, numquid infestum Lyci
pereuntis agmen clade nos tanta obruit?
c″ Per te meorum facinorum laudem precor
genitor tuique nominis semper mihi
numen secundum, fare quis fudit domum?
cui praeda iacui?
c AMPH. Tacita sic abeant mala.
HERC. ut inultus ego sim?
AMPH. saepe uindicta obfuit.
HERC. quisquamne segnis tanta tolerauit mala?
c′ AMPH. Maiora quisquis timuit.
HERC. his etiam pater
quicquam timeri maius aut grauius potest?
AMPH. cladis tuae pars ista quam nosti quota est?
a HERC. Miserere genitor. supplices tendo manus.
quid hoc? manus refugit. hic errat scelus.
unde hic cruor? quid illa puerili madens
harundo leto? — tincta lernaea nece

1177 *inter* siue *et* geryone *litera* r *interposita uidetur E* seu tu g. *Basil. mg.* gerione *E Pall. uetustiores* gerior̄ *V* Geryonis *A* || 1180 inhermen *V* || meus *V*¹ *Vratisl.* || 1181 condit *V* || 1182 deferte fletus *E at* defer tellus *idem teste Gron.* || 1183 simul ꝑ th. fa͠e *V* || 1187 potens *A* imp. *E* inp. *V* || 1189 Parentis *α* || 1194 sum *V* || 1195 tolerabit *E* tollerabit *V* tolerauit *A* || 1196 quisque *V* || 1201 quid? illa puerili madet H. l. t. l. nece? *With.* || 1202 lerna *E* ||

iam tela uideo nostra. non quaero manum:
a′ Quis potuit arcum flectere aut quae dextera
sinuare neruum *inuita* cedentem mihi?
ad uos reuertor genitor. hoc nostrum est scelus?
tacuere. nostrum est.
AMPH. luctus est istic tuus
crimen nouercae. casus hic culpa caret. F. XXr
d° HERC. Nunc parte ab omni genitor iratus tona
oblite nostri. uindica sera manu
saltem nepotes. stelliger mundus sonet
flammasque et hic et ille iaculetur polus.
d Rupes ligatum caspiae corpus trahant
[*atque ales auida. cur promethei uacant*
scopuli? uagetur uertice inmenso feras]
uolucresque pascens Caucasi abruptum latus
nudumque siluis. illa quae pontum scythen
Symplegas artat, hinc et hinc uinctas manus
distendat alto.
d′ Cumque reuocata uice
in se coibunt saxaque in caelum expriment
actis utrimque rupibus medium mare,
ego inquieta montium iaceam mora. 1222
d AMPH. Nondum tumultu pectus attonito carens 1226
mutauit iras quodque habet proprium furor,
in se ipse saeuit.
HERC. *clus*a furiarum loca
et inferorum carcer et sonti plaga

1203 nunc quero *VR13* || 1205 neruos *E* neruum *φA* || ui cedente mihi *E* uix cedentem *VP* uix reced. *A* uix iam ced. *Eguianus* pene ced. *R Voss.* uix pene ced. *Mog.* iuxta ced. *mss. Neapolitani unde* iusta ced. *Bo.* pene luctantem *With.* inuita *scripsi* || 1207 Am. Tacuere *V*[1] || 1212 et *ante* hic *abest VR14* || 1214. 1215 *deleui* || 1215 uagetur *EV* uagetus *R13 pr. m.* paretur *A* || 1217 q *V* || sticheum *V*[1] || 1219 discedat *V*[1] || 1220 coibit *B.Schm.* || expriment *VA* exprimunt ε || 1223 — 1225 *transposui post u.* 1241 || 1228 attonito *EV* attonitum *A* || carens *EV Ultrai. u. l. Delriani* caret *A* || 1228 furit *AEψ* || dira co clusa *With.* ||

decreta turbae. 1230
d' Si quod exilium latet
ulterius Erebo Cerbero ignotum et mihi,
huc me abde tellus. Tartari ad finem ultimum
mansurus ibo. pectus o nimium ferum.
d Quis uos per omnem liberi sparsos domum
deflere digne poterit? hic durus malis 1235
lacrimare uultus nescit. huc arcum date,
date huc sagittas, stipitem huc uastum date.
d' Tibi tela frangam nostra, tibi nostros puer
rumpemus arcus ac tuis stipes grauis F. XXu
ardebit umbris. ipsa lernaeis frequens 1240
pharetra telis in tuos ibit rogos. 1241
e Quin structum aceruans nemore congesto aggerem 1223
cruore corpus inpio sparsum cremo?
sic sic agendum est: inferis reddam Herculem. 1225
dent arma poenas; uos quoque infaustas meis 1242
cremabo taedis o nouercales manus.
f AMPH. Quis nomen usquam sceleris errori addidit?
f' HERC. Saepe error ingens sceleris optinuit locum. 1245
f'' AMPH. Nunc Hercule opus est. perfer hanc molem mali.
g⁰ HERC. Non sic furore cessit extinctus pudor,
populos ut omnes inpio adspectu fugem.
arma arma Theseu flagito propere mihi
subtracta reddi. sana si mens est mihi, 1250

1230 et si *A* et *om. EV* || 1232 hoc *E* adde *V* || 1236 ensem ω arcum *With.* || 1238 telam V^1R nostram V^1 || 1224 cremo *EVψ* cremem *A* || 1225 Si^c sic *VR* || 1242 infausta *ψ* || 1243 telis *EVA* taedis *codex Angelicus* || Am. o nouercales V^1 || 1244 AMPH. *E* Am. *V* The *A* || usquam *EV* unquam *A* || addidit *Eψ* addit *VR10* dedit *ψ* indidit *A* || 1245 sēper furor ingens *E* || 1246 AMPH. *E* Am. *V* The. *A* || 1247 furor recessit *EV* furore *ψ* furori *A* cessit *A* || puer E^1 *ut uidetur* || 1250 *in mg. add. V* ||

referte manibus tela. si remanet furor,
pater recede, mortis inueniam uiam.
g AMPH. Per sancta generis sacra, per ius nominis
utrumque nostri, siue me auctorem uocas
seu tu parentem, perque uenerandos piis
canos, senectae parce desertae precor
annisque fessis, unicum lapsae domus
firmamen, unum *co*lumen adflict*ae* malis.
g′ Temet reserua. nullus ex te contigit
fructus laborum. semper aut dubium mare
aut monstra timui. quisquis in toto furit
rex saeuus orbe manibus aut aris nocens
a me timetur. semper absentis pater
fructum tui tactumque et adspectum peto.
e′ HERC. Cur animam in ista luce detineam amplius
morerque nihil est. cuncta iam amisi bona:
mentem arma famam coniugem gnatos manus
etiam furorem. nemo polluto queat
animo mederi. morte sanandum est scelus.
f AMPH. Perimes parentem?
HERC. facere ne possim occidam.
f′ AMPH. Genitore coram? F. XXIr
HERC. cernere hunc docui nefas.
h AMPH. Memoranda potius omnibus facta intuens
unius a te criminis ueniam pete.
h′ HERC. Veniam dabit sibi ipse qui nulli dedit?
laudanda feci iussus, hoc unum meum est.
i Succurre genitor, siue te pietas mouet
seu triste fatum siue uiolatum decus

1254 siue ^{me}a. *V* auctorem *Eψ* actorem *VR13* altorem *A* || 1258 lumen *ω* columen *DHs.* || afflictis *EV* afflicto *A* afflictae *NHs.* || 1261 into^{to} *V* || furit *EVψ* fuit *A* || 1262 artis *V* || 1263 Nox timetur *ME* || 1264 Fructumque *Vψ* || 1266 nil *V Vratisl.* || 1270 AMPH. *E* Am. *V* The. *A* || 1271 AMPH. *E* Am. *V* The. *A* || 1272 ueneranda *L. Mueller.* || 1273 pete *EVME R13 Coloniensis* peto *A* || 1277 factum *V* || uiolatum *EV* uiolatae *A* ||

uirtutis. affer arma. uincatur mea
fortuna dextra.
THES. sunt quidem patris preces
satis efficaces, sed tamen nostro quoque
mouere fletu.
i′ Surge et aduersa impetu
perfringe solito. nunc tuum nulli inparem
animum malo resume, nunc magna tibi
uirtute agendum est. Herculem irasci ueta.
HERC. si uino feci scelera, si morior tuli.
k Purgare terras propero. iamdudum mihi
monstrum inpium saeuumque et inmite ac ferum
oberrat. agedum dextra conare aggredi
ingens opus labore bisseno amplius. —
ignaua cessas fortis in pueros modo
pauidamque matrem? arma nisi dantur mihi,
aut omne Pindi thracis excidam nemus
Bacchique lucos et Cithaeronis iuga
mecum cremabo.
k′ Tota cum *lar*ibus suis
dominisque tecta, cum deis templa omnibus
thebana supra corpus excipiam meum
atque urbe uersa condar et si fortibus
leue pondus umeris moenia inmissa incident
septemque opertus non satis portis premar,
onus omne media parte quod mundi sedet
dirimitque superos in meum uertam caput.

1278 affer *V* effer ϵ*A* || 1279 Am. *uersui praefixum V* || fortuna) na *syllaba sec. m. E an* n o u e r c a*?* || patris *V* patriae *EA* || 1281 mouere *EVψ* moueare *A* || 1284 est *om. V* || 1286 iamdumdum V^1 || 1288 agendum V^1 *R 13 14* || 1290 ignaue ω ignaua *I.Gron.* || 1291 pauidasque matres *ψ* || dantur *E alii ut uidetur* dentur *VA* || 1292 pinidi *V* || excisum *B.Schm.* || 1294 aut tota *Vratisl. Bo.* || cum domibus ω cum famulis suis *B.Schm.* cum laribus *scripsi* || 1297 euersa *EV Vratisl.* uersa *A* || 1298 incident *EVψ* excident *A* || 1300 quod mundi *EV* qua mundus *A* ||

i AMPH. Reddo arma. F.XXIa
HERC. uox est digna genitore Herculis.
hoc en peremptus spiculo cecidit puer . . .
AMPH. hoc Iuno telum manibus inmisit tuis
HERC. hoc nunc ego utar.
AMPH. ecce quam miserum metu
cor palpitat pectusque sollicitum ferit.
i′ HERC. Aptata harundo est.
AMPH. ecce iam facies scelus.
HERC. uolens sciensque. pande, quid fieri iubes?
AMPH. nihil rogamus. noster in tuto est dolor.
gnatum potes seruare tu solus mihi,
eripere nec tu. maximum euasi metum.
[*miserum haut potes me facere, felicem potes.*]
k Sic statue quicquid statuis, ut causam tuam
famamque in arto stare et ancipiti scias.
aut uiuis aut occidis. hanc animam leuem
fessamque senio nec minus fessam malis
in ore primo teneo. — tam tarde patri
uitam dat aliquis? non feram ulterius moram:
letale ferro *uulnus* inpresso induam.
hic hic iacebit Herculis sani scelus.
k′ HERC. Iam parce genitor parce. iam reuoca manum.
succumbe uirtus. perfer imperium patris.
eat ad labores hic quoque herculeus labor:

1302[a] AMPH. Reddo *E* Redde *A* Redite *VR13* Reddite *Vratisl. qui Herculi continuant* || 1302[b] HER. Vox est dignatore h. *E* Amph. Vox *A personae nota abest V* || 1304 Her. *A om. EVψ* || 1304 AMP. *E* Am. *V om. A* || immisit *E* inmisit *V* emisit *A* || 1305[a] HER. Hoc *EVψ deest nota A* || 1306 pectusque *E* corpusque *Aφ* || 1307[a] HER *E* Hē. *V om. A* || 1307[b] AMP. *E* Am. *V om. A* || 1308 Her. Volens *V om. EA* || *Bothius haec uerba* Pande q. f. i. *dederat Herculi* || iubets *E* || 1309 Am. *V om. E* Her. *A* || 1310 Am. *A om. EVψ* || 1311 Eripere nec tu *E* Eripereque max. *V* Theseu. ipse necdum *A* || 1312 me *deest ER10* me potes *R13 Vratisl.* || *deleui uersum coll. u. 517* || 1316 fessam malis *EV* quassam *A* || 1319 senile *With.* || pectus *ω* uulnus *scripsi* || 1323 herculeus *EV* hercnleos *A* ||

uiuamus. artus adleua adflictos solo
Theseu parentis. dextra contactus pios
scelerata refugit.
AMPH. hanc manum amplector libens,
hac nisus ibo, pectori hanc aegro admouens
pellam dolores.
HERC. quem locum profugus petam?
Vbi me recondam quaue tellure obruar?
quis Tanais aut quis Nilus aut quis persica
uiolentus unda Tigris aut Rhenus ferox F. XXII r
Tagusue hibera turbidus gaza fluens,
abluere dextram poterit? arctoum licet
Maeotis in me gelida transfundat mare
et tota Tethys per meas currat manus:
l' Haerebit altum facinus. in quas inpius
terras recedes? ortum an occasum petes?
ubique notus perdidi exilio locum.
me refugit orbis. astra transuersos agunt
obliqua cursus. ipse Titan Cerberum
meliore uultu uidit. o fidum caput
Theseu latebram quaere longinquam abditam.
m Quoniamque semper sceleris alieni arbiter
amas nocentes, gratiam meritis refer
uicemque nostris. redde me infernis precor
umbris reductum meque subiectum tuis
restitue uinclis. [*ille me abscondet locus.*
sed et ille nouit.]
m' THES. Nostra te tellus manet:
illic solutam caede Gradiuus manum

1325 contractus *E*[1] *R 13* || 1326 Am. Scelerata *V* || 1327 Hanc *V*[1] || ibo *suprascr. V* || pectore *E* || egro *E V Coloniensis* ergo *A* ego *alii* || 1328 Her. Pellam *V* || profugii *V* || 1329 rocondam *V* || obruar *E V Parisini 8032 8033* obruam *A* || 1331 thenus *E* renus *V* || 1332 padusue *E* || 1337 recides *E* || 1343 quoniamque *E* quicunque *A* qui·qȝ *V R m. pr.* quiqȝ *alii* || 1345 inferis *V R 13* || 1347[b] — 1348[a] *uncis inclusi* || 1349 crede *E* ||

restituet armis. illa te Alcide uocant,
facere innocentes tecta quae superos solent.

1350 restituet *VR1114T* restituit ε*A* || alcidae *EP* Alcide *A* Alcida *NHs.* || uocant *V* uocat ε*A* || 1352 innocens V^1 || tecta q. s. solent *V* terra q. s. solet ε*A* || MARCI. LVCII. ANNEI. SENECAE. HERCVLES | EXPLICIT. INCIPIT. FELICITER | TROADVM ∴ HECVBA. *E* || Marcij Lucij Annei Senece cordubensis tragediarum liber primus hercules Explixit | Incipit secundus edippi eiusdem antigone *V* Marci Lucij Anei Senece prima tragedia ·ſ· hercules | furens feliciter explicit die. ·vij· Maij MCCCLXXXXJ : ~ | Marci Lucij Anei Senece Tiestea Incipit | Vmbra Tantali *R*

L. ANNAEI SENECAE

THYESTES

PERSONAE

I THYESTES
II ATREVS
TANTALVS
III FVRIA
SATELLES
TANTALVS iunior
NVNTIVS

CHORVS SENVM MYCENAEORVM

SCAENA MYCENIS

TANTALI VMBRA. FVRIA.

a Quis me inferorum sede ab infausta extrahit
auido fugaces ore captantem cibos?
b Quis male deorum Tantalo uisas domos
ostendit iterum? peius inuentum est siti
arente in undis aliquid et peius fame
hiante semper? Sisyphi numquid lapis
gestandus umeris lubricus nostris uenit?
b′ Aut membra celeri differens cursu rota?
aut poena Tityi, qui specu uasto patens
u*isc*eribus atras pascit effossis aues, F. CXVIIII
et nocte reparans quicquid amisit die,
plenum recenti pabulum monstro iacet?
c In quod malum transcribor? o quisquis noua
supplicia functis durus umbrarum arbiter
disponis, add*i* si quid ad poenas potest,
quod ipse custos carceris diri horreat,
c′ Quod maestus Acheron paueat, ad cuius metum

INCIPIT | THYESTES. FELICITER | TANTALI. VMBRA · FVRIA. *E* || TANTALVS · MEGARA. *A* || '*In ms. codice* ATREVS *inscribebatur*' *NHs.*

---

1 Quis me furor nunc sede ab infausta abstrahit *A* TANT. (*sed paene detersum cum scholiis.*) Quis inferorum sede ab infausta extrahit *E* Quis me inferorum sede ab infausta extrahit *ÆE* || 3 uiuas domos *A* uisas domo *E* inuisas *ci. NHs.* iussas *ci. RP.* || 9 aut poena Tityi semper accrescens iecur *A* a. p. t. qui specu uasto patens semper accrescens iecur *ÆE* a. p. t. qui specu uasto patens (*om.* semp. ac. i.) *E* || 10 uulneribus *ω* uisceribus *α* || 15 adde *ω* addi *Bo.* || potes *A* potest *E* (*Gr. t.*) ||

nos quoque tremamus, quaere: iam nostra subit
e stirpe turba quae suum uincat genus
ac me innocentem faciat et inausa audeat.
c Regione quicquid inpia cessat loci,
conplebo, numquam stante pelopea domo
Minos uacabit.
FVR. perge detestabilis
umbra et penates inpios furiis age.
c Certetur omni scelere et alterna uice
stringatur ensis. nec sit irarum modus
pudorue: mentes caecus instiget furor,
rabies parentum duret et longum nefas
eat in nepotes.
b Nec uacet cuiquam uetus
odisse crimen: semper oriatur nouum
nec unum in uno, dumque punitur scelus,
crescat. superbis fratribus regna excidant
repetatque profugos dubia uiolentae domus
fortuna.
b′ Reges inter incertos labet
[*miser ex potente fiat, ex misero potens*]
fluctuque regnum casus adsiduo ferat.
ob scelera pulsi, cum dabit patriam deus,
in scelera redeant sintque tam inuisi omnibus,
quam sibi. nihil sit ira quod uetitum putet:
c Fratrem expauescat frater, et gnatum parens
gnatusque patrem, liberi pereant male,
peius tamen nascantur, inmineat uiro
infesta coniunx, bella trans pontum uehant.
c′ Effusus omnis inriget terras cruor
supraque magnos gentium exultet duces
libido uictrix. inpia stuprum in domo
leuissimum sit. fratris et fas et fides

---

23 *ME. A* FVRIA. *E* (*sic per totam scaenam*) || 26 stringantur enses *A* stringatur eses *E* (str. ensis *E t. Gr.*) || 33 repetantque *E t. Gr.* repetatque *ψ* || 35 *deleui* || 36 luctuque *E* ||

iusque omne pereat.
c Non sit a uestris malis
inmune caelum. cum micant *solis* polo
seruantque flammae debitum mundo decus,
nox alta fiat, excidat caelo dies.
c′ Misce penates odia caedes funera
arcesse et inple Tantalo totam domum.
ornetur altum columen et lauro fores
laetae uirescant, dignus aduentu tuo
splendescat ignis.
d Thracium fiat nefas
maiore numero. liberos deflet suos
nondum Thyestes. dextra cur patrui uacat?
ecquando tollet? ignibus iam subditis
spument aena, membra per partes eant
discerpta, patruos polluat sanguis focos.
d′ Epulae instruantur. non noui sceleris tibi
conuiua uenies. liberum dedimus diem
tuamque ad istas soluimus mensas famem:
ieiunia exple, mixtus in bacchum cruor
spectante te potetur. inueni dapes
quas ipse fugeres. siste. quo praeceps ruis?
e TANT. Ad stagna et amnis *ad* recedentes aquas
labrisque ab ipsis arboris plenae fugas.
abire in atrum carceris liceat mei
cubile, liceat, si parum uideor miser,

---

48 a uestris *A* a *om.* *E* || 49 cum micant stellae polo (50) flammeque seruant *ω* cum m. solis polo seruantque flammae *ci. Gron.* || 51 atra *A* alta *E* (*t. Hs.*) alta *unus ex Pall.* || 53 imple scelere tantaleam domum *A* imple tantalo totam domum *E* || 56 slendescat *E* || 57—59 maiore numero. dextra cur patrui uacat? nondum Th. liberos deflet suos. et quando tollet *ω* (ecquando t. *α*) m. numero. liberos deflet suos nondum Thyestes? dextra cur patrui uacat? ecquando tollet? *scripsi* || 60 spumante aeno *A* spumentaena *E* || 67 preces *E* || 68 et manes et *E* et amnes et *A* et amnis ad *scripsi* || 70 antrum *Eψ* atrum *A* || mei *ω* mihi *Bo.* ||

mutare ripas: alueo medius uno
Phlegethon refluens igneo cinctus freto. F. CXV
f Quicumque poenas lege fatorum datas
pati iubentur, quisquis exeso iacet
pauidus sub antro iamque uenturi timet
montis ruinam, quisquis auidorum feros
rictus leonum et dira Furiarum agmina
implicitus horret, quisquis immissas faces
semiustus abigit: Tantali uocem excipe
properantis ad uos. credite experto mihi:
amate poenas.
f Quando continget mihi
effugere superos?
FVR. ante perturba domum
inferque tecum proelia et ferri malum
regibus amorem, concute insano ferum
pectus tumultu.
TANT. me pati poenas decet,
non esse poenam. mittor ut dirus uapor
tellure rupta uel grauem populis luem
sparsura pestis. ducam in horrendum nefas
auus nepotes?
e´ Magne diuorum parens
nosterque, quamuis pudeat, ingenti licet
taxata poena lingua crucietur loquax:
nec hoc tacebo: moneo ne sacra manus
uiolate caede neue furiali malo
adspergite aras. stabo et arcebo scelus.
g Quid ora terres uerbere et tortos ferox
minaris angues? quid famem infixam intimis

---

72 ipse *E* || 76 quique *A* iamque *E* || 77 feres *E* || ripas *A* || 82 *uersus hic omissus legitur in E post u. 84, signis tamen adpositis significatur uerus ordo.* || 83 *ad marg. adscripsit 3 m.* defič v̄sus mg. *haec uerba lineola transfixa sunt et subpuncta.* || 92 loquar *A* loquax *E* || 93 sacras *E un. ex Pall.* sacra *A* || 94 uiolata *A* uiolenta ψ uiolatae *E un. ex Pall.* || 95 aspergat *A* aspergite *E* ||

agitas medullis? flagrat incensum siti
cor et perustis flamma uisceribus micat.
[*sequor.*]
g′ FVR. Hunc hunc furorem diuide in totam domum.
sic sic ferantur et suum infensi inuicem
sitiant cruorem. sentit introitus tuos
domus et nefando tota contactu horruit.
h Actum est abunde. gradere ad infernos specus
amnemque notum: iam tuum maestae pedem
terrae grauantur. cernis, ut fontis liquor
introrsus actus linquat, ut ripae uacent
uentusque raras igneus nubes ferat?
h′ Pallescit omnis arbor ac nudus stetit
fugiente pomo ramus et qui fluctibus
illinc propinquis Isthmos atque illinc fremit
uicina gracili diuidens terra uada,
longe remot*o* litus exaudit son*o*.
h″ Iam Lerna retro cessit et phoronides
latuere uenae nec suas profert sacer
Alpheos undas et Cithaeronis iuga
stant parte nulla cana deposita niue
timentque ueterem nobiles Argi sitim.
a En ipse Titan dubitat, an iubeat sequi
cogatque habenis ire periturum diem.

CHORVS

a Argos de superis si quis achaïcum
pisaeasque domus curribus inclitas,
Isthmi si quis amat regna corinthii
et portus geminos et mare dissidens,

100 sequor *ω om. α* || 101 nunc o furorem *ψ* Mo. sequor nunc o furorem *α* (sequor hunc f. *in ind. errat.*) FVR. hunc hunc fur. *E* || 103 sensit *A* sentit *E* || 106 tuo *A* tuum *EM* || pede *A* pedem *ME* (*t. Gr.*) || 114 remotos latus exaudit sonos *A* r. litus ex. son. *E* (*t. Gr.*) remotis litus ex. sonis *ci. Gron.* remoto litus ex. sono *scripsi* (*litus i. e. mare*) || 115 terra *E* lerna *A* || 116 sacras *A* sacer *E* || CHORVS *EA* || 123 pisaeasque *AE* piseisue *ψ* || turribus *A* curribus *E* ||

a′ Si quis Taygeti conspicuas niues,
quas, cum sarmaticus tempore frigido
in summis boreas conposuit iugis,
aestas ueliferis soluit etesiis:
[*quem tangit gelido flumine lucidus*
Alpheos stadio notus olympico]

a″ Aduertat placidum numen et arceat,
alternae scelerum ne redeant uices
nec succedat auo deterior nepos,
et maior placeat culpa minoribus.

b Tandem lassa feros exuat impetus Quat. XV F. CXXI
sicci progenies inpia T a n t a l i.
peccatum satis est. fas ualuit nihil
aut commune nefas. proditus occidit
deceptor domini Myrtilus et fide
uectus qua tulerat, nobile reddidit
mutato pelagus nomine. notior
nulla est ioniis fabula nauibus.

b′ Exceptus gladio paruulus inpio
dum currit patrium natus ad osculum,
inmatura focis uictima concidit
diuisusque tua est T a n t a l e dextera,
mensas ut strueres hospitibus deis.
hos aeterna fames persequitur cibos,
hos aeterna sitis nec dapibus feris
decerni potuit poena decentior.

c Stat lassus uacuo gutture Tantalus:
inpendet capiti plurima noxio
phineis auibus praeda fugacior,

---

130. 131 *deleui. Goebel sustulit uu.* 126—131 || 134 neu *α* || 139 protinus *ci. RP* || 140 dominae *A* domini *E* || 141 qua *Aε* quam *ψ* || 152 lusus *A* lassus *E* || 155 grauibus *E* grauidis *A* ||

c′ Hinc illinc grauidis frondibus incubat
et curuata suis fetibus ac tremens
adludit patulis arbor hiatibus.

d (ἐπ.) Haec quamuis auidus nec patiens morae
deceptus totiens tangere neglegit
obliquatque oculos oraque conprimit
inclusisque famem dentibus adligat.

e Sed tunc diuitias omne nemus suas
demittit propius pomaque desuper
insultant foliis mitia languidis
accenduntque famem quae iubet inritas
exercere manus. has ubi protulit
et falli libuit: totus in arduum
autumnus rapitur siluaque mobilis.

e′ Instat deinde sitis non leuior fame,
qua cum percaluit sanguis et igneis
exarsit facibus: stat miser obuios
fluctus ore petens, quos profugus latex
auertit sterili deficiens uado
conantemque sequi deserit, hic bibit
altum de rapido gurgite puluerem.

* * * * * *

ATREVS. SATELLES.

a Ignaue iners eneruis et quod maximum
probrum tyranno rebus in summis reor
inulte, post tot scelera post fratris dolos
fasque omne ruptum questibus uanis agis
iratus Atreus? fremere iam totus tuis

---

164 insultat *E* || 172 uocans *A* petens *EM* || 175 *finem carminis abreptum esse uidit Scaliger.* || ATREVS. SERVVS. *A* ATREVS. SATELLES. *ER* (*sic per totam scaenam*) || 177 probum *E* || 180 iras et (*uel* ad) Argos *A* iratus atreus *E* || totum *A* totus *E* ||

debebat armis orbis et geminum mare
utrimque classes agere, iam flammis agros
lucere et urbes decuit ac strictum undique
micare ferrum.
a′ Tota sub nostro sonet
argolica tellus equite, non siluae tegant
hostem nec altis montium structae iugis
arces. relictis bellicum totus canat
populus Mycenis. quisquis inuisum caput
tegit ac tuetur clade funesta occidat.
haec ipsa pollens incliti Pelopis domus
ruat uel in me, dummodo in fratrem ruat.
b Age anime fac quod nulla posteritas probet,
sed nulla taceat. aliquod audendum est nefas
atrox cruentum tale quod frater meus
suum esse mallet. scelera non ulcisceris
nisi uincis. — e*c*quid esse tam saeuum potest
quod superet illum? numquid abiectus iacet?
b′ Numquid secundis patitur in rebus modum,
fessis quietem? noui ego ingenium uiri
indocile: flecti non potest, frangi potest.
proinde antequam se firmat aut uires parat F. CXXII
petatur ultro: ne quiescentem petat.
aut perdet, aut peribit, in medio est scelus
positum occupanti.
c SAT. Fama te populi nihil
aduersa terret?
ATR. maximum hoc regni bonum est,
quod facta domini cogitur populus sui
tam ferre quam l a u d a r e.
SAT. quos cogit metus
l a u d a r e, eosdem reddit inimicos metus.

181 armis omnis *A* a. orbis *E* || 182 innare classis iam tuis fl. a. *A* utrimque classes agere iam f. *E* || 195 malit *A* mallet *E* || 196 et quid *ω* e*c*quid *Bo.* || 201 firmet a. u. paret *A* firmat a. u. parat *E* || 207 quam f. tam l. *A* tam f. quam l. *E* ||

c′ At qui fauoris gloriam ueri petit,
animo magis quam uoce laudari uolet.
ATR. laus uera et humili saepe contingit uiro,
non nisi potenti falsa. quod nolunt, uelint.
SAT. rex uelit honesta: nemo non eadem uolet.
c″ ATR. Vbicumque tantum honesta dominanti licent,
precario regnatur.
SAT. ubi non est pudor,
nec cura iuris, sanctitas pietas fides:
instabile regnum est.
ATR. sanctitas pietas fides
priuata bona sunt, qua iuuat reges eant.
c‴ SAT. Nefas nocere uel malo fratri puta.
ATR. fas est in illo quicquid in fratre est nefas:
quid enim reliquit crimine intactum, aut ubi
sceleri pepercit? [*coniugem stupro abstulit,*
regnumque furto.] specimen antiquum imperi
fraude est adeptus, fraude turbauit domum.
d Est Pelopis altis nobile in stabulis pecus,
arcanus aries, ductor opulenti gregis.
huius per omne corpus effuso coma
dependet auro, terg*ore ex h*uius noui
aurata reges sceptra tantal*e*i gerunt.
d′ Possessor huius regnat, hunc cunctae domus
fortuna sequitur. tuta seposita sacer
in parte capit prata, quae cludit lapis.
[*fatale saxeo pascuum muro tegens.*]
. . . .
. . . .

---

211 uiro *E* (*literae* iro *a 2 m.*) || 214 licent *E* (*lit.* ent *a 2 m.*) || 220 nefas *E* (*lit.* fas *a 2 m.*) || 221 reliquit *E* (*sed* t *a m. 2 in ras.* reliquid E^1?) || 222[b] 223[a] *sustulit R.P.* || 227 infuso A effuso *E* || 228 dependet E^2 || uiro *E* auro *A* || cuius e tergo ω tergore ex huius *ci. Bo.* || 229 tantalici *A*ϵ tantali *ME* tantalei *Lip.* || 230 tantaẽ *A* cunctae *E Voss.* || 233 sacro pascuum ψ saxeo pecus α saxeo pascuum *E* ψ || more ψ muro *E t. Gr.* α ψ (*R*) *uersum deleuit L.Mueller. lacunam 2 uersuum statuit R.P.* ||

PERSONAE

I THYESTES
II ATREVS
TANTALVS
III FVRIA
SATELLES
TANTALVS iunior
NVNTIVS

CHORVS SENVM MYCENAEORVM

SCAENA MYCENIS

TANTALI VMBRA. FVRIA.

a Quis me inferorum sede ab infausta extrahit
auido fugaces ore captantem cibos?
b Quis male deorum Tantalo uisas domos
ostendit iterum? peius inuentum est siti
arente in undis aliquid et peius fame
hiante semper? Sisyphi numquid lapis
gestandus umeris lubricus nostris uenit?
b′ Aut membra celeri differens cursu rota?
aut poena Tityi, qui specu uasto patens
u*isc*eribus atras pascit effossis aues, F. CXVIIII
et nocte reparans quicquid amisit die,
plenum recenti pabulum monstro iacet?
c In quod malum transcribor? o quisquis noua
supplicia functis durus umbrarum arbiter
disponis, add*i* si quid ad poenas potest,
quod ipse custos carceris diri horreat,
c′ Quod maestus Acheron paueat, ad cuius metum

INCIPIT | THYESTES. FELICITER | TANTALI. VMBRA · FVRIA. *E* || TANTALVS · MEGARA. *A* || '*In ms. codice* ATREVS *inscribebatur*' *NHs.*

---

1 Quis me furor nunc sede ab infausta abstrahit *A* TANT. (*sed paene detersum cum scholiis.*) Quis inferorum sede ab infausta extrahit *E* Quis me inferorum sede ab infausta extrahit *ME* || 3 uiuas domos *A* uisas domo *E* inuisas *ci. NHs.* iussas *ci. RP.* || 9 aut poena Tityi semper accrescens iecur *A* a. p. t. qui specu uasto patens semper accrescens iecur *ME* a. p. t. qui specu uasto patens (*om.* semp. ac. i.) *E* || 10 uulneribus *ω* uisceribus *α* || 15 adde *ω* addi *Bo.* || potes *A* potest *E* (*Gr. t.*) ||

nos quoque tremamus, quaere: iam nostra subit
e stirpe turba quae suum uincat genus
ac me innocentem faciat et inausa audeat.
c Regione quicquid inpia cessat loci,
conplebo, numquam stante pelopea domo
Minos uacabit.
FVR. perge detestabilis
umbra et penates inpios furiis age.
c Certetur omni scelere et alterna uice
stringatur ensis. nec sit irarum modus
pudorue: mentes caecus instiget furor,
rabies parentum duret et longum nefas
eat in nepotes.
b Nec uacet cuiquam uetus
odisse crimen: semper oriatur nouum
nec unum in uno, dumque punitur scelus,
crescat. superbis fratribus regna excidant
repetatque profugos dubia uiolentae domus
fortuna.
b′ Reges inter incertos labet
[*miser ex potente fiat, ex misero potens*]
fluctuque regnum casus adsiduo ferat.
ob scelera pulsi, cum dabit patriam deus,
in scelera redeant sintque tam inuisi omnibus,
quam sibi. nihil sit ira quod uetitum putet:
c Fratrem expauescat frater, et gnatum parens
gnatusque patrem, liberi pereant male,
peius tamen nascantur, inmineat uiro
infesta coniunx, bella trans pontum uehant.
c′ Effusus omnis inriget terras cruor
supraque magnos gentium exultet duces
libido uictrix. inpia stuprum in domo
leuissimum sit. fratris et fas et fides

---

23 *ME.* *A* FVRIA. *E* (*sic per totam scaenam*) || 26 stringantur enses *A* stringatur eses *E* (str. ensis *E t. Gr.*) || 33 repetantque *E t. Gr.* repetatque *ψ* || 35 *deleui* || 36 luctuque *E* ||

iusque omne pereat.
c Non sit a uestris malis
inmune caelum. cum micant *solis* polo
seruantque flammae debitum mundo decus,
nox alta fiat, excidat caelo dies.
c′ Misce penates odia caedes funera
arcesse et inple Tantalo totam domum.
ornetur altum columen et lauro fores
laetae uirescant, dignus aduentu tuo
splendescat ignis.
d Thracium fiat nefas
maiore numero. liberos deflet suos
nondum Thyestes. dextra cur patrui uacat?
ecquando tollet? ignibus iam subditis
spument aena, membra per partes eant
discerpta, patruos polluat sanguis focos.
d′ Epulae instruantur. non noui sceleris tibi
conuiua uenies. liberum dedimus diem
tuamque ad istas soluimus mensas famem:
ieiunia exple, mixtus in bacchum cruor
spectante te potetur. inueni dapes
quas ipse fugeres. siste. quo praeceps ruis?
e TANT. Ad stagna et amnis *ad* recedentes aquas
labrisque ab ipsis arboris plenae fugas.
abire in atrum carceris liceat mei
cubile, liceat, si parum uideor miser,

48 a uestris *A* a *om. E* || 49 cum micant stellae polo (50) flammeque seruant *ω* cum m. s o l i s polo s e r u a n t - q u e f l a m m a e *ci. Gron.* || 51 atra *A* alta *E* (*t. Hs.*) alta *unus ex Pall.* || 53 imple scelere tantaleam domum *A* imple tantalo totam domum *E* || 56 slendescat *E* || 57—59 maiore numero. dextra cur patrui uacat? nondum Th. liberos deflet suos. et quando tollet *ω* (ecquando t. *α*) m. numero. l i b e r o s d e f l e t s u o s nondum Thyestes? d e x t r a c u r p a t r u i u a c a t? ecquando tollet? *scripsi* || 60 spumante aeno *A* spumentaena *E* || 67 preces *E* 68 et manes et *E* et amnes et *A* et amn i s a d *scripsi* || 70 antrum *Eψ* atrum *A* || mei *ω* m i h i *Bo.* ||

mutare ripas: alueo medius tuo
Phlegethon relinquar igneo cinctus freto. F. CXX
f Quicumque poenas lege fatorum datas
pati iuberis, quisquis exeso iaces
pauidus sub antro iamque uenturi times
montis ruinam, quisquis auidorum feros
rictus leonum et dira furiarum agmina
inplicitus horres, quisquis inmissas faces
semiustus abigis: Tantali uocem excipe
properantis ad uos. credite experto mihi:
amate poenas.
f Quando continget mihi
effugere superos?
FVR. ante perturba domum
inferque tecum proelia et ferri malum
regibus amorem, concute insano ferum
pectus tumultu.
TANT. me pati poenas decet,
non esse poenam. mittor ut dirus uapor
tellure rupta uel grauem populis luem
sparsura pestis. ducam in horrendum nefas
auus nepotes?
e′ Magne diuorum parens
nosterque, quamuis pudeat, ingenti licet
taxata poena lingua crucietur loquax:
nec hoc tacebo: moneo ne sacra manus
uiolate caede neue furiali malo
adspergite aras. stabo et arcebo scelus.
g Quid ora terres uerbere et tortos ferox
minaris angues? quid famem infixam intimis

---

72 ipse *E* || 76 quique *A* iamque *E* || 77 feres *E* || ripas *A* || 82 *uersus hic omissus legitur in E post u. 84, signis tamen adpositis significatur uerus ordo.* || 83 *ad marg. adscripsit 3 m.* defiĉ v̊sus mg. *haec uerba lineola transfixa sunt et subpuncta.* || 92 loquar *A* loquax *E* || 93 sacras *E un. ex Pall.* sacra *A* || 94 uiolata *A* uiolenta *ψ* uiolatae *E un. ex Pall.* || 95 aspergat *A* aspergite *E* ||

agitas medullis? flagrat incensum siti
cor et perustis flamma uisceribus micat.
[*sequor.*]
FVR. Hunc hunc furorem diuide in totam domum.
g′ sic sic ferantur et suum infensi inuicem
sitiant cruorem. sentit introitus tuos
domus et nefando tota contactu horruit.
h Actum est abunde. gradere ad infernos specus
amnemque notum: iam tuum maestae pedem
terrae grauantur. cernis, ut fontis liquor
introrsus actus linquat, ut ripae uacent
uentusque raras igneus nubes ferat?
h′ Pallescit omnis arbor ac nudus stetit
fugiente pomo ramus et qui fluctibus
illinc propinquis Isthmos atque illinc fremit
uicina gracili diuidens terra uada,
longe remot*o* litus exaudit son*o*.
h″ Iam Lerna retro cessit et phoronides
latuere uenae nec suas profert sacer
Alpheos undas et Cithaeronis iuga
stant parte nulla cana deposita niue
timentque ueterem nobiles Argi sitim.
a En ipse Titan dubitat, an iubeat sequi
cogatque habenis ire periturum diem.

CHORVS

a Argos de superis si q u i s achaïcum
pisaeasque domus curribus inclitas,
Isthmi s i q u i s amat regna corinthii
et portus geminos et mare dissidens,

100 sequor *ω om. α* || 101 nunc o furorem *ψ* Me. sequor nunc o furorem *α* (sequor hunc f. *in ind. errat.*) FVR. hunc hunc fur. *E* || 103 sensit *A* sentit *E* || 106 tuo *A* tuum *EME* || pede *A* pedem *MEE* (*t. Gr.*) || 114 remotos latus exaudit sonos *A* r. litus ex. son. *E* (*t. Gr.*) remotis litus ex. sonis *ci. Gron.* remoto litus ex. sono *scripsi* (*litus i. e. mare*) || 115 terra *E* lerna *A* || 116 sacras *A* sacer *E* || CHORVS *EA* || 123 pisaeasque *AE* piseisue *ψ* || turribus *A* curribus *E* ||

a′ Si quis Taygeti conspicuas niues,
quas, cum sarmaticus tempore frigido
in summis boreas conposuit iugis,
aestas ueliferis soluit etesiis:
[*quem tangit gelido flumine lucidus*
Alpheos stadio notus olympico]

a″ Aduertat placidum numen et arceat,
alternae scelerum ne redeant uices
nec succedat auo deterior nepos,
et maior placeat culpa minoribus.

b Tandem lassa feros exuat impetus Quat. XV F. CXXI
sicci progenies inpia Tantali.
peccatum satis est. fas ualuit nihil
aut commune nefas. proditus occidit
deceptor domini Myrtilus et fide
uectus qua tulerat, nobile reddidit
mutato pelagus nomine. notior
nulla est ioniis fabula nauibus.

b′ Exceptus gladio paruulus inpio
dum currit patrium natus ad osculum,
inmatura focis uictima concidit
diuisusque tua est Tantale dextera,
mensas ut strueres hospitibus deis.
hos aeterna fames persequitur cibos,
hos aeterna sitis nec dapibus feris
decerni potuit poena decentior.

c Stat lassus uacuo gutture Tantalus:
inpendet capiti plurima noxio
phineis auibus praeda fugacior,

---

130. 131 *deleui. Goebel sustulit uu.* 126—131 || 134 neu *α* || 139 protinus *ci. RP* || 140 dominae *A* domini *E* || 141 qua *Aε* quam *ψ* || 152 lusus *A* lassus *E* || 155 grauibus *E* grauidis *A* ||

c′ Hinc illinc grauidis frondibus incubat
et curuata suis fetibus ac tremens
adludit patulis arbor hiatibus.

d (ἐπ.) Haec quamuis auidus nec patiens morae
deceptus totiens tangere neglegit
obliquatque oculos oraque conprimit
inclusisque famem dentibus adligat.

e Sed tunc diuitias omne nemus suas
demittit propius pomaque desuper
insultant foliis mitia languidis
accenduntque famem quae iubet inritas
exercere manus. has ubi protulit
et falli libuit: totus in arduum
autumnus rapitur siluaque mobilis.

e′ Instat deinde sitis non leuior fame,
qua cum percaluit sanguis et igneis
exarsit facibus: stat miser obuios
fluctus ore petens, quos profugus latex
auertit sterili deficiens uado
conantemque sequi deserit, hic bibit
altum de rapido gurgite puluerem.

* * * * * *

ATREVS. SATELLES.

a Ignaue iners eneruis et quod maximum
probrum tyranno rebus in summis reor
inulte, post tot scelera post fratris dolos
fasque omne ruptum questibus uanis agis
iratus Atreus? fremere iam totus tuis

---

164 insultat *E* || 172 uocans *A* petens *EM* || 175 *finem carminis abreptum esse uidit Scaliger.* || ATREVS. SERVVS. *A* ATREVS. SATELLES. *ER* (*sic per totam scaenam*) || 177 probum *E* || 180 iras et (*uel* ad) Argos *A* iratus atreus *E* || totum *A* totus *E* ||

debebat armis orbis et geminum mare
utrimque classes agere, iam flammis agros
lucere et urbes decuit ac strictum undique
micare ferrum.
a′ Tota sub nostro sonet
argolica tellus equite, non siluae tegant
hostem nec altis montium structae iugis
arces. relictis bellicum totus canat
populus Mycenis. quisquis inuisum caput
tegit ac tuetur clade funesta occidat.
haec ipsa pollens incliti Pelopis domus
ruat uel in me, dummodo in fratrem ruat.
b Age anime fac quod nulla posteritas probet,
sed nulla taceat. aliquod audendum est nefas
atrox cruentum tale quod frater meus
suum esse mallet. scelera non ulcisceris
nisi uincis. — e*c*quid esse tam saeuum potest
quod superet illum? numquid abiectus iacet?
b′ Numquid secundis patitur in rebus modum,
fessis quietem? noui ego ingenium uiri
indocile: flecti non potest, frangi potest.
proinde antequam se firmat aut uires parat F. CXXII
petatur ultro: ne quiescentem petat.
aut perdet, aut peribit, in medio est scelus
positum occupanti.
c SAT. Fama te populi nihil
aduersa terret?
ATR. maximum hoc regni bonum est,
quod facta domini cogitur populus sui
tam ferre quam l a u d a r e.
SAT. quos cogit metus
l a u d a r e, eosdem reddit inimicos metus.

---

181 armis omnis *A* a. orbis *E* || 182 innare classis iam tuis fl. a. *A* utrimque classes agere iam f. *E* || 195 malit *A* mallet *E* || 196 et quid ω e*c*quid *Bo.* || 201 firmet a. u. paret *A* firmat a. u. parat *E* || 207 quam f. tam l. *A* tam f. quam l. *E* ||

c′ At qui fauoris gloriam ueri petit,
animo magis quam uoce laudari uolet.
ATR. laus uera et humili saepe contingit uiro,
non nisi potenti falsa. quod nolunt, uelint.
SAT. rex uelit honesta: nemo non eadem uolet.
c″ ATR. Vbicumque tantum honesta dominanti licent,
precario regnatur.
SAT. ubi non est pudor,
nec cura iuris, sanctitas pietas fides:
instabile regnum est.
ATR. sanctitas pietas fides
priuata bona sunt, qua iuuat reges eant.
c‴ SAT. Nefas nocere uel malo fratri puta.
ATR. fas est in illo quicquid in fratre est nefas:
quid enim reliquit crimine intactum, aut ubi
sceleri pepercit? [*coniugem stupro abstulit,*
regnumque furto.] specimen antiquum imperi
fraude est adeptus, fraude turbauit domum.
d Est Pelopis altis nobile in stabulis pecus,
arcanus aries, ductor opulenti gregis.
huius per omne corpus effuso coma
dependet auro, tergo*re ex h*uius noui
aurata reges sceptra tantal*e*i gerunt.
d′ Possessor huius regnat, hunc cunctae domus
fortuna sequitur. tuta seposita sacer
in parte capit prata, quae cludit lapis.
[*fatale saxeo pascuum muro tegens.*]
. . . .
. . . .

211 uiro *E* (*literae* iro *a 2 m.*) || 214 licent *E* (*lit.* ent *a 2 m.*) || 220 nefas *E* (*lit.* fas *a 2 m.*) || 221 reliquit *E* (*sed* t *a m. 2 in ras.* reliquid *E*[1]?) || 222[b] 223[a] *sustulit R.P.* || 227 infuso A effuso *E* || 228 dependet *E*[2] || uiro *E* auro *A* || cuius e tergo ω tergore ex huius *ci. Bo.* || 229 tantalici *A*ϵ tantali *ME* tantalei *Lip.* || 230 tantae *A* cunctae *E Voss.* || 233 sacro pascuum ψ saxeo pecus α saxeo pascuum *E* ψ || more ψ muro *E t. Gr.* α ψ (*R*) *uersum deleuit L.Mueller. lacunam 2 uersuum statuit R.P.* ||

d Hunc facinus ingens ausus assumpta in scelus
consorte nostri perfidus thalami auehit.
hinc omne cladis mutuae fluxit malum.
per regna trepidus exul erraui mea.
pars nulla generis tuta ab insidiis uacat.
d′ Corrupta coniunx, imperi quassa est fides,
domus aegra, dubius sanguis est, certi nihil
nisi frater hostis. quid stupes? tandem incipe
animoque sume Tantalum et Pelopem aspice:
ad haec manus exempla poscuntur meae.
d Profare dirum qua caput mactem uia.
SAT. ferro peremptus spiritum inimicum expuat.
ATR. de fine poenae loqueris, ego poenam uolo.
perimat tyrannus lenis, in regno meo
mors inpetratur.
SAT. nulla te pietas mouet?
d′ ATR. Excede pietas, si modo in nostra domo
umquam fuisti. dira furiarum cohors
discorsque Erinnys ueniat et geminas faces
Megaera quatiens. non satis magno meum
ardet furore pectus, inpleri iuuat
maiore monstro.
e SAT. Quid noui rabidus struis?
ATR. nil quod doloris capiat assueti modum.
nullum relinquam facinus et nullum est satis.
e′ SAT. Ferrum?
ATR. parum est.
SAT. quid ignis? F. CXXIE
ATR. etiamnunc parum est.
SAT. quonam ergo telo tantus utetur dolor?
ATR. ipso Thyeste.
SAT. maius hoc ira est malum.
f ATR. Fateor. tumultus pectora attonitus quatit
penitusque uoluit, rapior et quo nescio,

---

237 errauit *A* errani *E* || 238 nulla nostri (nostra ψ) *A* nulla generis *EME* || 244 iactem *E* mactem *A* || 248 impetretur α ||

sed rapior. imo mugit e fundo solum,
tonat dies serenus ac totis domus
ut fracta tectis crepuit et moti lares
uertere uultum: fiat hoc, fiat nefas,
quod di timetis.
f′ SAT. Facere quid tandem paras?
ATR. nescio quid animus maius et solito amplius
supraque fines moris humani tumet
instatque pigris manibus. haud quid sit scio,
sed grande quiddam est. ita sit. hoc anime occupa.
dignum est Thyeste facinus et dignum Atreo.
g Vterque faciat. — uidit infandas domus
odrysia mensas. — fateor, inmane est scelus,
sed occupatum: maius hoc aliquid dolor
inueniat. animum Daulis inspira parens
sororque. causa est similis: assiste et manum
inpelle nostram. — liberos auidus pater
gaudensque laceret et suos artus edat.
g′ Bene est. abunde est. hic placet poenae modus
tantisper. ubinam est? tam diu cur innocens
uersatur Atreus? tota iam ante oculos meos
imago caedis errat, ingesta orbitas
in ora patris. anime quid rursus times
et ante rem subsidis? audendum est, age.
quod est in isto scelere praecipuum nefas,
hoc ipse faciet.
h SAT. Sed quibus captus dolis
nostros dabit perductus in laqueos pedem?
inimica credit cuncta.
ATR. non poterat capi,
nisi capere uellet. regna nunc sperat mea.

---

268 timet ψ tumet *E* α || 269 $\overset{m}{\text{a}}$nimus *E* || 270 incipe *A* occupa *E un. ex Pall.* || 272 uterque *A* quod uterque *E* || 275 animum gnati ψ an. filii *A* animum daulis *E* || 276 soror est ψ sororque *E* α || 277 parens *A* pater *E* || 282 *uerba* ingesta orbitas in ora patris *om.* ψ, *tuentur* $\alpha\epsilon$ || 286 faciat α faciet *E* ψ || 288 poterit *A* poterat ϵ *un. ex Pall.* ||

hac spe minanti fulmen occurret Ioui,
h′ Hac spe subibit gurgitis tumidi minas
dubiumque libycae Syrtis intrabit fretum,
hac spe, quod esse maximum retur malum,
fratrem uidebit.
SAT. quis fidem pacis dabit?
cui tanta credet?
ATR. credula est spes inproba.
i Gnatis tamen mandata quae patruo ferant
dabimus: relictis exul hospitiis uagus
regno ut miserias mutet atque Argos regat
ex parte dominus. si nimis durus preces
spernet Thyestes: liberos eius rudes
malisque fessos grauibus et faciles capi
preces mouebunt.
i′ Hinc uetus regni furor
illinc egestas tristis *ac* durus labor
quamuis rigentem tot malis subigent uirum.
SAT. iam tempus illi fecit aerumnas leues.
ATR. erras: malorum sensus accrescit die.
leue est miserias ferre, perferre est graue.
k SAT. Alios ministros consili tristis lege:
peiora iuuenes facile praecepta audiunt,
in patre facient, quicquid in patruo doces.
saepe in magistrum scelera redierunt sua.
k′ ATR. Vt nemo doceat fraudis et sceleris uias:
regnum docebit. ne mali fiant times?
nascuntur istud. quod uocas saeuum asperum
agique dure credis et nimium inpie,
fortasse et illic agitur.

---

290 *legitur in E post u.* 293 || 300 eius rudes ω aeui r. *ci. NHs.*, melius r. *ci. L.Mueller.* || 302 precommouebunt *uel* prece mouebunt ψ prece commouebo *E MÆ un. ex Pall.* prece commouebunt *ci. L.Mueller.* preces mouebunt α || 303 hinc durus ω ac durus *Bo.* || 307 est graue *E* est *om. A* || 308 consiliis (s *eras. in R*) tristis ψ consiliis istis α consilii tristis *II Pall.*, consili tristis *E* (*t. Gr.*) || 309 ATR. peiora *E* ATR. *om. A* ||

k SAT. Hanc fraudem scient F. CXXIIII
gnati parari?
ATR. tacita tam rudibus fides
non est in annis, detegent forsan dolos:
tacere multis discitur uitae malis.
k′ SAT. Ipsosque, per quos fallere alium cogitas,
falles, ut ipsi crimine et culpa uacent?
ATR. quid enim necesse est liberos sceleri meo
inserere? per nos odia se nostra explicent. —
i Male agis, recedis anime. si parcis tuis,
parces et illis: consili Agamemnon mei
sciens minister fiat et patri sciens
Menelaus assit. prolis incertae fides
ex hoc petatur scelere. si bella abnuunt
et gerere nolunt odia, si patruum uocant:
pater est. eatur.
i′ Multa sed trepidus solet
detegere uultus, magna nolentem quoque
consilia produnt: nesciant quantae rei
fiant ministri. nostra tu coepta occules.
SAT. haud sum monendus: ista nostro in pectore
fides timorque, sed magis claudet fides.

CHORVS

[*Tandem regia nobilis,*
antiqui genus Inachi,
fratrum conposuit minas.]

a Quis uos exagitat furor
alternis dare sanguinem

---

317 ATR. *E om. A* || 319 ATR. tacere *A* ATR. *om. E* || 320 ipsosne *A* ipsosque *E* || 321 falles ATR. at ipsi *A* falles ut ipsi *E* || 325 illi *A* illis *E* || 326 insciens *E* sciens *A* || patris cliens *A* patri sciens *E* || 328 qui bella *E* si b. *A* || 329 patruum *A* patrum *E* || 333 occule *uel* ocule *A* occules *E* || 335 claudit *A* claudet ϵ || CHORVS *EA* || 336—338 *eieci ab hoc loco alienos. Verum initium carminis abreptum esse suspicor.* ||

et sceptrum scelere aggredi?
nescitis cupidi arcium
regnum quo iaceat loco.

b Regem non faciunt opes,
non uestis tyriae color, 345
non frontis nota regiae,
non auro nitidae fores: 347
[*non quicquid fodit occidens* 353
aut unda Tagus aurea
claro deuehit alueo,] 355
non quicquid libycis terit
feruens area messibus. 357

c Rex est qui posuit metus 348
et diri mala pectoris,
quem non ambitio inpotens 350
et numquam stabilis fauor
uulgi praecipitis mouet, 352

c′ Quem non concutiet cadens 358
obliqui uia fulminis
non Eurus rapiens mare, 360
aut saeuo rabidus freto
uentosi tumor Hadriae.

b′ Quem non lancea militis,
non strictus domuit chalybs,
qui tuto positus loco 365
infra se uidet omnia
occurritque suo libens
fato nec queritur mori.

---

347 trabes *A et Lactant. ad. Stat. Theb. IV 530, ubi uu.* 342—352 *affert.* fores *E* || 353—357 *huc reposui cum Swoboda.* 353—355 *desunt in E* || 359 obluuqui *E* || 361 rapidus *A* rabidus *E* || 363 immitis *E* militis *A* ||

a Reges conueniant licet,
qui sparsos agitant Dahas,
qui rubri uada litoris
et gemmis mare lucidis
late sanguineum tenent,
aut qui caspia fortibus
recludunt iuga Sarmatis,

e Certet Danuuii uadum
audet qui pedes ingredi,
et (quocumque loco iacent)
Seres uellere nobiles:

d′ Nil ullis opus est equis,
nil armis et inertibus
telis, quae procul ingerit
Parthus cum simulat fugas:
admotis nihil est opus
urbes sternere machinis
longe saxa rotantibus:

e′ Rex est, qui metu*e*t nihil
rex est, qui cupiet nihil.
mens regnum bona possidet
hoc regnum sibi quisque dat.

f Stet quicumque uolet potens
aulae culmine lubrico: F. CXXV
me dulcis saturet quies,
obscuro positus loco
leni perfruar otio.

---

370 dachos *uel* dacos *ψ* dacas *α* dahas *E* || 372 aut *A* et *E un. ex Pall.* || 376 danubium licet *A* danubii uadum *E* || 380 *reuocaui post u. 389 auctore Swoboda* || 388 metuit *ω* metuet *scripsi* || 389 *om. A* rex est quiue cupit nihil *codex Fabricii* rex est qui cupit nihil *in marg. al. atram. R* rex est quique c. n. *ME* r. e. q. cupiet n. *E un. ex Pall.* ||

f′ Nullis nota Quiritibus
aetas per tacitum fluat.
sic cum transierint mei
nullo cum strepitu dies,
plebeius moriar senex.

g (ἐπ.) Illi mors grauis incubat,
qui n o t u s nimis omnibus,
i g n o t u s moritur sibi.

THYESTES. TANTALVS. PLISTHENES TACITVS.

a Optata patriae tecta et argolicas opes,
miserisque summum ac maximum exulibus bonum,
tractum soli natalis et patrios deos
(si sunt tamen di) cerno, Cyclopum sacras
turres labore maius humano decus,
celebrata iuueni stadia per quae nobilis
palmam paterno non semel curru tuli.
b Occurret Argos, populus occurret frequens,
sed nempe et Atreus. repete siluestres fugas
saltusque densos potius et mixtam feris
similemque uitam. clarus hic regni nitor
fulgore non est quod oculos falso auferat.
[*cum quod datur spectabis, et dantem adspice*]
c Modo inter illa quae putant cuncti aspera
fortis fui laetusque, nunc contra in metus
reuoluor, a n i m u s h a e r e t ac retro cupit
corpus referre, moueo nolentem gradum.
TANT. pigro (quid hoc est?) genitor incessu stupet

396 notaque c o e t i b u s *ci. L.Mueller* || 401. 402 *inuerso ordine leguntur in E, corr. 2 uel 3 m. litteris adscriptis.* || Thyestes. Phylistenes *A* THYESTES. TANTALVS. PLISTHEVES. TACITVS. *E* || 406 tactum *Aε* tractum *Bo.* || 412 subnempe *E* repetet *E* (t *del. 3 m.*) || 415 qui ψ quod *Eα uersum om. un. ex Pall.*, *g* || 416 quo ψ quid *αR* quod *E uersum del. R.P.* || 421 Phy. *A* TANT. *E* (*sic per totam scaenam*) ||

uultumque uersat seque in incerto tenet.
c′ THY. Quid anime pendes, quidue consilium diu
tam facile torques? rebus incertissimis
fratri atque regno credis ac metuis mala
iam uicta, iam mansueta et aerumnas fugis
bene collocatas? esse iam miserum iuuat.
reflecte gressum dum licet teque eripe.
d TANT. Quae causa cogit genitor a patria gradum
referre uisa? cur bonis tantis sinum
subducis? ira frater abiecta redit
partemque regni reddit et lacerae domus
conponit artus teque restituit tibi.
c THY. Causam timoris ipse quam ignoro exigis.
nihil timendum uideo, sed timeo tamen.
placet ire, pigris membra sed genubus labant
alioque quam quo nitor abductus feror.
sic concitatam remige et uelo ratem
aestus resistens remigi et uelo refert.
c′ TANT. Euince quicquid obstat et mentem inpedit
reducemque quanta praemia expectent uide.
pater, potes regnare.
THY. cum possim mori.
summa est potestas nulla si cupias nihil.
TANT. gnatis relinques.
THY. non capit regnum duos.
TANT. miser esse mauult esse qui felix potest?
e THY. Mihi crede, falsis magna nominibus placent,
frustra timentur dura. dum excelsus steti,
numquam pauere destiti atque ipsum mei
ferrum timere lateris. o quantum bonum est
obstare nulli. [*capere securas dapes*
humi iacentem.] scelera non intrant casas

428 deflecte *A* refl. ε || 436 subgenubus *E* sed genibus *A* || 438 uento *A* uelo ε || 439 resurgens ψ resistens αε || 440 peruince *A* euince *E* uince *R10* || 443 TANT. (Phy. *A*) summa est potestas. THY. nulla s. c. n. ω *Tantali et Thyestae nomina sustulit NHs.* || 450^{b} 451^{a} *eieci, conflata ex eis quae secuntur.* || 451 casam α casas *E*ψ ||

tutusque mensa capitur angusta cibus.
uenenum in auro bibitur. expertus loquor: F. CXXVI
malam bonae praeferre fortunam licet.
e′ Non uertice alti montis inpositam domum
et eminentem ciuitas humilis tremit,
nec fulget altis splendidum tectis ebur,
somnosque non defendit excubitor meos.
non classibus piscamur et retro mare
iacta fugamus mole nec uentrem improbum
alimus tributo gentium: nullus mihi
ultra Getas metatur et Parthos ager.
e″ Non ture colimur nec meae excluso Ioue
ornantur arae, nulla culminibus meis
inposita nutat silua, nec fumant manu
succensa multa stagna, nec somno dies
bacchoque nox iungenda peruigili datur:
sed non timemur, tuta sine telo est domus
rebusque paruis alta praestatur quies.
inmane regnum est posse sine regno pati.
d′ TANT. Nec abnuendum est, si dat imperium deus.
THY. nec adpetendum est.
TANT. frater ut regnes rogat.
THY. rogat? timendum est. errat hic aliquis dolus.
TANT. redire pietas unde summota est solet,
reparatque uires iustus amissas amor.
a′ THY. Amat Thyesten frater? aethereas prius
perfundet Arctos pontus et siculi rapax
consistet aestus unda et ionio seges
matura pelago surget et lucem dabit
nox atra terris, ante cum flammis aquae
cum morte uita cum mari uentus fidem

---

452 totusque *E* tutusque *A* || angusta cibus *E* (*litt.* sta ci s *a 2 m.*) || 460 non *A* nec *ER* || 462 metitur *A* metatur ε*ME un. ex Pall. R* || 467 ducenda *A* iungenda *E* || 468 timemus *α* timemur *ER* || 471 est ε *om. A* || 472 THY. *A om. E* || est *E om. A* || Phy. frater *A* Phy. *om. E* || TANT. frater *scripsi* ||

foedusque iungent.
TANT. quam tamen fraudem times?
b′ THY. Omnem: timori quem meo statuam modum?
tantum potest quantum odit.
TANT. in te quid potest?
THY. pro me nihil iam metuo, uos facitis mihi
Atrea timendum.
TANT. decipi captus times?
THY. serum est cauendi tempus in mediis malis.
f Eatur. unum genitor hoc testor tamen:
ego uos sequor non duco.
TANT. respiciet deus
bene cogitata. — perge non dubio gradu.

ATREVS. THYESTES. TANTALVS PLISTHENES TACITI.

a Plagis tenetur clausa dispositis fera:
et ipsum et una generis inuisi indolem
iunctam parenti cerno. iam tuto loco
uersantur odia: uenit in nostras manus
tandem Thyestes, uenit, et totus quidem.
b Vix tempero animo, uix dolor frenos capit.
sic cum feras uestigat et longo sagax
loro tenetur Vmber ac presso uias
scrutatur ore dum procul lento suem
odore sentit: paret et tacito locum
rostro pererrat. praeda cum propior fuit,
ceruice tota pugnat et gemitu uocat
dominum morantem seque retinenti eripit.
b′ Cum sperat ira sanguinem nescit tegi,

---

484 quantum p. tant. od. *α* tantum p. quantum o. *Eψ* || 487 THY. *om. ω restituit Grut.* || 488 THY. *εψ*, *om. A.* hoc hortamen est *A* al' ortor tamen *R supra lin.* hoc testor tamen *ÆE* || Atreus. Thyestes *A.* ATREVS. THYESTES. TANTALVS. PLISTHENES. T|A|CI|T|I| *E* || 493 in loco *A* in *om. E* || 496 frenos dolor *E* dol. fr. *A* || 497 feras *E* (s *a m. 2.*) || uestigat *E* (*ultima litera a m. 2.*) || 498 loto *E* loro *A* || 504 spirat *ψ* sperat *EA* ||

tamen tegatur. aspice ut multo grauis
squalore uultus obruat maestos coma,
quam foeda iaceat barba. praestetur fides.
fratrem iuuat uidere. conplexus mihi
redde expetitos. quicquid irarum fuit,
transierit. ex hoc sanguis ac pietas die
colantur, animis odia damnata excidant.
a′ THY. Diluere possem cuncta nisi talis fores.
sed fateor Atreu fateor, admisi omnia
quae credidisti. pessimam causam meam F. CXXVII
hodierna pietas fecit. est prorsus nocens
quicumque uisus tam bono fratri est nocens.
c Lacrimis agendum est: supplicem primus uides,
hae te precantur pedibus intactae manus:
ponatur omnis ira et ex animo tumor
erasus abeat. obsides fidei accipe
hos innocentes frater.
ATR. a genibus manus
aufer meosque potius amplexus pete.
c′ Vos quoque senum praesidia tot iuuenes meo
pendete collo. squalidam uestem exue
oculisque nostris parce et ornatus cape
pares meis laetusque fraterni imperi
capesse partem. maior haec laus est mea
fratri paternum reddere incolumi decus.
[*habere regnum casus est, uirtus dare.*]
c″ THY. Di paria frater pretia pro tantis tibi
meritis rependant. regiam capitis notam
squalor recusat noster et sceptrum manus
infausta refugit. liceat in media mihi
latere turba.
ATR. recipit hoc regnum duos.

---

507 iacet *E* iaceat *A* || praestatur ψ praestetur *Eα* || 509 iratum ϵ || 518 uincte *uel* uincte *uel* nicte ψ intactae *Eα* || 524 pendente E^1 pendete E^3A || 526 quales mei sunt laetusque *A* pares meis laetusque *ΛE*ϵ || frater ψ partem *α* fraterni ϵ || 527 capesse frater *α* || 529 *cuninis inclusi* ||

THY. meum esse credo, quicquid est, frater, tuum.
d ATR. Quis influentis dona fortunae abnuit?
THY. expertus est quicumque, quam facile effluant.
ATR. fratrem potiri gloria ingenti uetas?
THY. tua iam peracta gloria est, restat mea:
respuere certum est regna consilium mihi.
d′ ATR. Meam relinquam, nisi tuam partem accipis.
THY. accipio. regni nomen inpositi feram,
sed iura et arma seruient mecum tibi.
ATR. inposita capiti uincla uenerando gere.
ego destinatas uictimas superis dabo.

CHORVS

a Credat hoc quisquam? ferus ille et acer
nec potens mentis truculentus Atreus
fratris aspectu stupefactus haesit.

a′ Nulla uis maior pietate uera est:
iurgia externis inimica durant,
quos amor uerus tenuit, tenebit.

b Ira cum magnis agitata causis
gratiam rupit cecinitque bellum,
cum leues frenis sonuere turmae,
fulsit hinc illinc agitatus ensis,

b′ Quem mouet crebro furibundus ictu
sanguinem Mauors cupiens recentem:
opprimit ferrum manibusque iunctis
ducit ad pacem pietas negantes.

c Otium tanto subitum e tumultu
quis deus fecit? modo per Mycenas
arma ciuilis crepuere belli.

---

541 ni tuam *E* || 544 regē *E* gere *A* || CHORVS *EA* || 558 opprimet *E* opprimit *A* ||

pallidae natos tenuere matres,
uxor armato timuit marito,
cum manum inuitus sequeretur ensis,
sordidus pacis uitio quietae.

c′ Ille labentes renouare muros,
hic situ quassas stabilire turres,
ferreis portas cohibere claustris
ille certabat pauidusque pinnis
anxiae noctis uigil incubabat.
peior est bello timor ipse belli

. . . .

d (ἐπ.) Iam minae saeui cecidere ferri,
iam silet murmur graue classicorum,
iam tacet stridor litui strepentis:
alta pax urbi reuocata laetae.

e Sic ubi ex alto tumuere fluctus,
Bruttium Coro feriente pontum, F. CXXVIII
Scylla pulsatis resonat cauernis,
ac mare in portu timuere nautae
quod rapax haustum reuomit Charybdis,

e′ Et ferus Cyclops metuit parentem
rupe feruentis residens in Aetnae,
ne superfusis uioletur undis
ignis aeternis resonans caminis

---

563 matres tremuere natis α m. tenuere natos ψ natos tenuere matres *E* ‖ 564 amato *E* armato *A* ‖ 566 sordibus *E* sordidus *A* ‖ 571 nocti *A* noctis *ER* (*sed* s *eras.*) ‖ 572 *ultimus strophae uersus uidetur intercidisse* ‖ 576 urbis *A* urbi ϵ ‖ 578 ponto feriente chorum ψ pontum feriente coro α choro f. pontum *E* *uersum in suspitionem uocat R.P.* ‖ 580 in totum ψ intortum α inportu *E* in portu *ME un. ex Pall.* ‖ 581 auster *uel* ausit *uel* aufert ψ haustum *E*α ‖ 585 aetnaeis α aeternis ϵψ ‖

. . . .
[et putat mergi sua posse pauper
regna Laertes Ithaca tremente.]

f Si suae uentis cecidere uires, 588
alta, quae nauis timuit secare 590
hinc et hinc fusis spatiosa uelis,
strata ludenti patuere cumbae. 592

f′ Mitius stagno pelagus recumbit 589
et uacat mersos numerare pisces 593
hic ubi ingenti modo sub procella
Cyclades pontum timuere motae. 595

g Nulla sors longa est: dolor ac uoluptas
inuicem cedunt, breuior uoluptas.
ima permutat leuis hora summis.

h Ille, qui donat diadema fronti,
quem genu nixae tremuere gentes, 600
cuius ad nutum posuere bella
Medus et Phoebi propioris Indus
et Dahae Parthis equitem minati:

g′ Anxius sceptrum tenet et mouentes
cuncta diuinat metuitque casus 605
mobiles rerum dubiumque tempus.

h′ Vos quibus rector maris atque terrae
ius dedit magnum necis atque uitae,
ponite inflatos tumidosque uultus:
quicquid a uobis minor expauescit, 610
maior hoc uobis dominus minatur.

---

586. 587 *interpolatos esse uidit R.P. lacunam statui unius u.* || 589 *post* 592 *reuocauit R.P.* || 591 spetiosa *E* || 597 *om. E*[1], *in marg. E*[2] || 598 breuis *A* leuis *Eψ* || 603 dacae *A* dahae *E* || 605 diuitias *A* diuinas *cod. Coloniensis.* c. diuinat *ÆE* || 610 extimescit *A* expauescit *E* ||

g″ Omne sub regno grauiore regnum est:
quem dies uidit ueniens superbum,
hunc dies uidit fugiens iacentem.

i Nemo confidat nimium secundis,
nemo desperet meliora lassis:
miscet haec illis prohibetque Clotho
stare fortunam, rotat omne fatum.

i′ Nemo tam diuos habuit fauentes,
crastinum ut posset sibi polliceri:
res deus nostras celeri citatas
turbine uersat.

NVNTIVS. CHORVS.

a Quis me per auras turbo praecipitem uehet
atraque nube inuoluit ut tantum nefas
eripiat oculis? o domus Pelopi quoque
et Tantalo pudenda.
CHOR. quid portas noui?
b NVNT. Quaenam ista regio est? Argos et Sparte pios
sortita fratres et maris gemini premens
fauces Corinthos, an feris Hister fugam
praebens Alanis, an sub aeterna niue
Hyrcana tellus, an uagi passim Scythae?
CHOR. quis hic nefandi est conscius monstri locus?
effare et istud pande quodcumque est malum.
b′ NVNT. Si steterit animus, si metu corpus rigens
remittet artus. haeret in uultu trucis
imago facti. ferte me insanae procul
illo procellae ferte, quo fertur dies
hinc raptus.
CHOR. animos grauius incertos tenes.

---

616 lapsus *uel* lapsis *A* lassis *R10E* (laesis *t. Gron.*) || 620 possit *A* posset Eψ || NVNTIVS CHORVS *E* NVNCIVS CHORVS *A* || 624 uoluet ψ inuoluet α inuoluit *E* || 627 impios *A* pios *E* || 632 CHO. *A om. E* || 633 CHOR. effare *E* CHOR. *om. E* ||

quid sit quod horres, ede et auctorem indica.
non quaero quis sit, sed uter. effare ocius.
c NVNT. In arce summa pelopiae pars est domus Q. XVI
conuersa ad austros, cuius extremum latus F. CXXVIIII
aequale monti crescit atque urbem premit
et contumacem regibus populum suis
habet sub ictu. fulget hic turbae capax
inmane tectum, cuius auratas trabes
uariis columnae nobiles maculis ferunt.
post ista uulgo nota quae populi colunt,
in multa diues spatia discedit domus.
c′ Arcana in imo regio secessu iacet,
alta uetustum ualle conpescens nemus,
penetrale regni, nulla qua laetos solet
praebere ramos arbos aut ferro coli,
sed taxus et cupressus et nigra ilice
obscura nutat silua, quam supra eminens
despectat alte quercus et uincit nemus.
hinc auspicari regna Tantalidae solent,
hinc petere lassis rebus ac dubiis opem.
c″ Affixa inhaerent dona, uocales tubae
fractique currus spolia myrtoi maris,
uictaeque falsis axibus pendent rotae,
et omne gentis facinus, hoc phrygius loco
fixus tiaras Pelopis, hic praeda hostium
et de triumpho picta barbarico chlamys.
fons stat sub umbra tristis et nigra piger

639 effer autorem *A* ede et auctorem *E* || 640 non quaero quis sit sed *ψ* (*nisi quod non nulli:* non quis sed, *uel:* non quid sit sed) non quaero quis sed *α* non quero quid sit sed *EMR* || 641 pelopis pars est domus *ψ* pelopis una est pars domus *α* pelopeae pars e. d. *M* pelopaeae p. e. d. *E* pelopiae *Bo.* || 647 columbae *α* columpnae *Eψ* || 650 regia recessu *A* regia ϵ secessu *E* regio secessu *ψ* || patet *A* iacet *EM* || 655 supreminens *E* || 658 lassis *AE* (laesis *E t. Gr.*) et *A* ac *E* || 661 uitaeque *E* uictaeque *A* fultaeque *ci. NHs.* iunctaeque *ci. Bo.* || 663 pelops *E* || 664 camus *E* (*sed* u *a 1 m. corr. in* y) ||

haeret palude. talis est dirae Stygis
deformis unda quae facit caelo fidem.
c''' Hic nocte caeca gemere feralis deos
fama est, catenis lucus excussis sonat
ululantque manes. quicquid audire est metus,
illic uidetur: errat antiquis uetus
emissa bustis turba et insultant loco
maiora notis monstra, quin tota solet
micare silua flamma et excelsae trabes
ardent sine igne. saepe latratu nemus
trino remugit, saepe simulacris domus
attonita magnis.
d Nec dies sedat metum,
nox propria luco est et superstitio inferum
in luce media regnat. hinc orantibus
responsa dantur certa, cum ingenti sono
laxantur adyto fata et inmugit specus
uocem deo soluente. quo postquam furens
intrauit Atreus liberos fratris trahens:
ornantur arae. quis queat digne eloqui?
d' Post terga iuuenum nobiles reuocat manus
et maesta uitta capita purpurea ligat.
non tura desunt, non sacer bacchi liquor
tangensue fusa uictimam culter mola.
seruatur omnis ordo, ne tantum nefas
non rite fiat.
CHOR. quis manum ferro admouet?
NVNT. ipse est sacerdos, ipse funesta prece
letale carmen ore uiolento canit.
e Stat ipse ad aras, ipse deuotos neci
contrectat et conponit et ferro admouet,
attendit ipse: nulla pars sacri perit.
lucus tremescit, tota succusso solo

---

668 nocte tota *A* n. cęca *E* || 672 ioco *E* loco *A* || flamma sylua *A* silua fl. *E* || 685 reuocat *A* religat *R*ϵ renodat *un. ex Pal.* || 688 fusa ψ salsa *A*ϵ || 695 accendit α attendit *ÆE t. Gr.* ψ ||

nutauit aula, dubia quo pondus daret
ac fluctuanti similis. e laeuo aethere,
atrum cucurrit limitem sidus trahens.
e′ Libata in ignes uina mutato fluunt
cruenta baccho. regium capiti decus
bis terque lapsum est. fleuit in templis ebur.
mouere cunctos monstra, sed solus sibi
inmotus Atreus constat atque ultro deos
terret minantes. iamque dimissa mora
adsistit aris toruum et obliquum intuens.
f Ieiuna siluis qualis in gangeticis F.CXXX
inter iuuencos tigris errauit duos,
utriusque praedae cupida (quo primum ferat
incerta morsus flectit huc rictus suos
illo reflectit et famem dubiam tenet),
f′ Sic dirus Atreus capita deuota inpiae
speculatur irae. quem prius mactet sibi,
dubitat, secunda deinde quem caede inmolet.
nec interest, sed dubitat et saeuum scelus
iuuat ordinare.
CHOR. quem tamen ferro occupat?
g NVNT. Primus locus (ne deesse pietatem putes)
auo dicatur, Tantalus prima hostia est.
CHOR. quo iuuenis animo, quo tulit uultu necem?
h NVNT. Stetit sui securus et non est preces
perire frusta passus. ast illi ferus
in uulnere ensem abscondit et penitus premens
iugulo manum commisit. educto stetit
ferro cadauer cumque dubitasset diu
hac parte an illa caderet, in patruum cadit.
h′ Tunc ille ad aras Plisthenem saeuus trahit
adicitque fratri, colla percussa amputat,

---

704 dèas *α* deos *ψϵ* || 706 assiluit *A* adsistit *Eψ* || 709 primos *α* primum *Eψ* || 710 hoc *E* huc *A* || 712 durus *ER* dirus *A* || 713 speculator *ER* (*in R suprascr.* al' tur) speculatur *A* || mactet stygi *ci. NHs.* || 714 secundam *E* secunda *A* || 715 tantum (al' sceuū *rec. m. R*) scelus *A* saeuum sc. *E* ||

ceruice caesa truncus in pronum ruit,
querulum cucurrit murmure incerto caput.
CHOR. quid deinde gemina caede perfunctus facit?
puerone parcit? an scelus sceleri ingerit?
f NVNT. Silua iubatus qualis armenia leo
in caede multa uictor armento incubat
(cruore rictus madidus et pulsa fame
non ponit iras: hinc et hinc tauros premens
uitulis minatur, dente iam lasso piger):
f′ Non aliter Atreus saeuit atque ira tumet
ferrumque gemina caede perfusum tenens,
oblitus in quem fureret, infesta manu
exegit ultra corpus. at pueri statim
pectore receptus ensis in tergo exstitit.
g′ Cadit ille et aras sanguine extinguens suo
per utrumque uulnus moritur.
CHOR. o saeuum scelus.
NVNT. exhorruistis? hactenus si stat nefas,
pius est.
e CHOR. An ultra maius aut atrocius
natura recipit?
NVNT. sceleris hunc finem putas?
gradus est.
CHOR. quid ultra potuit? obiecit feris
lanianda forsan corpora atque igne arcuit.
NVNT. utinam arcuisset. ne tegat functos humus,
nec soluat ignis, auibus epulandos licet
ferisque triste pabulum saeuis trahat.
e′ Votum est sub hoc, quod esse supplicium solet:
pater insepultos spectet. o nullo scelus
credibile in aeuo quodque posteritas neget.
erepta uiuis exta pectoribus tremunt
spirantque uenae corque adhuc pauidum salit.

---

731 scelere *E* sceleri *A* || 739 rueret ψ fureret *Eα* || 741 exiit α stetit *ME* extitit ψε || 744 non stat *A* stetit *R* si stat *E* || 745 plus est *A* pius est *E* || 750 ne *A* nec *E* || 751 tradat *E* ||

at ille fibras tractat ac fata inspicit
et adhuc calentes uiscerum uenas notat.
h Postquam hostiae placuere: securus uacat
iam fratris epulis. ipse diuisum secat
in membra corpus: amputat trunco tenus
umeros patentes et lacertorum moras,
denudat artus durus atque ossa amputat,
tantum ora seruat et datas fidei manus.
h′ Haec ueribus haerent uiscera et lentis data
stillant caminis, illa flammatus latex
candente aeno iactat. inpositas dapes
transiluit ignis inque trepidantes focos F. CXXXI
bis ter regestus et pati iussus moram
inuitus ardet. stridet in ueribus iecur.
i Nec facile dicam corpora an flammae gemant.
gemuere. piceos ignis in fumos abit,
et ipse fumus tristis ac nebula grauis
non rectus exit seque in excelsum leuat:
spissus penates nube deformi obsidet.
k O Phoebe patiens, fugeris retro licet
medioque ruptum merseris caelo diem,
sero occidisti. . . . .
. . . . . . [*lancinat gnatos pater*
artusque mandit ore funesto suos.
nitet fluente madidus unguento comam
grauisque uino. saepe praeclusae cibum
tenuere fauces.] . . . .
. . . . in malis unum hoc tuis
bonum est, Thyesta, quod mala ignoras tua.
k′ Sed et hoc peribit. uerterit currus licet

---

757 incipit *E* || 761 lancinat *ci. NHs.* || 763 *delendum censet Barthius auctoritate codicis ›perueteris calamo exarati‹.* || 767 querente aeno *A* (haeno *α*) candente aeno *E* || 768 crepitantes *A* trepidantes *Eψ* (*R*) || 772 piceus *A* piceos *E* || 775 ipsos *ω* spissus *ci. NHs.* || 778ᵇ—782ᵃ (lancinat — fauces) *del. R.P.* || 780 coma *ψ* comam *εα* || 781 reclusae *E* praecl. *A* || 784 cursus *α* currus *ψε* ||

sibi ipse Titan obuium ducens iter 785
tenebrisque facinus obruat tetrum nouis
nox missa ab ortu tempore alieno grauis:
tamen uidendum est, tota patefiant mala.

CHORVS

a Quo terrarum superumque parens,
cuius ad ortus noctis opacae 790
decus omne fugit, quo uertis iter
medioque diem perdis Olympo? 792

b Nondum serae nuntius horae 794
nocturna uocat lumina Vesper, 795
nondum hesperiae flexura rotae
iubet emeritos soluere currus:
nondum in noctem uergente die
tertia misit bucina signum,
stupet ad subitae tempora cenae 800
nondum fessis bubus arator. 801

a′ Cur Phoebe tuos rapis adspectus? 793
quid te aetherio pepulit cursu? 802
quae causa tuos
limite certo deiecit equos?

b′ Numquid aperto carcere Ditis 805
uicti temptant bella gigantes?
numquid Tityos pectore fesso
renouat ueteres saucius iras?
num reiecto [*latus explicuit*] monte Typhoeus? 809
numquid struitur uia phlegraeos 810

---

788 nota *E* tota *A* || patefient *A* patefiant *E* CHORVS *EA* || 789 potens *ci. NHe.* || 791 cecus *E* || 793 *post u.* 801 *collocauit R.P.* || 798 in nocentem *E* || 809 latus explicuit *del. R.P.* ||

alta per hostes et thessalicum
thressa premitur Pelion Ossa? 813

c Stupet e o o s 816
adsueta deo tradere frenos
genetrix primae roscida lucis,
peruersa sui limina regni
n e scit fessos tinguere currus 820
n e c fumantes sudore iubas
mergere ponto.

c′ Ipse insueto nouus hospitio
Sol a u r o r a m uidet occiduus
tenebrasque iubet surgere nondum 825
nocte parata. non succedunt
astra n e c ullo micat igne polus,
n o n luna graues digerit umbras.

d Sed quicquid id est, utinam nox sit.
trepidant trepidant pectora magno 830
percussa metu, ne fatali
cuncta ruina quassata labent, 832
iterum terras et mare et ignes 835
et uaga picti sidera mundi 836
natura tegas iterumque deos F. CXXXII 837 833a
hominesque premat deforme chaos. 833b 834

d′ Non aeternae facis exortu 838
dux astrorum saecula ducens
dabit aestatis brumaeque notas. 840

---

uersus 814. 815 *a propria sede (p. u. 881) huc male delatos esse intellexit R.P.* || 816 e n stupet E o s *ci. Swoboda* || 828 nec *A* non *E* || 830 trepidant pectora (*uel* pectore) magno *ψ*, trep. nostra p. m. *A* trepidant trepidant p. m. *R* ϵ || 831 perculsa *α*ϵ percussa *ψ* || 833. 834 (iterumque — chaos) *post u.* 837 (— tegas) *reuocaui cum R.P.* || 837 tegat *ω* tegas *ci. R.P.* || 838 aetheriae *uel* alternae *ci. NHs.* || 840 aestates *E* aestatis *A* ||

non phoebeis obuia flammis
demet nocti luna timores
uincetque sui fratris habenas
curuo breuius limite currens.
ibit in unum congesta sinum
turba deorum.

e Hic qui sacris peruius astris
secat obliquo tramite zonas
flectens longos Signifer annos
lapsa uidebit sidera labens.
hic qui nondum uere benigno
reddit Zephyro uela tepenti,
praeceps aries ibit in undas
per quas pauidam uexerat Hellen.

e′ Hic, qui nitido Taurus cornu
praefert Hyadas, secum Geminos
trahet et curui brachia Cancri.
leo flammiferis aestibus ardens
iterum e caelo cadet herculeus,
cadet in terras Virgo relictas
iustaeque cadent pondera Librae
secumque trahent Scorpion acrem.

f Et qui neruo tenet haemonio
pinnata senex spicula Chiron
rupto perdet spicula neruo.
pigram referens hiemem gelidus
cadet Aegoceros, frangesque tuam
quisquis es urnam. tecum excedent
ultima caeli sidera Pisces.

---

853 aries praeceps ω pr. ar. *scripsi* || 854 uixerat *E* uexerat *A* || 864 spicula nerno E^1g, sp. Chiron E^3A || 865 *om.* E^1, *in marg.* E^2 || 867 frangetque ω, frange s que *ci. Wakefieldus* ||

f′ Et qui medias diuidit Vrsas, 872
fluminis instar lubricus Anguis
magnoque minor iuncta Draconi
frigida duro Cynosura gelu, 875
[*custosque sui tardus plaustri*]
iam non stabilis ruet Arctophylax 877
monstraque numquam perfusa mari 870
merget condens omnia gurges. 871

g Nos e tanto uisi populo 878
digni premeret quos euerso
cardine mundus. 880

g′ In nos aetas ultima uenit. 881
solitae mundi periere uices: 814
nihil occasus, nihil ortus erit. 815

g″ O nos dura sorte creatos, 882
seu perdidimus solem miseri,
siue expulimus!

h (ἐπ.) Abeant questus, discede timor. 885
uitae est auidus quisquis non uult
mundo secum pereunte mori.

ATREVS

a Aequalis astris gradior et cunctos super
altum superbo uertice attingens polum.
nunc decora regni teneo, nunc solium patris. 890
dimitto superos: summa uotorum attigi.
a′ Bene est, abunde est, iam sat est etiam mihi.
sed cur satis sit? pergam et inplebo patrem
funere suorum. ne quit obstaret pudor,
dies recessit: perge dum caelum uacat. 895
b Vtinam quidem tenere fugientes deos

---

870 871 *post u.* 877 *reponendos*, *u.* 876. *delendum esse (cf. Med. 315) uidit R.P.* || 877 non instabilis *E* non stabilis *A* || ATREVS *EA* || 895 uacat *A* uocat *E t. Gr.* || 896 quidam *E*[1] quidem *AE*[3] ||

possem et coactos trahere, ut ultricem dapem
omnes uiderent. quod sat est, uideat pater.
etiam die nolente discutiam tibi
tenebras, miseriae sub quibus latitant tuae.
b′ Nimis diu conuiua securo iaces
hilarique uultu, iam satis mensis datum est
satisque baccho, sobrio tanta ad mala
opus est Thyeste. turba famularis fores F. CXXXII
templi relaxa, festa patefiat domus.
b″ Libet uidere, capita natorum intuens
quos det colores, uerba quae primus dolor
effundat, aut ut spiritu expulso stupens
corpus rigescat. fructus hic operis mei est.
miserum uidere nolo, sed dum fit miser. —
c Aperta multa tecta conlucent face.
resupinus ipse purpurae atque auro incubat
uino grauatum fulciens laeua caput.
eructat. o me caelitum excelsissimum
regum atque regem. uota transcendi mea.
satur est, capaci ducit argento merum.
c′ Ne parce potu: restat etiamnunc cruor
tot hostiarum. ueteris hunc bacchi color
abscondet. hoc haec mensa cludatur scypho.
mixtum suorum sanguinem genitor bibat,
meum bibisset. ecce, iam cantus ciet
festasque uoces nec satis menti imperat.

CHORVS. THYESTES.

a *Chor.* Pectora longis hebetata malis
iam sollicitas ponite curas.

---

897 et ultricem *E* ut ultr. *A* || 901 conuiua *corr. ex* conniua *E*[1] || 903 ad *corr. ex* ac *E*[1] || 910 miserum uirum uidere *E* uirum *om. A* || 912 purpura *A* purpure *E* || 914 omne *E*ψ o me α || 915 regumque regem *A* regum atque regem *E* || 919 hoc mensa *A* hoc hoc m. ψ hoc haec m. ϵ || 922 festaque *E* festasque *A* || CHORVS. THYESTES. *E* Chorus *A* || 923 CHOR. *om.* ω *restitui* ||

fugiat maeror fugiatque pauor.
fugiat trepidi comes exilii
tristis egestas
rebusque grauis pudor afflictis.
magis unde cadas quam quo refert.

a′ *Thy*. Magnum ex alto culmine lapsum
stabilem in plano figere gressum.
magnum ingenti strage malorum
pressum fracti pondera regni
non inflexa ceruice pati
nec degenerem uictumque malis
rectum inpositas ferre ruinas.

b *Chor*. Sed iam saeui nubila fati 938
pelle ac miseri [*tempore in omni*] dimitte notas, 939
redeant uultus ad laeta boni,
ueterem ex animo mitte Thyesten. —

THY. Proprium hoc miseros sequitur uitium
b′ numquam rebus credere laetis.
redeat felix fortuna licet,
tamen afflictos gaudere piget.

Thy. Quid me reuocas festumque uetas
c celebrare diem? quid flere iubes
nulla surgens dolor ex causa?
quis me prohibet flore decenti
uincire comam? prohibet prohibet.

Chor. Vernae capiti fluxere rosae,
c′ pingui madidus crinis amomo

---

930 THY. *om.* ω *restitui* || 937 CHOR. *om.* ω *addidi* || 938 temporis omnes *A* tempore in omni *E del. R.P.* || 942 THY. *E om. A* || 946 CHO. *E om. A* THY. *scripsi* || 949 quid me prohibes *ci. NHs.* || recenti α || 950 uincere *E* uincire *A* || prohibes prohibes *ci. NHs.* || 951 CHOR. *om.* ω, *restitui* ||

subitos inter stetit horrores.
imber uultu nolente cadit,
uenit in medias uoces gemitus.

c″ *Thy*. Maeror lacrimas amat assuetas,
flendi miseris dira cupido est.
libet infaustos mittere questus,
libet *heu* tyrio saturas ostro
rumpere uestes, ululare libet.

b *Thy*. Mittit luctus signa futuri
mens ante sui praesaga mali,
instat nautis fera tempestas,
cum sine uento tranquilla tument. —

b′ CHOR. Quos tibi luctus quosue tumultus
fingis, demens? credula praesta
pectora fratri. iam quicquid id est
uel sine causa uel sero times.

d THY. Nolo infelix, sed uagus intra
terror oberrat, subitos fundunt
oculi fletus nec causa subest. F. CXXXIIII
dolor an metus est?
an habet lacrimas magna uoluptas? —

ATREVS. THYESTES.

a Festum diem germane consensu pari
celebramus: hic est sceptra qui firmet mea
solidamque pacis alliget certae fidem.
a′ THY. Satias dapis me nec minus bacchi tenet.
augere cumulus hic uoluptatem potest,

---

953 inter subitos *ω* subitos inter *scripsi* || 956 THY. *om. ω*, *restitui* || 958 libet et *ω* libet hei *ci. Bo.* libet heu *scripsi* || 961 THY. *om. ω*, *restitui* || 965 CHOR. *E om. A* || uultus *A* luctus *E* || 969 THY. *E om. A*· || 973 amat *uel* alit *uel* capit *ci. NHs.* || ATREVS THYESTES *EA* || 977 saties *A* sacias *E* || ten *E* (*lit.* et *detersae cum schol. marg.*) ||

si cum meis gaudere felici datur.
b ATR. Hic esse natos crede in amplexu patris.
hic sunt eruntque nulla pars prolis tuae
tibi subtrahetur. ora quae exoptas dabo
b′ Totumque turba iam sua inplebo patrem
satiaberis, ne metue. nunc mixti meis
iucunda mensae sacra iuuenilis colunt,
sed accientur.
b″ Poculum infuso cape
gentile baccho.
THY. capio fraternae dapis
donum. paternis uina libentur deis,
tunc hauriantur.
c Sed quid hoc? nolunt manus
parere, crescit pondus et dextram grauat.
admotus ipsis bacchus a labris fugit
circaque rictus ore decepto fluit
et ipsa trepido mensa subsiluit solo.
uix lucet ignis. ipse quin aether grauis
inter diem noctemque desertus stupet.
c′ Quid hoc? magis magisque concussi labant
conuexa caeli, spissior densis coit
caligo tenebris noxque se in noctem abdidit.
fugit omne sidus. quicquid est fratri precor
gnatisque parcat, omnis in uile hoc caput
abeat procella. redde iam gnatos mihi.
ATR. reddam et tibi illos nullus eripiet dies.
c″ THY. Quis hic tumultus uiscera exagitat mea?
quid tremuit intus? sentio inpatiens onus
meumque gemitu non meo pectus gemit.
adeste, nati. genitor infelix uocat.
adeste uisis fugiet hic uobis dolor. —
unde obloquuntur?

---

982 hora quae *corr. ex* hora guae *E*[1] ora quae *A* ||
ca
989 non uult *A* nolt̃ *E* || 992 cirque rittus *E* circaque rictus *A* || effluit *A* fluit *E* || 998 addidit *ci. Gron.* (*sic R 14*) || 1003 quid *E* quis *A* ||

ATR. expedi amplexus, pater:
uenere. natos ecquid agnoscis tuos?
d THY. Agnosco fratrem. sustines tantum nefas
gestare tellus? non ad infernam styga
tenebrasque mergis? rupta et ingenti uia
ad chaos inane regna cum rege abripis?
non tota ab imo tecta conuellens solo
uertis Mycenas?
d Stare circa Tantalum
uterque iam debuimus: hinc compagibus
et hinc reuulsis, si quid infra Tartara est
auosque nostros, huc tuam inmani sinu
demitte uallem nosque defossos tege
Acheronte toto.
d'' Noxiae supra caput
animae uagentur nostrum et ardenti freto
phlegethon harenas igneus totas agens
exitia supra nostra uiolentus fluat.
inmota tellus pondus ignauum iacet.
e Fugere superi.
ATR. *iam* accipe hos potius libens
diu expetitos. nulla per fratrem est mora:
fruere osculare diuide amplexus tribus.
THY. hoc foedus? haec est gratia? haec fratris fides?
sic odia ponis? non peto, incolumis pater

1009 et quid *E* ecquid *A* || 1012 te nosque ω *corr.* *B.Schm.* || 1015—1019 stare circa tantalum | auosque nostros si quis intra tartara est | uterque iam debuimus. hinc compagibus | et hinc reuulsis huc tuam immani sinu | dimitte uallem *A* stare c. t. | uterque i. d. h. c. | et h. r. si quid infra tartara ē | auosque nostros hoc tua in mani sinu | demitte ualle (ualles *t. Gr.*) *E* || 1022 totas *E A* 'tortas *mss. consensu*' (?) *Ba.* || 1024 iaces *A* iacet *E* || 1025 *om.* ψ fugere superi. At. at accipe (Recipe *R om.* At. at.) hos potius libens Recipe (Atreus. Accipe *R*) hosce citius. liberis tandem suis *A* (*nisi quod non nulli* ψ *uerba* fugere superi, *alii uerba* Atr. at — libens *omittunt*) fugere superi ATR. Accipe hos potius libens *E* iam accipe *ci. B.Schm.* [*an:* suscipe?] || 1028 THY. *A om. E* ||

gnatos ut habeam, scelere quod saluo dari
odioque possit, frater hoc fratrem rogo:
sepelire liceat.
e′ Redde quod cernas statim
uri. nihil te genitor habiturus rogo F. CXXXV
sed perditurus.
ATR. quicquid e gnatis tuis
superest habes, quodcumque non superest habes.
THY. utrumne saeuis pabulum alitibus iacent,
an beluis seruantur? an pascunt feras?
ATR. epulatus ipse es inpia natos dape.
f THY. Hoc est deos quod puduit. hoc egit diem
auersum in ortus. quas miser uoces dabo
questusque quos? quae uerba sufficient mihi?
abscisa cerno capita et auulsas manus
et rupta fractis cruribus uestigia.
f′ Hoc est quod auidus capere non potuit pater.
uoluuntur intus uiscera et clusum nefas
sine exitu luctatur et quaerit fugam.
da frater ensem — sanguinis multum mei
habet ille: ferro liberis detur uia.
f Negatur ensis? pectora inliso sonent
contusa planctu.
Atr. sustine infelix manum:
parcamus umbris.
Thy. tale quis uidit nefas?
quis inhospitalis Caucasi rupem asperam
Heniochus habitans? quisue cecropiis metus
terris Procrustes?
f′ Genitor en gnatos premo
premorque natis. sceleris est aliquis modus.

1035 habebis *A* habes *E* || quodque *Ae* quodcumque *E* (*t. Gr.*) || 1037 feras an pascunt *E* an p. f. *A* || 1040 aduersum *Eψ* auersum *α* || 1045 uoluuntur *corr. ex* uuluuntur *E*[1] || 1046 uiam *A* fugam *E* || 1048 demus uiam *A* detur uia *E* || 1050 concussa *A* contusa *E* || ATR. *et seq. uersu* THY. *om. ω, restituit Bo. ex codice Dn. Heinsii* || 1053 eniochus *E* ||

ATR. sceleri modus debetur, u*t* facias scelus,
non ubi reponas. hoc quoque exiguum est mihi.
. . . .
e Ex uulnere ipso sanguinem calidum in tua
defundere ora debui: ut uiuentium
biberes cruorem. uerba sunt irae data
dum propero: ferro uulnera inpresso dedi,
cecidi ad aras, caede uotiua focos
placaui et artus corpore exanimo amputans
in parua carpsi frusta et haec feruentibus
demersi aenis.
e′ Illa lentis ignibus
stillare iussi, membra neruosque abscidi
uiuentibus gracilique traiectas ueru
mugire fibras uidi et aggessi manu
mea ipse flammas. omnia haec melius pater
fecisse potuit, cecidit in cassum dolor:
scidit ore natos inpio, sed nesciens,
sed nescientes.
g THY. Clausa litoribus uagis
audite maria. uos quoque audite hoc scelus
quocumque di fugistis. audite inferi.
audite terrae noxque tartarea grauis
et atra nube uocibus nostris uaca.
tibi sum relictus, sola tu miserum uides,
tu quoque sine astris. uota non faciam inproba:
pro me nihil precabor: ecquid iam potest
pro me esse? uobis uota prospicient mea.
g′ Tu summe caeli rector aetheriae potens
dominator aulae nubibus totum horridis
conuolue mundum, bella uentorum undique
conmitte et omni parte uiolentum intona
manuque non qua tecta et inmeritas domos

1056 ubi ω ut *ci. L. Mueller.* ubi taxas *ci. R. P.* || 1057 *lacunam unius u. statui* || 1059 diffundere *A* def. *E* || 1067 traiecto *A* traiectas ϵ || 1072 *post* clausa *una litera* (c?) *erasa* *E* || 1073 ūosque dij *A* uos quoque *E* || 1074 difugistis *uel* diffugistis *A* ϵ dii fug. *Gron.* || 1079 et quid ω ecquid α ||

telo petis minore, sed qua montium
tergemina moles cecidit et qui montibus
stabant pares gigantes, *hac* arma expedi
ignesque torque. uindica amissum diem.
[*iaculare flammas: lumen ereptum polo*]
g″ Fulminibus exple. causa, ne dubites diu,
utriusque mala sit, si minus, mala sit mea:
me pete. trisulco flammeam telo facem
per pectus hoc transmitte. si gnatos pater
humare et igni tradere extremo uolo,
ego sum cremandus. si nihil superos mouet
nullumque telis inpios numen petit:
aeterna nox permaneat et tenebris tegat
inmensa longis scelera. nil Titan queror,
si perseueras.
h ATR. Nunc meas laudo manus,
nunc parta uera est palma. perdideram scelus
nisi sic doleres. liberos nasci mihi
nunc credo, castis nunc fidem reddi toris.
THY. quid liberi meruere?
ATR. quod fuerant tui.
h′ THY. Gnatos parenti.
ATR. fateor et quod me iuuat,
certos.
THY. piorum praesides testor deos.
ATR. quid? coniugales?
THY. scelere quis pensat scelus?
ATR. scio quid queraris: scelere praerepto doles
nec quod nefandas hauseris angit dapes,
quod non pararis:
h″ Fuerat hic animus tibi
instruere similes inscio fratri cibos
et adiuuante liberos matre aggredi
similique leto sternere. hoc unum obstitit.

1088 haec ω h a c *Grut. E Scaliger.* || 1090 *del. R.P.* || 1092 mala est siminus *E* mala sit si minus *A* || 1099 saecla *A* scelera *Rε* || 1107 quin coniugales *ci. NHs.* || 1109 nec *AE* (*t. Hs.*), non *E* (*t. Gr.*) || tangit *A* angit *E* ||

tuos putasti.
THY. uindices aderunt dei.
His puniendum uota te tradunt mea.
ATR. Te puniendum liberis trado tuis.

1118 ATR. *A om. E* || Thyestes explicit. Incipit hercules *E* || Explicit Thiestea tragedia secūda felicit' die lune quīto decimo Maij 1391. duȝ territoriuȝ Vonense hostil'r millitaret dō Iohaēs acuth cuȝ gentibȝ lige. flor. re(*R*

L. ANNAEI SENECAE

OEDIPI FRAGMENTVM.

PERSONAE

I. OEDIPVS
II. ANTIGONA

OEDIPVS. ANTIGONA.

a Caeci parentis regimen et fessi unicum
*lat*eris leuamen gnata quam tanti est mihi
genuisse uel sic, desere infaustum patrem.
b In recta quid deflectis errantem gradum?
permitte labi. melius inueniam uiam
quam quaero solus, quae me ab hac uita extrahat
et hoc nefandi capitis adspectu leuet
caelum atque terras. quantulum hac egi manu?
non uideo noxae conscium nostrae diem
sed uideor. hinc iam solue inhaerentem manum
et patere caecum qua uolet ferri pedem.
c Ibo ibo qua praerupta protendit iuga
meus Cithaeron, qua peragrato celer
per saxa monte iacuit Actaeon suis
noua praeda canibus, qua per obscurum nemus
siluamque opacae uallis instinctas deo
egit sorores mater et gaudens malo
uibrante fixum praetulit thyrso caput.
b′ Vel qua cucurrit corpus inuisum trahens

PHOENISSAE *E* THEBAIS *A* Incipit secundus edippi eiusdem antigone *V*

INCIPIVNT
OEDIPPVS · ANTICONA · *E* OEDIPVS · ANTIGONE · *A* || 1 ac *A* et *E* || 2 patris *ω* lateris *ci. Gron. (coll. Soph. O. C. 1112)* || 4 rectum *MEψ* || quid me flectis? e. gradum p. l. *ci. I. Gron.* || 8 haec *E* hac *A* || 13 peragrati *A* peragrato *εψ* pererrato *ci. R.P.* || 14 montis *A* monte *εψ* || 16 instincta *E* || 18 fixum praetulit tryso *E* thyrso pr. f. *A* ||

Zethi iuuencus, qua per horrentes rubos
tauri ferocis sanguis ostentat fugas,
uel qua alta maria uertice inmenso premit
*m*ino*r*a rupes. qua scelus fugiens *no*uum
nouumque faciens mater insiluit freto
mersura natum seque. felices quibus
fortuna melior tam bonas matres dedit.
c′ Est alius istis noster in siluis locus,
qui me reposcit, hunc petam cursu incito.
non haesitabit gressus, huc omni duce
spoliatus ibo. quid moror? sedes meas
montem Cithaeron redde et hospitium mihi
illud meum restitue: ut expirem senex
ubi debui infans. recipe supplicium uetus.
d Semper cruente saeue crudelis ferox,
cum occidis et cum parcis, olim iam tuum
est hoc cadauer: perage mandatum patris F. XXXXI
iam et matris. animus gestit antiqua exequi
supplicia. quid me gnata pestifero tenes
amore uinctum? quid tenes? genitor uocat.
d′ Sequor sequor. iam parce. sanguineum gerens
insigne regni Laius rapti furit,
en ecce inanes manibus infestis petit
foditque uultus. gnata genitorem uides?
ego uideo. tandem spiritum inimicum expue
desertor anime fortis in partem tui.
e Omitte poena*e* languidas longae mora*s*
mortemque totam recipe. quid segnis traho

---

20 zethi iuuentus *A* ethi iuuencus *E* || 22 uictrice *E* immerso *α* || 23 Inoque praeceps *A* Ino a rupes *ci. Gron.* minor rupis *E corr. Bo.* (*cf. u. 68*) || suum *ω* (sui *cod. Voss. unde* uiri *ci. Gron.*) nouum *ci. R.P.* || 31 mortem *E* montem *A* sortem *ci. NHs. an*: tandem? *cf. u. 171* || 39 times? *ci. Bo.* || 42 et ecce *A* en ecce *E* || 44 ANT. ego *A* ANT. *om. E* || exue *A* expue *E* || 45 OED. desertor *A* OED. *om. E* || anime *ω* animi *ci. Gron.* || inparentem tui *E* || 46 remitte *ci. NHs.* || poenas — morae *ω corr. Grot.* || 47 recipe admitte *E* admitte *om. A* ||

quod uiuo? nullum facere iam possum scelus?
possum. miser praedico, discede a patre
discede uirgo: timeo post matrem omnia.

f ANT. Vis nulla genitor a tuo nostram manum
corpore resoluet, nemo me comitem tibi
eripiet umquam. Labdaci claram domum,
opulenta ferro regna germani petant:
f′ Pars summa magni patris e regno mea est
pater ipse. non hunc auferet frater mihi,
thebana rapto sceptra qui regno tenet
non huc cateruas alter argolicas agens.
f′ Non si reuulso Iuppiter mundo tonet
mediumque nostros fulmen in nexus cadat,
manum hanc remittam. prohibeas genitor licet:
regam abnuentem, dirigam inuiti gradum.
f In plana tendis? uado. praerupta appetis?
non obsto, sed praecedo. quouis utere
duce me. duobus omnis eligitur uia.
perire sine me non potes, mecum potes.
g Hic alta rupes arduo surgit iugo
spectatque longe spatia subiecti maris,
[*uis hanc petamus? nudus hic pendet silex.*
hic scissa tellus faucibus ruptis hiat]
uis hanc petamus? hinc rapax torrens cadit,
partesque lassi montis exesas rotat,
in hunc ruamus? dum prior, quo uis eo.
g′ Non deprecor non hortor. extingui cupis
uotumque genitor maximum mors est tibi?
si moreris antecedo, si uiuis sequor.

---

de
48 quid ω *corr. Gron.* || 49 disceapatre *E*[1] || 52 tui *A* tibi ε || 55 pars magna patris optimo regno ψ p. m. p. o. e. regno α p. summa magni patris e regno *E* || 57 raptro *E* || 58 hic *A* hunc ε *corr. NHs.* || 59 mundotenet *E* || 62 tegam *ci. Bad.* dirigam inuitum gradum *A* d. inuiti g. *E* d. inuitum patrem *ME* diligam inuitum patrem *Florens Christianus* || 64 uertere *ME* || 65 duce e duobus *A* d. me d. *E t. Gr.* || 69 70 *in margine leguntur R10, prorsus omissi E* || 72 lapsi ψε lassi *A* ||

sed flecte mentem, pectus antiquum aduoca
uictasque magno robore aerumnas doma.

a OEDIP. Vnde in nefanda specimen egregium domo?
unde ista generi uirgo dissimilis suo?
fortuna credis? aliquis est ex me pius.
non esset umquam, fata bene noui mea,
nisi ut noceret. ipsa se in leges nouas
natura uertet, regeret in fontem citas
reuolutus undas amnis et noctem adferet
phoebea lampas, Hesperus faciet diem.
a′ Vt ad miserias aliquid accedat meas,
pii quoque erimus. unica Oedipodae est salus
non esse saluum. liceat ulcisci patrem
adhuc inultum. dextra quid cessas iners
exigere poenas? quicquid exactum est adhuc
matri dedisti. mitte genitoris manum
animosa uirgo: funus extendis meum
longasque uiui ducis exequias patris.
b Aliquando terra corpus inuisum tege.
peccas honesta mente, pietatem uocas
patrem insepultum trahere. qui cogit mori
nolentem in aequo est quique properantem inpedit.
nec tamen in aequo est: alterum grauius reor:
malo imperari quam eripi mortem mihi.
occidere est uetare cupientem mori.
b′ Desiste coepto uirgo: ius uitae ac necis
meae penes me est. regna deserui libens, P. XXXXII
regnum mei retineo. si fida es comes:
ensem parenti trade, sed notum nece
ensem paterna. tradis an gnati tenent
cum regno et illum? faciet ubicumque est opus.
illis relinquo, gnatus hunc habeat meus,
sed uterque.

---

78 pectore *A* *M̸E* *in ras.* rubore *corr. ex* rabore E^1 || 79 *uide ad u.* 192 || 94 animosa *E* (*sed ult. littera scr. m. 2*) || 96 aliprquando *E* || 100 *post u.* 102 *collocaui* || 99. 100 *in marg. leguntur R* || 108 scelus *A* opus *E* || 109 ibi sit *ω corr. R.P.* ||

b″ Flammas potius et uastum aggerem
conpone, in altos ipse me inmittam rogos
[*haerebo ad ignes, funebrem escendam struem*]
pectusque soluam durum et in cineres dabo
hoc quicquid in me uiuit. — ubi saeuum est mare?
duc ubi sit altis prorutum saxis iugum,
ubi torua rapidus ducat Ismenos uada,
[*duc ubi ferae sint, ubi fretum ubi praeceps locus*]
si dux es. illuc ire morituro placet.
c Vbi sedit alta rupe semifero dolos
Sphinx ore nectens, dirige huc gressus pedum,
hic siste patrem. dira ne sedes uacet,
monstrum repone maius. hoc saxum insidens
obscura nostrae *fata* fortunae loquar,
quae nemo soluat.
d Quisquis assyrio loca
possessa regi scindis et Cadmi nemus
supplex adoras, sacra quo Dirce latet 127a 126b
[*serpente notum, quisquis Eurotam bibis*
Spartenque fratre nobilem gemino colis, 126a 127b
quique Elin et Parnason et boeotios
colonus agros uberis tondis soli,]
aduerte mentem: saeua Thebarum lues
luctifica caecis uerba conmittens modis
quid simile posuit? quid tam inextricabile?
d′ Aui gener patrisque riualis sui,
frater suorum liberum et fratrum parens.

---

112 erectam ad ignes funebrem ascendam *A* herebo adignes funebre escendam *E* *deleui uersum a Grutero in suspitionem uocatum* || 115 dic ψ duc αε || praerutum *A* pror. *E* || 117 *del. NHs.* || sunt *E* sint *A* || 120 gressu pedem *A* gressus pedum ε *aliq.* ψ || 122 saxo *A* saxum *E*ψ || 123 uerba *AE*^{2} *in ras.* fata *scripsi coll. u.* 139 || 126 scatet *ci. Gron.* quod d. lauat *ci. NHs.* — *hemistichia* serpente notum *et* supplex adoras, *quae in codd. inuerso ordine leguntur, in ordinem reuocaui, uu.* 127—130 *deleui. Scaliger damnauit uerba* ‘et Cadmi (125) — Parnason’ (129) || 129 quicunque *A* quique *E* || 130 tondes *A* tondis *E* || 132 conectens *cod. mogunt. Cf. Oed.* 92 ||

uno auia partu liberos peperit uiro
ac sibi nepotes. monstra quis tanta explicat?
ego ipse uictae spolia qui Sphingis tuli,
haerebo fati tardus interpres mei.
c′ *Ant.* . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
b *Oedip.* Quid perdis ultra uerba? quid pectus ferum
mollire tentas precibus? hoc animo sedet
effundere hanc cum morte luctantem diu
animam et tenebras petere, nam sceleri haec meo
parum alta nox est, Tartaro condi iuuat
et si quid ultra Tartarum est. tandem libet
quod olim oportet. morte prohiberi haud queo.
b′ Ferrum negabis? noxias lapso uias
cludes et artis colla laqueis inseri
prohibebis? herbas quae ferunt letum auferes?
quid ista tandem cura proficiet tua?
ubique mors est. optume hoc cauit deus.
eripere uitam nemo non homini potest,
at nemo mortem: mille ad hanc aditus patent.
b″ Nil quaero: dextra noster et nuda solet
bene animus uti. dextra nunc toto impetu
toto dolore uiribus totis ueni.
non destino unum uulneri nostro locum:
totus nocens sum: qua uoles mortem exige.
effringe *pect*us corque tot scelerum capax
euelle, totos uiscerum nuda sinus.
c″ Fractum incitatis ictibus guttur sonet
laceraeque fixis unguibus uenae fluant.

137 ac sibi *A* at s. ψ sibi et *E* || explicet *A* explicat *E* || 139 haereboque *E* que *om. A. Antigonae orationem intercidisse uidit Swoboda; lacunam statui V uersuum* || 147 lapsu *E* lapso *A* saxa lapsuro inuia *ci. NHs.* || 156 *conieci:* totis rue || 157 destina *ci. NHs.* || 160 corpus corque ω *corr. NHs.* || 162 laceraeue *A* laceraeque *E* ||

aut dirige iras quo soles: haec uulnera
rescissa multo sanguine ac tabe inriga,
hac extrahe animam duram inexpugnabilem.
a Et tu parens ubicumque poenarum arbiter
adstas mearum — non ego hoc tantum scelus
ulla expiari credidi poena satis
umquam nec ista morte contentus fui
nec me redemi parte, membratim tibi F. XXXXIII
perire uolui — debitum tandem exige.
nunc soluo poenas, tunc tibi inferias dedi.
ades atque inertem dexteram introrsus preme
magisque merge.
a′ Timida tum paruo caput
libauit haustu uixque cupientes sequi
eduxit oculos. haeret etiam nunc mihi
ille animus haeret, cum recusantem manum
pressere uultus. audies uerum Oedipe:
minus eruisti lumina audacter tua
quam praestitisti. nunc manum cerebro indue,
hac parte mortem perage qua coepi mori.

a ANT. Pauca o parens magnanime miserandae precor
ut uerba natae mente placata audias.
non te ut reducam ueteris ad speciem domus
habitumque regni flore pollentem inclyt*o*
peto aut ut iras tempore aut ipsa mora
fractas remisso pectore ac placido feras:
a′ *A*t hoc decebat roboris tanti uirum,
non esse sub dolore nec uictum malis
dare terga. non est ut putas uirtus pater
timere uitam, sed malis ingentibus

---

168 poene E^1 *corr.* E^3 || 169 nocte *ci. Gron.* || 171 uolui perire *A* perire uolui *E* || 178 audias *A* audies *E* || oedippum *ω* oedipe *ME* || 180 crebro *E* || 181 coepit *A* coepi *EME* || 182 miseranda *ψ* miserande *E* miserandae *α* || 184 specimen *A* speciem *E t. I.Gron.* || 185 inclyti *ω* || 186 peto aut *EA* (peto at *ψ*) p. ast *ci. Commelinus* || tempore aut ipsa mora *ω* *corrupta sunt. Bo. ci.* temporum haud ipsa mora || 188 et *ω* at *scripsi* ||

obstare nec se uertere ac retro dare. 192
resiste: tantis in malis uinci mori est. 79
b Qui fata proculcauit ac uitae bona 193
proiecit atque abscidit et casus suos
onerauit ipse, cui deo nullo est opus,
quare ille mortem cupiat, aut quare petat?
c Vtrumque timidi est. nemo contempsit mori
qui concupiuit, cuius haud ultra mala
exire possunt in loco tuto est situs.
quis iam deorum, uelle fac, quicquam potest
malis tuis adicere? iam nec tu potes
nisi hoc, ut esse te putes dignum nece.
non es nec ulla pectus hoc culpa attigit.
c′ Et hoc magis te genitor insontem uoca,
quod innocens es dis quoque inuitis. quid est
quod te efferarit, quod nouos suffixerit
stimulos dolori? quid te in infernas agit
sedes? quid ex his pellit? ut careas die? —
cares. — ut altis nobilem muris domum
patriamque fugias? — patria tibi uiuo perit. —
d Gnatos fugis matremque? — ab adspectu omnium
fortuna te submouit et quicquid potest
auferre cuiquam mors, tibi hoc uita abstulit.
regni tumultus, turba fortunae prior
abscessit a te iussa. quem genitor fugis?
d′ OEDIP. Me fugio, fugio conscium scelerum omnium
pectus manumque hanc fugio et hoc caelum et deos
et dira fugio scelera quae feci innocens.
ego hoc solum frugifera quo surgit Ceres,
premo? has ego auras ore pestifero traho?

---

79 *huc reuocauit R.P.* || malum est *A* mori est E || 194 abscessit *α* abscidit *Eψ* || 195 ipsi ceu uideo *A* ipse cui deo *E* || 196 ipse *A* ille *E* || fugiat *ci. Lips.* || 197 est uelle cont. *A* est nemo cont. *E* (uelle *om. E t. Gr.*) || 198 qui non concupiscit *ψ* qui concupiscit *α* qui concupiuit *E* || 205 inuisis *ψ* inuitis *εα* || 206 nonuos *E* || 207 te infernas *ψ* te ad inf. *α* te in infernas *E* || 213 hec *ψ* hoc *εα* || 214 fortuna *E* fortunae *A* || 215 ante iusta *A* ante iussa *R* a te iussa *E* || 218 nocens *A* innocens *E* ||

d″ Ego laticis haustu satior aut ullo fruor
almae parentis munere? ego castam manum
nefandus incestificus execrabilis
attrecto? ego ullos aure concipio sonos
per quos parentis nomen aut gnati audiam?
d‴ Vtinam quidem rescindere has quirem uias
manibusque adactis omne qua uoces meant
aditusque uerbis tramite angusto patet
eruere possem gnata. iam sensum tui,
quae pars meorum es criminum, infelix pater
fugissem.
a Inhaeret ac recrudescit nefas
subinde et aures ingerunt quicquid mihi
donastis oculi. cur caput tenebris graue
non mitto ad umbras Ditis aeterni? quid hic
manes meos detineo? quid terram grauo
mixtusque superis erro? quid restat mali?
a′ Regnum parentes liberi uirtus quoque
et ingeni solertis eximium decus
periere: cuncta sors mihi infesta abstulit.
lacrimae supererant, has quoque eripuit mihi. —
absiste. nullas animus admittit preces
nouamque poenam sceleribus quaerit parem.
d Et esse par quae poterit? infanti quoque
decreta mors est. uideram nondum diem 244a 245b
uterique nondum solueram clausi moras F.XXXXIIII
et iam timebar. protinus quosdam editos
nox occupauit et nouae luci abstulit,
d′ Mors me antecessit. fata quis tam tristia 249a 244b
sortitus umquam? aliquis intra uiscera 245a 249b
materna letum praecoquis fati tulit,

226 meas *E* uias *A* || 229 sensum tui *A* sensum τâtui *E* (tui *corr. ex* cui *a 1 m.*) s. ah! tui *ci. I.Gron.* || 230 criminum es *A* ē criminum *E* || 233 negastis *A* donastis *E t. Gr.* || 234 aeternas *A* aeterni *E* || 240 eripui *A* eripuit *E t. Gron.* || 242 patrem *E* parem *A* || 243 at *ci. Bo.* || 248 nox *ω* nex *α* || lucis *E* luci *A* || 244b 245a *huc reuocauit R.P.* || 250 praecoqui *α* precoquis *Eψ* ||

sed numquid et peccauit? abstrusum abditum
dubiumque an essem, sceleris infandi reum
deus egit.

d'' Illo teste damnauit parens
calidoque teneros transuit ferro pedes
et in alta nemora pabulum misit feris
auibusque saeuis, quas Cithaeron noxius
cruore saepe regio tinctas alit.

d''' Sed quem deus damnauit abiecit pater,
mors quoque refugit. praestiti Delphis fidem:
genitorem adortus inpia straui nece.
hoc ali*qu*a pietas redimet? — occidi patrem,
sed matrem amaui. proloqui hymenaeum pudet
taedasque nostras.

c Has quoque inuitum pati
te coge poenas. facinus ignotum efferum
inusitatum fare quod populi horreant,
quod esse factum nulla non aetas neget,
quod patricidam pudeat. in patrios toros
tuli paterno sanguine adspersas manus
scelerisque pretium maius accepi scelus.

c' Leue est paternum facinus. in thalamos meos
deducta mater, ne parum sceleris foret,
fecunda. nullum crimen hoc maius potest
natura ferre. si quod etiamnum est tamen:
qui facere possint dedimus. abieci necis
pretium paternae sceptrum et hoc iterum manus
armauit aliis. optime regni mei
fatum ipse noui:

b Nemo sine sacro feret

---

252 reus E^1 reum E^3A || 254 transtulit *AÆ* (transtudit *α in ind. err.*) transuit *E* || 256 auibusque auidis *ψ* auibus et auidis *α* auibusque saeuis *E* || 257 tractas *ψ* attractas *α* tinctas *E t. Gr. ÆR* instinctas agit *ci. NHs.* || 261 alia *ω* aliqua *ci. Bo.* || 271 scelerum *A* sceleris *E* || 273 si *om. E.* || 274 possunt *α* possent (*al.* possint) *ψϵ* || 275 paternum *E* paternae *A* || 276 aliis *E t. I. Gr.* alias *A* || 277 efferet *E* feret *A* ||

illud cruore. magna praesagit mala
paternus animus. iacta iam sunt semina
cladis futurae: spernitur pacti fides.
c Hic occupato cedere imperio negat,
ius ille et icti foederis testes deos
inuocat et Argos exul atque urbes mouet
graias in arma. non leuis fessis uenit
ruina Thebis: tela flammae uulnera
instant et istis si quod est maius malum:
ut esse genitos nemo non ex me sciat.
c′ ANT. Si nulla genitor causa uiuendi tibi est,
haec una abunde est, ut pater gnatos regas
grauiter furentes. tu inpii belli minas
auertere unus tuque uaecordes potes
inhibere iuuenes, ciuibus pacem dare
patriae quietem foederi laeso fidem.
uitam tibi ipse si negas, multis negas.
a OEDIP. Illis parentis ullus aut aequi est amor
auidis cruoris imperi armorum doli
diris scelestis breuiter ut dicam meis?
certant in omne facinus et pensi nihil
ducunt ubi illos ira praecipites agit
nefasque nullum per nefas nati putant.
a′ Non patris illos tangit afflicti pudor,
non patria, regno pectus attonitum furit. F. XXXXV
scio quo ferantur, quanta moliri parent
ideoque leti quaero maturam uiam
morique propero, dum in domo nemo est mea
nocentior me. . . . .
Ant. . . .
c *Oedip.* Gnata, quid genibus meis
fles aduoluta? quid prece indomitum domas?

---

289 Regat *E* regas *A* || 290 ferentes *E* || 293 lesos *E* laeso *A* || 295 est *supra lin. E* || 297 uiris cęlestis *E* diris scelestis *A* || 299 agat *A* agit *E ψ* || 304 maturi *A* maturam *E* || 305 morique *A* que *om. E lacunam significaui unius uersus, nam hic quoque (cf. 139) Antigonae uerba intercidisse docet Oedipi interrogatio (307)* ||

unum hoc habet fortuna quo possim capi
inuictus aliis: sola tu adfectus potes
mollire duros, sola pietatem in domo
docere nostra. nil graue aut miserum est mihi
quod te sciam uoluisse. tu tantum impera:
c′ Hic Oedipus aegaea transnabit fret*a*
iubente te flammasque quas siculo uomit
de monte tellus igneos uoluens globos,
excipiet ore seque serpenti offeret
quae saeua furto nemoris herculeo furit,
iubente te praebebit alitibus iecur,
iubente te uel uiuet.

* * *

a NVNT. Exemplum *in* ingens regia stirpe editum
Thebae pauentes arma fraterna inuocant
rogantque tectis arceas patriis faces.
non sunt minae, iam propius accessit malum.
a′ Nam regna repetens frater et pactas uices
in bella cunctos Graeciae populos agit,
septena muros castra thebanos premunt.
succurre, prohibe pariter et bellum et scelus.
b OEDIP. Ego ille sum qui scelera conmitti uetem
et abstineri sanguine a caro manus
doceam? magister iuris et amoris pii
ego sum? meorum exempla facinorum appetunt,
me nunc secuntur. laudo et agnosco libens.
exhortor, aliquid ut patre hoc dignum gerant.
b′ Agite o propago cara generosam indolem

---

313 aegae *E* || tranabit *A* transnabit *ER* || 315 soluens *EA corr.* *α* || 316 herculei *EV* herculeo *A* || 318 iubente te uel uiuet *Eψ* te uel *om.* *α* || *Continuatur scaena in E.* Nuntius edipus antigone *R10G* Nuncius antigone edippus *V* Nuncius edippus *R* Nuntius Oedipus Antigone Iocaste *α* || 320 ANT. exemplum ingens r. st. editum *E* exemplum ingens *Æ* regia stirpe edite (*om.* ex. ing.) *A* ex. in ingens *ci. Lips.* || 322 *an:* arceat? || 325 bella *corr. ex* bello *E*[1] || 327 nefas *A* scelus *E* || 331 facinorum exempla *A* ex. fac. *Æψε* || 334 clara *A* cara *E* ||

probate factis, gloriam ac laudes meas
superate et aliquid facite, propter quod patrem
adhuc iuuet uixisse. facietis scio:
sic estis orti. scelere defungi haut leui
haut usitato tanta nobilitas potest.
b Ferte arma. facibus petite penetrales deos
frugemque flamma metite natalis soli.
miscete cuncta, rapite in exitium omnia.
dissicite passim moenia, in planum date.
templis deos obruite, maculatos lares
conflate. ab imo tota considat domus.
b′ Vrbs concremetur. primus a thalamis meis
incipiat ignis.
Nunt. mitte uiolentum impetum
doloris ac te publica exorent mala
auctorque placidae liberis pacis ueni.
OEDIP. *quid me* modestae deditum menti senem
placidaeque amantem pacis ad partes uocas?
b Tumet animus ira, feruet inmensus dolor.
maiusque quam quod casus et iuuenum furor
conatur aliquid cupio. non satis est adhuc
ciuile bellum: frater in fratrem ruat.
nec hoc satis: quod debet, ut fiat nefas
de more nostro quod meos deceat toros:
b′ Date arma patri. — nemo me ex his eruat
siluis: latebo rupis exesae cauo
aut sepe densa corpus abstrusum tegam.
hinc aucupabor uerba rumoris uagi
et saeua fratrum bella quod possum audiam.
. . . .

340 penetriles *E* || 341 frigiamque flammam et eterias tali soli *E* frugemque flamma metite natalis soli *A* || 342 miscete *corr. ex* miscere *E*¹ || exilium *A* exitium ε || 347 ANT. mitte εα ANT. ante (ANT. *al.* ψ *om.*) ψ Nūncio. arce *R* NVNT. mitte *scripsi* || 350 uides modestae ω *corr. NHs.* || 352 immensum *A* immensus *ER* || 356 sat est *A* satis est *ER* satis *scripsi* (*an:* satist?) || 361 aucupabor *corr. ex* aucupauor *E*¹

L. ANNAEI SENECAE

PHOENISSARVM

FRAGMENTVM

PERSONAE

I IOCASTA
II ANTIGONE
POLINICES
III ETEOCLES
SATELLES

SCAENA THEBIS

IOCASTA. ANTIGONE. SATELLES. POLINICES.
ETEOCLES.

a IOC. Felix Agaue: facinus horrendum manu
qua fecerat gestauit *ut* spolium *caput*
cruenta nati Maenas in partes dati.
a′ Fecit scelus, sed misera non ultr*o* suo Fol. XXXXVI
sceleri occ*uc*urrit. hoc leue est quod sum nocens,
feci nocentes. hoc quoque etiamnunc leue est,
peperi nocentes.
b Derat aerumnis meis,
ut et hostem amarem. bruma ter posuit niues
et tertia iam falce decubuit Ceres,
ut exul errat gnatus et patria caret
profugusque regum auxilia graiorum rogat.
c Gener est Adrasti cuius imperio mare
quod cingit Isthmos regitur, hic gentes suas
septemque secum regna ad auxilium trahit
genero. quid optem quidue decernam, haut scio.
b′ Regnum reposcit. causa repetentis bona est,
mala sic petentis. uota quae faciam parens?
utr*i*mque natum uideo: nil possum pie

In codicibus Phoenissarum relliquiae cohaerent cum Oedipi fragmento. Continuatur scaena in A, nouam constituunt EÆR.

IOCASTA · SATELLES · POLINICES · EThEOCLES *E* Iocasta. Antigone. Nuncius *R* || 2 et sp. tulit *ω* ut sp. caput *scripsi. Cf. Oed. fr. u. 18* || 4 ultra *ω* ultro *ci. NHs.* || suum *A* suo *E* || 5 scelus hoc cucurrit *A* sceleri occurrit *E corr. NHs.* || 15 generi *A* genero *E t. I.Gr.* || 18 utrumque *ω corr. Bo.* ||

pietate salua facere, quodcumque alteri
optabo nato, fiet alterius malo.
c′ Sed utrumque quamuis diligam adfectu pari:
quo causa melior sorsque deterior trahit,
inclinat animus semper infirmo fauens.
miseros magis fortuna conciliat suis.
d SAT. Regina dum tu flebiles questus cies
terisque tempus, sa*e*ua nudatis adest
acies in armis, aera iam bellum cient
aquilaque pugnam signifer mota uocat.
septena reges bella dispositi parant,
animo pari cadmea progenies subit,
cursu citato miles hinc atque hinc ruit.
d′ Viden? atra nubes puluere abscondit diem
fumoque similes campus in caelum erig*i*t
nebulas, equestri fracta quas tellus pede
submittit et si uera metuentes uident,
infesta fulgent signa, subrectis adest
frons prima telis, aurea clarum nota
nomen ducum uexilla praescriptum ferunt.
e I redde amorem fratribus pacem omnibus
et inpia arma mater opposita impedi.
ANT. perge o parens et concita celerem gradum.
conpesce tela, fratribus ferrum excute,
nudum inter enses pectus infestos tene,
aut solue bellum mater aut prima excipe.
f IOC. Ibo ibo et armis obuium opponam caput,
stabo inter arma. petere qui fratrem uolet,
petat ante matrem. tela qui fuerit pius

---

25 SAT. *E* Nunt. *A* (*sic per totam scaenam*) || 26 tota *A* salua *E* saeua *ci. Gron.* || stetit *A* adest *E* || 30 animo *E* (o *2 m. in ras.*, a *eras.*?) || 32 uide ut *A* uiden ut *E* uiden? *Lachmannus* || abscondit *Eψ* abscondat *A* || 33 erigat *Aε* erigit *scripsi* || 34 uidentes *E* || 40 matris oppositu *A* mater opposita *ER* || *Noua scaena in A, continuatur in Eψ(Rg)* || Antigone. Iocasta. Nuncius *A* || 41 ANT. *R om. E* || perge o parens perge et concita cursu celerem gradum *E* p. o p. et conc. cel. g. *A* || 42 excute, i *α* || 43 i nudum *ψ* || 47 fuerit *A* fuerat *E* ||

rogante ponat matre, qui non est pius
incipiat a me. feruidos iuuenes anus
tenebo. nullum teste me fiet nefas
aut si aliquod et me teste committi potest
non fiet unum.
e′ ANT. Signa conlatis micant
uicina signis, clamor hostilis fremit.
scelus in propinquo est: occupa mater preces.
et ecce motos fletibus credas meis,
sic agmen armis segne conpositis uenit.
procedit acies tarda, sed properant duces.
f′ IOC. Quis me procellae turbine insano uehens
uolucer per auras uentus aetherias aget?
quae Sphinx uel atra nube subtexens diem
Stymphalis auidis praepetem pennis feret?
aut quae per altas aeris rapiet uias
Harpyia saeui regis obseruans famem
et inter acies proiciet raptam duas?
e″ SAT. Vadit furenti similis aut etiam furit.
sagitta qualis parthica uelox manu
excussa fertur, qualis insano ratis
premente uento rapitur aut qualis cadit
delapsa caelo stella, cum stringens polum
rectam citatis ignibus rumpit uiam: F. XXXXVII
f″ Attonita cursu fugit et binas statim
diduxit acies. uicta materna prece
haesere bella iamque in alternam necem
illinc et hinc miscere cupientes manus
librata dextra tela suspensa tenent.
paci fauetur, omnium ferrum iacet

---

51 si quod *A* si aliquot *E* || 52 ANT. *α om. E uerba* 'signa (52) — prope est' (54) *nuntio dat Swoboda* || 57 *nuntio tribuit Bo.* || 58 IOC. *om. E* || 65 atque etiam *A* aut etiam *εψ* || 69 delapso *E* || 72 deduxit *ψ* || 73 iamque *corr. m. 3 ex* omniaque || 75 uibrata tela continent dextra sua *A* uibrata dextra telasuspensa tenent *E* librata *NHs.* || 76 latet *A* iacet *E* ||

cessat*u*e tectum, uibrat in fratrum manu.
a Laniata canas mater ostendit comas,
rogat abnuentes, inrigat fletu genas.
negare matri qui diu dubitat, potest.

a IOC. In me arma et ignes uertite. in me omnis ruat
unam iuuentus quaeque ab inachio uenit
animosa muro quaeque thebana ferox
descendit arce. ciuis atque hostis simul
hunc petite uentrem qui dedit fratres uiro.
haec membra passim spargite ac diuellite:
ego utrumque peperi. ponitis ferrum ocius?
an dico et ex quo? dexteras matri date.
a′ Date dum piae sunt. error inuitos adhuc
fecit nocentes, omne fortunae fuit
peccantis in nos crimen: hoc primum nefas
inter scientes geritur. in uestra manu est
utrum uelitis. sancta si pietas placet,
donate matrem pace. si placuit scelus,
maius paratum est: media se opponit parens.
proinde bellum tollite aut belli moram.
a Sollicita cui nunc mater alterna prece
uerba admouebo? misera quem amplectar prius?
in utramque partem ducor adfectu pari.
hic afuit, sed pacta si fratrum ualent,
nunc alter aberit. ergo iam numquam duos
nisi sic uidebo? iunge conplexus prior

---

77 cessatque ω cessatue *NHs.* || telum *A* tectum *Eψ* || 80 *continuatur scaena in E nouam statuit A* || Iocasta. Polynices *A* || 82 una *ψ* || 84 descendit *A* disc. *E* || ciues atque hostes *E* ciuis a. hostis *A* || 86 mea *A* haec *E* || 88 an dico *ψ* ac d. *αε* || dextras matri date *ψ* dexteras lege (*ind. err.* matri) datis *α* dexteras matri date *E* || 91 in uos *A* in nos *εψ* || 94 donate matri pacem *ω* d. matrem pace *α* d. matri pacta *L. Mueller. coll. 122 sq.* || 96 proinde iam *E* iam *om. A* || 97 cui nunc sollicita mater *E* (soll. nunc cui m. *t.Gron.*) soll. cui nunc m. *A* cui soll. nunc. m. *ψ* || alternaprete *E* || 101 iam *om. RME* non *ci. Lips.* ||

qui tot labores totque perpessus mala
longo parentem fessus exilio uides.
a′ Accede propius. clude uagina inpium
ensem et trementem iamque cupientem excuti
hastam solo defige. maternum tuo
coire pectus pectori clipeus uetat:
hunc quoque repone. uinculo frontem exue
tegumenque capitis triste belligeri leua
et ora matri redde. quo uultus refers
acieque pauida fratris obseruas manum?
a″ Adfusa totum corpus amplexu tegam
tuo cruori per meum fiet uia.
quid dubius haeres? an times matris fidem?
POL. timeo: nihil iam iura naturae ualent.
post ista fratrum exempla ne matri quidem
fides habenda est.
IOC. redde iam capulo manum,
adstringe galeam, laeua se clipeo inserat,
dum frater exarmatur armatus mane.
b Tu pone ferrum causa qui ferri es prior.
si pacis odium est, furere si bello placet,
inducias te mater exiguas rogat,
ferat ut reuerso post fugam gnato oscula
uel prima uel suprema. dum pacem peto
audite inermes:
b′ Ille te tu illum times,
ego utrumque, sed pro utroque. . . . .
Et. . . . .
. . . .
. . . .
Ioc. quid strictum abnuis

---

103 tu qui tot *ψ* qui tot *E α* || 106 iam^{que} *E* || 111 uultu E || 113 *in marg. R* || 115 *post h. u. in E legitur u.* 118 *omisso tamen Ioc. nomine* || 118 Ioc. *α*, *om. ψ* || 119 Ioc. astringe *A* Ioc. *om. E* || ingerat *A* inserat *E t. I. Gr.* || 120 est armatus *α* exarmatur *E ME ψ* exarmetur *R* || 121 Ioc. *ψ om. E α* || es ferri *α* ferri es *Eψ* || 123 rogas *E* rogat *A* || 127 *post* utroque *desideratur Eteoclis oratio; lacunam significaui III uersuum* ||

recondere ensem?
b Qualibet gaude mora:
id gerere bellum cupitis in quo est optimum
uinci. uereris fratris infesti dolos?
quotiens necesse est fallere aut falli a suis,
patiare potius ipse quam facias scelus.
b′ Sed ne uerere: mater insidias et hinc
et rursus illinc abiget. exoro an patri
inuideo uestro? ueni ut arcerem nefas
an ut uiderem propius? — hic ferrum abdidit,
reclinis *a*sta*t*, arma defixa incubant. F. XXXVIII
b Ad te preces nunc gnate maternas feram,
sed ante lacrimas. teneo longo tempore
petita uotis ora. te profugum solo
patrio penates regis externi tegunt:
te maria tot diuersa, tot casus uagum
egere:
b Non te duxit in thalamos parens
comitata primos nec sua festas manu
ornauit aedes nec sua laetas faces
uitta reuinxit, dona non auro graues
gazas socer non arua non urbes dedit.
b′ Dotale bellum est. hostium es factus gener
patria remotus hospes alieni laris
externa consecutus expulsus tuis
sine crimine exul. ne quid e fatis tibi

---

137 recliuis (reclinis *R*) hastae et arma defixa incubant *A* reclinis hastae arma d. i. *E* reclinis astat a. d. incubans *ci. I.Gr.*, recl. astat, a. d. incubant *scripsi* || 142 te maria tot tam diuersa *E* tam *om. A* per maria tot tam uaria *ci. I.Gr.*, te amara *ci. Bo. fort.* te damna tot tam uaria || 144 letas *ψ* festa *E* festas *A* || 145 laetas faces E^2 *in ras.* || 146 auro et graues *A* auro *E* et *om. E t. I.Gr. et NHs. ψ* || 147 galeas *E* gazas *A* || arua *A* arma *Eψ* || urbes *ω* orbes *ci. R.P.* || 148 hostium est *E* h. es *A.* *uerba* dotale — est *Eteoclis esse putat Swoboda* || 150 meis *ci. Swob.*, *qui h. u. et* 151[a] *Polinici adsignat* || 151 nequid e *A* nequit de *E* ||

desset paternis, hoc quoque ex illis habes,
errasse thalamis.
b Gnate post multos mihi
remisse soles, gnate suspensae metus
et spes parentis, cuius adspectum deos
semper rogaui, cum tuus reditus mihi
tantum esset erepturus aduentu tuo
quantum daturus:
c Quando pro te desinam,
dixi, timere? [*dixit irridens deus:*
ipsum timebis.] nempe nisi bellum foret
ego te carerem, nempe si tu non fores
bello carerem. triste conspectus datur
pretium tui durumque, sed matri placet.
hinc modo recedant arma, dum nullum nefas
Mars saeuus audet. hoc quoque est magnum nefas
tam p r o p e fuisse.
c' Stupeo et exanguis tremo,
cum stare fratres hinc et hinc uideo duos
sceleris sub ictu, membra quassantur metu.
quam paene mater maius adspexi nefas,
quam quod miser uidere non potuit pater.
licet timore facinoris tanti uacem
uideamque iam nil tale, sum infelix tamen
quod p a e n e uidi.
d° Per decem mensum graues
uteri labores perque pietatem inclitae
precor sororis et per irati sibi
genas parentis scelere quas nullo nocens
erroris a se dura supplicia exigens
hausit: nefandas moenibus patriis faces
auerte, signa bellici retro agminis

153^{b} 154^{a} nate—soles *om. E* [*in marg. a 2 m. hoc signum:* x.] || 154 sollicitae *A* suspensae *E* || 156 serper *E* || 159^{b} 160^{a} *sustulit R.P.* || 162 carerem· triste *A* carerem patris te *E* c. a h! triste *ci. I.Gr.* || 174 pietate inclytas *A* pietatem inclitę *E* || 175 sorores *A* sororis *E* ||

fecit. [illegible] magna pars sceleris tamen
[illegible] peracta est.
[illegible] uidisti graues
campos repleri patria fulgentes acie
armis [illegible] equitum leui
[illegible] et excelsis uiros
uolitare [illegible], quae flagrantes trabes
fumare, cineri quae petunt nostras domus
fratresque — facinus quod nouum et Thebis fuit —
in se ruentes.
Totus hoc exercitus,
hoc populus utrimque omnis, hoc uidit soror,
genetrixque uidit: nam pater debet sibi
quod ista non spectauit. occurrat tibi
nunc Oedipus, quo iudice erroris quoque
poenae petuntur. ne precor ferro erue
patriam ac penates neue, quas regere expetis,
euerte Thebas.
Quis tenet mentem furor?
petendo patriam perdis? ut fiat tua,
uis esse nullam? quin tuae causae nocet
ipsum hoc quod armis uris infestis solum
segetesque adultas sternis et totos fugam
edis per agros: nemo sic uastat sua.
Quae corripi igne quae meti gladio iubes
aliena credis? rex sit e uobis uter
manente regno quaerite. haec telis petes
flammisque tecta? poteris has Amphionis
quassare moles? nulla quae struxit manus,

Quat. VI F. XXXXVIIII

186 petant *cl. NHs.* || 189 et populus omnis utramque hoc uidit soror *E* (hoc pop. omnis utrimque *t. NHs.*, hoc utrimque pop. omnis *t. Gron.*) et populus omnis et utraque hoc u. s. *A* hoc pop. utrimque omnis *L. Mueller.* || 190 uidi *cl. I. Gr.* || 191 *om.* ψ || 196 petendo patriam *Aε* (*cf. Tro. 268. Herc. II. 1863 Iuuen. sat. III. 232. Ouid. her. IX. 126*) || 198 uestris *uel* nostris ψ uertis α uris *E* || 199 adustas *A* adultas *E* || 205 quas ω quae

[*stridente tardum machina ducens onus.*
sed conuocatus uocis et citharae sono
per se ipse summas uenit in turres lapis?]
haec saxa franges? uictor hinc spolia auferes
uinctosque duces patris aequales tui?
e′ Matres ab ipso coniugum raptas sinu
saeuus catena miles inposita trahet?
ut adulta uirgo mixta captiuo gregi
thebana nuribus manus argolicis eat?
an et ipsa palmas uincta post tergum datas
mater triumphi praeda fraterni uehar?
f′ Potesne ciues laetus exitio datos
uidere passim? moenibus caris potes
hostem admouere? sanguine et flamma potes
inplere Thebas? tam ferus durum geris
saeuumque in iras pectus et nondum imperas:
quid sceptra facient? pone uesanos precor
animi tumores teque pietati refer.
g POL. Vt profugus errem semper? ut patria arcear
opemque gentis hospes externae sequar?
quid paterer aliud, si fefellissem fidem,
si peierassem? fraudis alienae dabo
poenas, at ille praemium scelerum feret?
iubes abire: matris imperio obsequor,
da quo reuertar. regia frater meus
habitet superba, parua me abscondat casa.
g′ Hanc da repulso. liceat exiguo lare
pensare regnum. coniugi donum datus,
arbitria thalami dura felicis feram

206—208 *sustuli ineptos in ore Iocastae et uitiose prolatos. cf. Herc. 262.3. Sil. XI. 447—9* || 208 turres u. in summas *A* summas u. in turres *E* turres excitans *ci. With.* || 211 ab ipso matres *ψ* matres ab ipso *α* matresque a. i. *E* || 212 tradet *E* trahet *A* || 213 ut *om. E* || 217 loeto et exitio *E* laetus exitio *A* || 220 ferum et durum *A* ferus durum *E* || 222 poene *E* || 228. 229 *inuerso ordine habet E* || 230 mea *A* meus *E* || 231 superbus *α* superba *Eψ* || 232 hancdare repulso *E* (hanc date r. *t. I.Gr.*) hanc da r. *A* repulsis *Bo. coll. 368* ||

humilisque socerum lixa dominantem sequar?
in seruitutem cadere de regno graue est.
IOC. si regna quaeris nec potest sceptro manus
uacare saeuo: multa quae possint peti
in orbe toto, quaelibet tellus dabit.
h Hinc nota Baccho Tmolus attollit iuga,
qua lata terris spatia frugiferis iacent
et qua trahens opulenta Pactolus uada
inundat auro rura. nec laetis minus
Maeandros aruis flectit errantes aquas
rapidusque campos fertiles He*rm*us secat.
h′ Hinc grata Cereri Gargara et diues solum
quod Xanthus ambit niuibus idaeis tumens,
hinc qua relinquit nomen ionii maris
faucesque Abydo Sestos opposita premit,
aut qua*e* latus iam propior orienti dedit
tutamque crebris portibus Lyciam uidet:
i° Haec regna ferro quaere, in hos populos ferat
socer arma fortis, has tuo sceptro paret
tradatque gentes. hoc adhuc regnum puta
tenere patrem. melius exilium est tibi
quam reditus iste: crimine alieno exulas,
tuo redibis. melius istis uiribus
noua regna nullo scelere maculata appetes.
h Quin ipse frater arma comitatus tua
tibi militabit. uade et id bellum gere
in quo pater materque pugnanti tibi
fauere possint. regna cum scelere omnibus
sunt exilis grauiora. nunc belli mala
propone dubias martis incerti uices.
h′ Licet omne tecum Graeciae robur trahas
licet arma longe miles ac late explicet

240 tota *E* || 245 hebrus ω *corr. Gron.* || 249 fauces abydi (abydos ψ) sestos oppositae *A* faucesque abydos estos opposita *E* || 250 qua ω quae *R.P.* (*scil. Rhodus ins.*) || propius *ci. Gron.* || 252 hic *ci. Gron.* hac *Bo.* || 254 paret sceptro tuo *A* tuo sc. p. *E* || 257 usus *A* istis *E* ||

fortuna belli semper ancipiti in loco est.
quodcumque Mars decernit: exaequat duos
licet inpares sint gladius et spes et metus
*f*ors caeca uersat. praemium incertum petis,
certum scelus.
k Fauisse fac uotis deos
omnes tuis: cessere et auersi fugam
petiere ciues, clade funesta iacens
obtexit agros miles. exultes licet
uictorque fratris spolia deiecti geras:
plangenda palma est.
k′ Quale tu hoc bellum putas,
in quo execrandum uictor admittit nefas
si gaudet? hunc quem uincere infelix cupis
cum uiceris, lugebis. infaustas age
dimitte pugnas, libera patriam metu,
luctu parentes.
k POL. Sceleris et fraudis suae
poenas nefandus frater ut nullas ferat?
IOC. ne metue: p o e n a s, et quidem soluet graues:
regnabit. est haec p o e n a. si dubitas, auo
patrique crede, Cadmus hoc dicet tibi
Cadmique proles.
k′ Sceptra Thebano fuit
i n p u n e nulli gerere, nec quisquam fide
rupta tenebit illa. iam numeres licet
fratrem inter istos.
Ete. numer*et,* est tanti mihi
cum regibus iacere. te turbae exulum
ascrib*e*.

267 t o r m e n t a belli *ci. Swob.* || 269 gladio *E* || 270 sors ω f o r s *NHs. cf. Verg. ecl. IX 5* || petit *A* petis εψ || 276 frangenda *A* plangenda *E t. I.Gr.* || id *A* hoc *E* || 281 *uerba* luctu — sçeleris et *om. E* || 284 haec est poena α hec pena est *R* est haec p. *E*ψ || thebarum *A* thebana *uel* thebano ψ thebano *E* || 288 tenebat *A* tenebit *E* numeres *corr. m. 2 ex* numeris *E* || 289 POL. numero et est ω ETE. numeret, est *B.Schm.* || 290 IOC. *A om. E* || te turbae *A* et urbi *E* || 291 ascribo *A* ascribi *E corr. NHs.* ||

Pol. Regna, dummodo inuisus tuis.
Ete. regnare non uult esse qui inuisus timet.
simul ista mundi conditor posuit deus
odium atque regnum. regis hoc magni reor
odia ipsa premere. multa dominantem uetat
amor suorum, plus in iratos licet.
Qui uult amari languida regnat manu.
Pol. inuisa numquam imperia retinentur diu.
Ete. praecepta melius imperi reges dabunt,
exilia tu dispone.
POL. pro regno uelim
patriam penates coniugem flammis dare.
imperia pretio quolibet constant bene.

* * *

---

291 POL. *om.* *ω* IŌC. regna *E* POL. regna *Bo.* ‖ 292 POL. regnare *ω* ETE. regnare *H. Grot.* ‖ 294 regis et *A* regis hoc *E unus ex Pall.* ‖ 295 ista *A* ipsa *E* ‖ 297 *hunc u. Iocastae adsignat A* regnet *A* regnat *Eψ* ‖ 298 IŌC. inuisa *Eψ* IOC. *om. A* POL. inuisa *Bo.* ‖ 299 POL. *E om. A* ETE. *Grot.* ‖ 300 oppone E dispone *A* POL. *A om. E* ‖ 301 IOC. patriam *E* IOC. *om. A* ‖ 302 POL. imp. *E* POL. *om. A* ‖ PHOENISSARVM TRAGOEDIA FINIT INCIPIT MEDEA *E* Marcı Lucıȷ Aneı Senece thebais tragedia tcia explicit feliciter die Iouis xvııj maij 1391: ~ *R*

L. ANNAEI SENECAE

PHAEDRA

PERSONAE

I PHAEDRA
II HIPPOLYTVS
THESEVS
III NVNTIVS
NVTRIX

CHORVS [CIVIVM ATHENIENSIVM]

SCAENA ATHENIS

HIPPOLYTVS.

a Ite umbrosas cingite siluas
summaque montis iuga cecropii.
celeri planta lustrate uagi
quae saxoso loca Parneth*i*
subiecta iacent,
quae thriasiis uallibus amnis
rapida currens uerberat unda.
scandite colles semper canos
niue riphaea.

a′ Hac hac alii qua nemus alta
texitur alno, qua prata iacent
quae rorifera mulcens aura
zephyrus uernas euocat herbas,
ubi per graciles leuis Ilissus,
ubi maeandr*o*s per inaequales
labitur agros piger et steriles
amne maligno radit harenas.

INCIPIT PHAEDRA LEGI·INNOCENTI FELICITER *E* PHAEDRA *ME* *cf. Prisc. p. 253* (*K*) HIPPOLYTVS *A*

In ME bis scriptus est primus actus. || 4 saxa solo carpaneto *A* saxoso loca parneto *R* saxosa loca parnetho *E corr. Scaliger* || 6 et quae thiasis *ψ* et quae thriasis *α* et *om. E t. I. Gr.*, tristis *E corr. I. Scoppa* || 14 ubi per glacies leuis Elissus *A* ubi per glaciles lenis illisus E^1 ,elis' E^3 *uersum om. ψ* per glareas *ci. Lips.*, par glacie *ci. Grot.* pergracilis *ci. Bo.*, *corr. Gron.* || 15 ubi Maeander super aequales *α* inaequales *ψ* *om. EME corr. M. Haupt.* || 16 ste^{ri}les *E* ||

b Vos qua Marathon tramite laeuo
saltus aperit,
qua comitatae gregibus paruis
nocturna petunt pabula foetae.
uos qua tepidis subditus austris
frigora mollit durus Acharn*eus*.

b′ Alius rupem dulcis Hymetti,
pa*tri*as alius calcet Aphidnas.
pars illa diu uacat inmunis
qua curuati litora ponti
Sunion urget.
si quem tangit gloria siluae,
uocat hunc Phly*e*us.
[*hic uersatur metus agricolis,* F. LXVII
uulnere multo iam notus aper]

c At uos laxas
canibus tacitis mittite habenas,
teneant acres lora Molossos
et pugnaces tendant Cretes
fortia trito uincula collo.

c′ At Spartanos,
genus est audax auidumque ferae,
nodo cautus propiore liga.
ueniet tempus
cum latratu caua saxa sonent.

c″ Nunc demissi nare sagaci
captent auras

---

18 quē arathon *E* || 21 ferae *A* fetae *E* || 24 acarnan *A* acharnan *E* *corr. Gron.* || 25 paruas *ω* *corr. NHs.* || athytnas *E* athimas *R* ephidnas *ψ* aphidnas *α* || 30 philipis *A* fluis *E* *corr. Gron.* || 30b—32a hic — aper *eiecit R.P.* || 35 cressae *A* cretes *Eψ* || 39 cautas *A* cautus sal. || 43 capient *E* ||

lustraque presso quaerant rostro
dum lux dubia est dum signa pedum 45
roscida tellus inpressa tenet.

d Alius raras
ceruice graui portare plagas,
alius teretes properet laqueos.
picta rubenti linea penna 50
uano cludat terrore feras. 51

d′ Tu graue dextra laeuaque simul 53
robur lato dirige ferro,
tu praecipites clamore feras 55
subsessor ages, tu iam uictor
curuo solues uiscera cultro.

e Ades en comiti diua uirago, 58
tibi uibretur missile telum 52
cuius regno pars terrarum 59
secreta uacat, 60
cuius certis petitur telis
fera quae gelidum potat Araxen
et quae stanti ludit in Istro.

e′ Tua gaetulos dextra leones,
tua Cretaeas sequitur ceruas, 65
nunc ueloces figis damas
leuiore manu.
tibi dant uariae pectora tigres,
tibi uillosi terga bisontes
latisque feri cornibus uri. 70

e″ Quicquid solis pascitur aruis,

---

48 rotare *ψ* || 52′ *post* 58 *collocauit R.P.* || libretur *A* uibretur *Eψ* || 65 cresseas *E* crissaeas *ci. Gron.* creteas *A* || 66 figit *E* ||

siue illud Arabs diuite silua
siue illud inops nouit Garamans,
siue ferocis iuga Pyrenes,
siue hyrcani celant saltus
uacuisque uagus Sarmata campis:
arcus metuit Diana tuos.

f Tua si gratus numina cultor
tulit in saltus:
retia uinctas tenuere feras
nulli laqueum rupere pedes.

f′ Fertur plaustro praeda gementi.
tum rostra canes sanguine multo
rubicunda gerunt repetitque casas
rustica longo turba triumpho.

f″ En diua faues,
signum arguti misere canes:
uocor in siluas. hac hac pergam
qua uia longum conpensat iter.

PHAEDRA. NVTRIX.

a O magna uasti Creta dominatrix freti
cuius per omne litus innumerae rates
tenuere pontum quicquid assyria tenus
tellure Nereus peruius rostris secat:
a′ Cur me in penates obsidem inuisos datam
hostique nuptam degere aetatem in malis

72 *post u.* 73 *habet A*, *recto ordine ER* || 74 siue *E in ras.* || 75 *ante* 74 *R* || 82 plaustra *α* plaustro *εψ* || trementi *A* gementi *ER* || 83 cum *A* tum *εψ* || 86 faue *εψ* fauet *ci. Delrio.* faues *α* || 89 iter PHAERA · NVTRIX · *E* || 93 peruium *A* peruius *E* || Nerea peruium *ci. NHs.* ||

lacrimisque cogis? profugus en coniunx abest
praestatque nuptae quam solet Theseus fidem.
b Fortis per altas inuii retro lacus F. LXVIII
uadit tenebras miles audacis proci
solio ut reuulsam regis inferni abstrahat,
pergit furoris socius. haud illum timor
pudor*ue* tenuit: stupra et inlicitos toros
Acheronte in imo quaerit Hippolyti pater.
b′ Sed maior alius incubat maestae dolor.
non me quies nocturna non altus sopor
soluere curis: alitur et crescit malum
et ardet intus qualis aetnaeo uapor
exundat antro. palladis telae uacant
et inter ipsas pensa labuntur manus.
c Non colere donis templa uotiuis libet,
non inter aras Atthidum mixtam chor*o*
iactare tacitis conscias sacris faces
nec adire castis precibus aut ritu pio
adiudicatae praesidem terrae deam:
iuuat excitatas consequi cursu feras
et rigida molli gaesa iaculari manu.
c′ Quo tendis anime? quid furens saltus amas?
fatale miserae matris agnosco malum.
peccare noster nouit in silvis amor.
genetrix tui me miseret: infando malo
correpta pecoris efferum saeui ducem
audax amasti. toruus inpatiens iugi
adulter ille ductor indomiti gregis.
d Sed amabat aliquid: quis meas miserae deus
aut quis iuuare Daedalus flammas queat?
non si ille remeet arte mopsopia potens
qui nostra caeca monstra conclusit domo,
promittat ullam casibus nostris opem.

---

98 specus *ci. NHs.* || 102 pudorque ω pudorue *Bo.* || 111 mistam choris *A* mixtam choros *E corr. Gron.* || 114 adiudicatam *A* adiudicatae ε*R* || 121 efferi saeuum *A* efferum saeui *E* || 125 leuare *ci. NHs.* || 127 condusit *E* || 128 promittet *ER* promittat *A* ||

d′ Stirpem perosa Solis inuisi Venus
per nos catenas uindicat Martis sui
suasque probris omne phoebeum genus
onerat nefandis. nulla minois levi
defuncta amore est, iungitur semper nefas.
e NVTR. Thesea coniunx clara progenies Iouis
nefanda casto pectore exturba ocius.
extingue flammas neue te dirae spei
praebe obsequentem. quisquis in primo obstitit
pepulitque amorem tutus ac uictor fuit,
qui blandiendo dulce nutriuit malum
sero recusat ferre quod subiit iugum.
e′ Nec me fugit quam durus et ueri insolens
ad recta flecti regius nolit tumor.
quemcunque dederit exitum casus feram:
fortem facit uicina libertas senem.
[*honesta primum est uelle nec labi uia,*
pudor est secundus nosse peccandi modum.]
quo misera pergis? quid domum infamem aggrauas
superasque matrem? maius est monstro nefas:
nam monstra fato, moribus scelera inputes.
e″ Si quod maritus supera non cernit loca
tutum esse facinus credis et uacuum metu:
erras. teneri crede lethaeo abditum
Thesea profundo et ferre perpetuam Styga:
quid ille lato maria qui regno premit
populisque reddit iura centenis pater?
latere tantum facinus occultum sinet?

---

129 perosam *E* || nemus *E*[1] *corr.* *E*[2] || 131 phoeb(e)um *E* || 141 uere *α* || 143 PHAE. quemc. *Aϵ*, PHAE. *dell. Delrio. Grut.* || 144 sortem — leuem *ci. Dn. Hs.* || 145 obstare *A* non ista *E corr. NHs. hunc et sequentem u. deleui, Delrio utrumque collocauit post u. 263 interposito u. 255* || 147 grauas *A* aggrauas *Eψ* || 148 maius es *ci. N. Hs.* || 152 tamen tu crede *A* teneri crede *Rϵ* || 153 profundo ferre *A* profundo et ferri *E* (ferre *t. Gr.*) stygem *A* styga *E* || 156 tacitum *ci. I. Gron.* ||

e''' Sagax parentum est cura. credamus tamen
astu doloque tegere nos tantum nefas:
quid ille rebus lumen infundens suum
matris parens? quid ille qui mundum quatit
uibrans corusca fulmen aetnaeum manu
sator deorum? credis hoc posse effici
inter uidentes omnia ut lateas auos?
f Sed ut secundus numinum abscondat fauor Fol. LXVIIII
coitus nefandos utque contingat stupro
negata magnis sceleribus semper fides:
quid poena praesens conscius mentis pauor
animusque culpa plenus et semet timens?
scelus aliqua tutum, nulla securum tulit.
f' Conpesce amoris inpii flammas precor
nefasque quod non ulla tellus barbara
conmisit umquam non uagi campis Getae
nec inhospitalis Taurus aut sparsus Scythes.
expelle facinus mente castifica horridum
memorque matris metue concubitus nouos.
f'' Miscere thalamos patris et gnati apparas
uteroque prolem capere confusam inpio?
perge et nefandis uerte naturam ignibus.
cur monstra cessant? aula cur fratris uacat?
prodigia totiens orbis insueta audiet,
natura totiens legibus cedet suis,
quotiens amabit Cressa?
g PH. quae memoras scio
uera esse nutrix, sed furor cogit sequi
peiora. uadit animus in praeceps sciens
remeatque frustra sana consilia appetens.
sic cum grauatam nauita aduersa ratem
propellit unda, cedit in uanum labor

---

160 quid ille quid ille *E* || 167 consciae noctis *A* consciae mentis ψ conscius mentis *EMER* || 172 uagus campis geta *A* uagi campis getae *ER Voss.* (campis *corr. ex* campus *R*) || 176 gnato *corr. 2 uel 3 m. ex* gnata *E* gnati *A* || 179 fratris *A* patris *E* ||

et uicta prono puppis aufertur uado.
quid ratio possit? uicit ac regnat furor
potensque tota mente dominatur deus.
g′ Hic uolucer omni pollet in terra *in*potens
laesumque flammis torret indomitis Iouem.
Gradiuus istas belliger sensit faces,
opifex trisulci fulminis sensit deus
et qui furentes semper aetnaeis iugis
uersat caminos igne tam paruo calet.
ipsumque Phoebum tela qui neruo regit,
figit sagitta certior missa puer
uolitatque caelo pariter et terris grauis.
h NVTR. Deum esse amorem turpis et uitio furens
finxit libido quoque liberior foret
titulum furori numinis falsi addidit.
gnatum per omnis scilicet terras uagum
Erycina mittit. ille per caelum uolans
proterua tenera tela molitur manu
regnumque tantum minimus e superis habet.
h′ Vana ista demens animus adsciuit sibi
Venerisque numen finxit atque arcus dei.
quisquis secundis rebus exultat nimis
fluitque luxu semper insolita appetit.
tunc illa magnae dira fortunae comes
subit libido: non placent suetae dapes
non tecta sani moris aut uilis *sin*us.
h″ Cur in penates rarius tenues subit

---

189 quod r. poscit *A* quid r. possit *E* || uincit *A* uicit *E* || 191 regnat *A* pollet *E t. Gr.* || potens *ω* nocens *ci. Gron.* impotens *ci. NHs.* || 192 ipsumque *A* lesumque *Eψ* || 194 trisulci *corr. m. 2 ex* trifulci *E* || 200 turpi seruitio fauens *ψ* turpiter uitio fauens *α* turpis et uitio furens *E* || 206 regnique *ci. N. Hs.* in superos *α* in superis *ψ* e superis *ER* || 210 appetens *A* appetit *ER* || 211 tunc illum *ψ* hunc illa *α* tunc illa *Eψ* || 213 ullis (ullus *t. Gr.*) cibus *E* uilis cibus *A* humilis *uel* uilis torus *ci. Gr.* uilis scyphus *ci. Bo. et Mitscherlich* tyrii sinus *ci. Withof.* uilis sinus *scripsi cum Bad.* ||

haec delicatas eligens pestis domos?
cur sancta paruis habitat in tectis Venus
mediumque sanos uulgus adfectus tenet
et se coercent modica? contra diuites
regnoque fulti plura quam fas est petunt?
quod non potest, uult posse qui nimium potest.
i Quid deceat alto praeditam solio uides:
metue ac uerere sceptra remeantis uiri.

a PH. Amoris in me maximum regnum puto
reditusque nullos metuo: non umquam amplius
conuexa tetigit supera qui mersus semel
adiit silentem nocte perpetua domum.
a′ NVTR. Ne crede Diti. clauserit regnum licet
canisque diras stygius obseruet fores:
solus negatas inuenit Theseus uias. Fol. LXX
PH. ueniam ille amori forsitan nostro dabit.
b NVTR. Inmitis etiam coniugi castae fuit:
experta saeuam est barbara Antiope manum.
sed posse flecti coniugem iratum puta:
quis huius animum flectet intractabilem?
exosus omne feminae nomen fugit,
inmitis annos caelibi uitae dicat,
conubia uitat: genus amazonium scias.
b′ PH. Hunc in niuosi collis haerentem iugis
et aspera agili saxa calcantem pede
sequi per alta nemora per montes placet.
NVTR. resistet ille seque mulcendum dabit
castosque ritus uenere non casta exuet?
tibi ponet odium cuius odio forsitan
persequitur omnes?
PH. precibus haud uinci potest?

---

218 etsecoernent *E* || 223 fero *A* puto *ER* (*sed add. ead. m. in R:* l' fero) || 227 ditis clauserit *A* diti clauserit *E* (cluserit *t. Gr.*) || 241 NVT. *A om. E hunc et sequ. u. Phaedrae adsignandos censuit Lips.* || 243 NVT. tibiponet *E* NVT. *om. A* || 244 PH. precibus *A* PH. *om. E* ||

c NVTR. Ferus est.
PH. amore didicimus uinci feros.
c′ NVTR. fugiet.
PH. per ipsa maria si fugiat sequar.
c NVTR. patris memento.
PH. meminimus matris simul.
c′ NVTR. genus omne profugit.
PH. paelicis careo metu.
c NVTR. aderit maritus ...
PH. nempe Perithoi comes.
c′ NVTR. aderitque genitor.
PH. mitis Ariadnae pater.
a NVTR. Per has senectae splendidas supplex comas
fessumque curis pectus et *r*ara ubera
precor furorem siste teque ipsa adiuua.
pars sanitatis uelle sanari fuit.
d PH. Non omnis animo cessit ingenuo pudor:
paremus altrix. qui regi non uult amor
uincatur. haud te fama maculari sinam.
haec sola ratio est unicum effugium mali:
uirum sequamur morte praeuertam nefas.
NVTR. moderare alumna mentis effrenae impetus,
animos coerce. dignam ob hoc uita reor
quod esse temet autumas dignam nece.
d′ PH. Decreta mors est: quaeritur fati genus.
laqueone uitam finiam an ferro incubem
an missa praeceps arce palladia cadam?
pro castitatis uindice armemus manum.

245 PHAE. ferus est *E* NVT. ferus est *A* || PHAE. amore *A* PH. *om.* *E* || 249 perithoy *E* pirithoi *A* || 251 splendida *E* || 252 cara *ω* rara *scripsi* || 253 ipsam *A* ipsa *E* || 254 parsanitatis *E* || 255 ingenio *E* || 261 ultra *E* uita *A* || 263 PHAE. *om.* *α* || 266 proin castitatis *E* NVT. pro castitatis *A* uindicem *Aϵ* procacitatis *ci.* *Scaliger* pro castitatis uindice *ci.* *Bo.* *post u. 271 reponendum esse hunc uersum Gron. censuit. deest totus uersus in V* ||

NVTR. sic tę senectus nostra praecipiti sinat
perire leto? siste furibundum impetum.
[*haud quisquam ad uitam facile reuocari potest.*]
PH. prohibere nulla ratio periturum potest
ubi qui mori constituit et debet mori.
a′ NVTR. Solamen annis unicum fessis hera,
si tam proteruus incubat menti furor:
contemne famam. fama uix uero fauet
peius merenti melior et peior bono.

e Temptemus animum tristem et intractabilem.
meus iste labor est aggredi iuuenem ferum
mentemque saeuam flectere inmitis uiri.

CHORUS. CRESSAE.

a Diua non miti generata ponto
quam uocat matrem geminus Cupido
inpotens flammis simul et sagittis
. . . .

b Iste lasciuus puer et renidens
tela quam certo moderatur arcu.
[*labitur totas furor in medullas*
igne furtiuo populante uenas.]
non habet latum data plaga frontem,
sed uorat tectas penitus medullas.

---

267 NVT. *om.* *α* || sic te *A* sicte *E* si te *ψ* || sinet *A* sinat *εψ* || 269 haud quisquam ad uitam facile reuocari potest *EG Voss.* (*sed in G legitur post u. 266*), *totum uersum om. A* PH. haud quisquam ad auram f. r. p. *ci. Bad. uersum in suspitionem uocauit Scaliger. deleui* || 271 quis *A* qui *E* || CHORVS *A* CHORUS · CRESSAE *E* || 281 *lacunam 1 u. statuit R. P.* || 282 acre nitens *A* et renidens *E Voss.* || 283 iaculatur *A* moderatur *E* || 284. 285 *in marg. leguntur VR14, uncis inclusi cum Bo. cf. u. 642* ||

b′ Nulla pax isti puero: per orbem
spargit effusas agilis sagittas. F. LXXI
quaeque nascentem uidet ora solem 290
quaeque ad hesperias iacet ora metas:
[*si qua feruenti subiecta cancro est*,
si qua parrhasiae glacialis ursae
semper errantes patitur colonos]

c Nouit hos aestus. iuuenum feroces 295
concitat flammas senibusque fessis
rursus extinctos reuocat calores,
uirginum ignoto ferit igne pectus
et iubet caelo superos relicto
uultibus falsis habitare terras. 300
induit formas quotiens minores 304
ipse qui caelum nebulasque ducit. 305

c′ Candidas ales modo mouit alas
dulcior uocem moriente cygno
fronte nunc torua petulans iuuencus
uirginum strauit sua terga ludo
perque fraternos noua regna fluctus 310
ungula lentos imitante remos
pectore aduerso domuit profundum
pro sua uector timidus rapina. 313

d^{0} Thessali Phoebus pecoris magister 301
egit armentum positoque plectro 302
inpari tauros calamo uocauit. 303
. . . .

c Arsit obscuri dea clara mundi 314
nocte deserta nitidosque fratri 315

291 hesperias *E* extremas *ct. R.P.* occasus *A* metas *EM̸E* seros *A* || 292 parrhasiae *EM̸E* maioris *A* || 291—93 *sustuli cum R.P.* || 301—303 *post* u. 313 *reuocauit constituta post* 303 *unius u. lacuna R.P.* || 305 fecit *E* ducit *A* || 307 uoce *E* || 310 mala *A* noua *EM̸Eψ* ||

tradidit currus aliter regendos:
ille nocturnas agitare bigas
discit et gyro breuiore flecti.
nec suum tempus tenuere noctes
et dies tardo remeauit ortu
dum tremunt axes grauiore curru.

c′ Gnatus Alcmena posuit pharetras
et minax uasti spolium leonis
passus aptari digitis zmaragdos
et dari legem rudibus capillis.
crura distincto religauit auro
luteo plantas cohibente socco
et manu clauam modo qua gerebat,
fila deduxit properante fuso.

α Vidit Persis
ditique ferox Lydia regno
deiecta feri terga leonis
*cuius*que umeris
sederat alti regia caeli
tenuem tyrio stamine pallam.

β Sacer est ignis, credite laesis,
nimiumque potens.
qua terra salo cingitur alto
quaque aetherio
candida mundo sidera currunt:

β′ Hac regna tenet puer inmitis

322 pharetram *α* pharetras *Eψ* || 328 clauam *corr. a pr. m. ex* dauam *E* || 330 uidit perses *A* uidi persis *E* || ditisque *A* ditique *E* || ferax *AE* ferox *Bo.* || 331 regni deiecta *A* regno reiecta *E* || 333 humerisque quibus *ω* cuiusque umeris *ci. R. P. coll. Herc. 465* || 336 laesis *A* laesi *E* || 338 mari *A* salo ε || 339 quaque per ipsum *EM* quaque ethereo *A* quaque hesperio *ci. R.P.* || 340 mundum *EM* mundo *A* || 341 haec *A*ε hic *Valckenarius* hac *Bo.* || pueri *α* ||

spicula cuius
sentit in imis peruius undis
rex Nereïdum.
flammamque nequit releuare mari.

γ Ignes sentit genus aligerum.
uenere instinctus suscipit audax
grege pro toto bella iuuencus
si coniugio timuere suo
poscunt timidi proelia cerui.

γ′ En mugitu dant concepti
signa furoris. tunc uirgatas
India tigres decolor horret,
tunc uulnificos acuit dentes
aper et toto est spumeus ore.

δ Amat insani belua ponti 359
lucaeque boues. 360
poeni quatiunt colla leones 356
cum mouit amor. 357
tunc silua gemit murmure saeuo. 358

δ′ Vindicat omnes natura sibi, 361
nihil immune est. [*odiumque perit*] 362
ueteres cedunt ignibus irae, 364
cum iussit amor. [*quid plura canam*] 363

343 cerulus undis grex *A* peruius undis rex *E* || 345 eleuare *α* leuare *ψ* relauare *R* releuare ϵ || 347 instincti *A* instinctus *E* quam magna gerunt *A* || suscipit audax *E* | 348 iuuenci *A* iuuencus *E* || *post h. u. inserunt VR haec:* Regina cecis et quis (coquis *R*) est flâmis | agreste placa uirginis (uirgini *R*) numen dee (deest *R*). *In sin. marg. R legitur:* Vacat, *uterque uersus recurrit in R post u. 405* | 351 et *A*ϵ en *scripsi* || mugitus *A* mugitu ϵ || 353 inclia *E* || 359. 360 (amat — boues) *huc reuocauit R.P.* || 362 *uerba* odiumque perit *del. R.P.* || 363 *uerba* quid plura canam *om. E* || *post u. 364 noua scaena in A* PHAEDRA NVTRIX HIPPOLYTVS (HIP. *om. ψ*) ||

uincit saeuas cura nouercas.
Altrix profare quid feras? quonam in loco est
regina? saeuis ecquis est flammis modus?

NVTRIX. PHAEDRA. CHORVS.

a Spes nulla tantum posse leniri malum
finisque flammis nullus insanis erit.
torretur aestu tacito et inclusus quoque
quamuis tegatur proditur uultu furor:
erumpit oculis ignis et lassae genae
lucem recusant. nihil idem dubiae placet
artusque uarie iactat incertus dolor.
b Nunc ut soluto labitur moriens gradu
et uix labante sustinet collo caput,
nunc se quieti reddit et somni inmemor
noctem querelis ducit. attolli iubet
iterumque poni corpus et solui comas,
rursusque fingi. semper inpatiens sui
mutatur habitus. nulla iam Cereris subit
cura aut salutis. uadit incerto pede
iam uiribus defecta. non idem uigor
non ora tingens ni*ue*a purpureus rubor:
b′ Populatur artus cura, iam gressus tremunt
tenerque nitidi corporis cecidit decor
et qui ferebant signa phoebeae facis
oculi nihil gentile nec patrium micant.
lacrimae cadunt per ora et assiduo genae
rore inrigantur qualiter Tauri iugis
tepido madescunt imbre percussae niues.
sed en patescunt regiae fastigia.

---

367 regina saeuis et quis ĕ flammis modus *E uersus hoc loco omissus legitur in A post u. 412* (sepone —) *Vide ad u. 348* || *post u. 367 noua scaena in EG* NVTRIX. PHAEDRA. CHORVS. *E* phedra. nutrix. ypolitus *G* || 368 lenire *E* || 372 lapsae *α* lassae *Eψ* || 377 nec se *α* || 383 defoeta *α* || 384 nitida *ω* niuea *Markland* || 387 tenebant *A* ferebant *E* || 391 perfusae *A* percussae *E* |

reclinis ipsa sedis auratae toro
solitos amictus mente non sana abnuit.
b″ PH. Remouete famulae purpura atque auro inlitas
uestes. procul sit muricis tyrii rubor,
[*quae fila ramis ultimi Seres legunt*]
breuis expeditos zona constringat sinus.
ceruix monili uacua nec niueus lapis
deducat auris indici donum maris.
odore crinis sparsus assyrio uacet:
sic temere iactae colla perfundant comae
umerosque summos, cursibus motae citis
uentos sequantur. laeua se pharetrae dabit:
hastile uibret dextra thessalicum manus.
[*Talis seueri mater Hippolyti fuit.*]
a′ Qualis relictis frigidi ponti plagis
egit cateruas atticum pulsans solum
Tanaitis aut Maeotis et nodo comas
coegit emisitque lunata latus
protecta pelta: talis in siluas ferar.
CHOR. sepone questus: non leuat miseros dolor,
agreste placa uirginis numen deae.

HIPPOLYTVS. NVTRIX.

a NVT. Regina nemorum sola quae montes colis
et una solis montibus coleris dea,
conuerte tristes omnium in melius minas.
b O magna siluas inter et lucos dea

395 purpuram *A* purpura *ψ* purpuraatque *corr. ex* purpuraetque E^1 || 397 *del. R.P.* || 400 diducat *α* || 406 talis relicti *ci. Grot.* qualis *ci. Valckenarius. uersum sustuli cum NHs.* || 409 tanatois (*al.* tanatris *uel* tanais) aut meotis (*al.* metois) *ψ* aut tanais aut maeotis *α* tanais alti aut maeotis *E* tanaitis aut maeotis *cod. Vossianus* || 411 proiecta *ci. I. Gron.* || 412 CHORVS *E* NVT. *A* || depone *A* sepone ϵ *post hunc u. in A legitur u. 367* || *post 413* HYPPOLITVS NVTRIX *E* Nutrix Ypolitus *ψ personarum notae desunt in α* || 417 inter educos *E* ||

clarumque caeli sidus et noctis decus
cuius relucet mundus alterna uice,
Hecate triformis en ades coeptis fauens.
animum rigentem tristis Hippolyti doma.
amare discat mutuos ignes ferat
det facilis aures. mitiga pectus ferum.
b′ Inuerte mentem, toruus auersus ferox Quat. VIII
in iura Veneris redeat. huc uires tuas F. LXXII
intende. sic te lucidi uultus ferant
et nube rupta cornibus puris eas,
sic te regentem frena nocturni aetheris
detrahere numquam thessali cantus queant
nullusque de te gloriam pastor ferat.
c Ades inuocata. iam fauet uotis dea:
ipsum intuor solemne uenerantem sacrum
nullo latus comitante. quid dubitas? dedit
tempus locumque casus: utendum artibus.
c′ Trepidamus? haud est facile mandatum scelus
audere, uerum iusta qui reges timet
deponat, omne pellat ex animo decus:
malus est minister regii imperii pudor.
d HIPP. Quid huc seniles fessa moliris gradus
o fida nutrix turbidam frontem gerens
et maesta uultus? sospes est certe parens
sospesque Phaedra stirpis et geminae iugum.
d′ NVTR. Metus remitte: prospero regnum in statu est
domusque florens sorte felici uiget.
sed tu beatis mitior rebus ueni:
namque anxiam me cura sollicitat tui.
[*quod te ipse poenis grauibus infestus domas.*]
e Quem fata cogunt ille cum uenia est miser,

419 face *A* uice *E* || 420 aenades *E* (an ades *t. Hs.* || 422 *legitur in E post u. 423* || 424 innecte $\epsilon\psi$ inuerte *A* || 431 faue *E*[1] faues α fauet $E^3\psi$ || 436 iussa qui regis timet || 437 deponat omne et pellat e. a. d. *ci. NHs.* || 446 anxiame *E* || 447 domas *E Vossianus* grauas *A uersum damnauit Scaliger* || 448 hic quidem uiuat miser *A E*[3] *ad marg.* ille cum uenia est miser *E* ||

at si quis ultro se malis offert uolens
seque ipse torquet, perdere est dignus bona
quis nescit uti. potius annorum memor
mentem relaxa: noctibus festis facem
attolle, curas Bacchus exoneret graues,
aetate fruere: mobili cursu fugit.
e′ Nunc facile pectus grata nunc iuueni Venus:
exultet animus. cur toro uiduo iaces?
tristem iuuentam solue, nunc cursus rape
effunde habenas optimos uitae dies
effluere prohibe. propria descripsit deus
officia et aeuum per suos duxit gradus.
laetitia iuuenem, frons decet tristis senem.
e″ Quid te coherces et necas rectam indolem?
seges illa magnum fenus agricolae dabit
quaecumque laetis tenera luxuriat satis
arborque celso uertice euincet nemus
quam non maligna caedit aut resecat manus.
ingenia melius recta se in laudes ferunt
si nobilem animum uegeta libertas alit.
f Truculentus et siluester ac uitae inscius
tristem iuuentum Venere deserta colis.
hoc esse munus credis indictum uiris,
ut dura tolerent cursibus domitent equos
et saeua bella Marte sanguineo gerant?
g Excedat agedum rebus humanis Venus
quae supplet ac restituit exhaustum genus:
orbis iacebit squalido turpis situ,
uacuum sine ullis classibus stabit mare
alesque caelo derit et siluis fera
solis et aër peruius uentis erit.

---

449 anti E^1 at si E^3 || 452 montibus *A* noctibus *EME* || 457 luxus *A* lusus *ψ* cursus *E* (*sps. a 3 m.:* ,at lusus) || 460 ducit *α* duxit *Eψ* || 462 coherc&s *E* || 465 euincit *A* euincet *E* || 469 e uitae *A* ac uitae *E* || 470 coles *E* || 474—476 *post u. 484 relegaui auctore R.P.* || 478 restituit *E* || humanum *A* exhaustum ϵ ||

f′ Quam uaria leti genera mortalem trahunt
carpuntque turbam, pontus et ferrum et doli.
prouidit ille maximus mundi parens
cum tam rapaces cerneret fati manus,
ut damna semper subole repararet noua.
g′ Sed fata credas desse: sic atram styga
iam petimus ultro. caelibem uitam probet
sterilis iuuentus: hoc erit quicquid uides
unius aeui turba et in semet ruet.
proinde uitae sequere naturam ducem:
urbem frequenta ciuium coetus cole.
h° HIPP. Non alia magis est libera et uitio carens F. LXXIIII
ritusque melius uita quae priscos colat,
quam quae relictis moenibus siluas amat.
i Non illum auarae mentis inflammat furor
qui se dicauit montium insontem iugis,
non aura populi et uulgus infidum bonis
non pestilens inuidia non fragilis fauor.
i′ Non ille regno seruit aut regno inminens
uanos honores sequitur aut fluxas opes
spei metusque liber. haud illum niger
edaxque liuor dente degeneri petit.
k Nec scelera populos inter atque urbes *sa*ta
nouit nec omnes conscius strepitus pauet
aut uerba fingit. mille non quaerit tegi
diues columnis nec trabes multo insolens
suffigit auro. non cruor largus pias
inundat aras fruge nec sparsi sacra
centena niuei colla summittunt boues.
k′ Sed rure uacuo potitur et aperto aethere
innocuus errat. Callidas tantum feris
struxisse fraudes nouit et fessus graui

---

475 minas *A* manus *E* || 476 sobole *corr. ex* subole E^1 || 490 cͦetus *E* || 493 quamque *E* || 498 imminet *A* imminens ϵ || 499 uanosque *α* || 502 inter atque *E* (*litt.* erat *scr. m. 2. in ras.*) || sita *ω* s a t a *NHs.* || 504 haud *A* aut *E* || 506 suffingit *α* sufficit *E* suffigit *ψ* ,*unus cod.* suffulcit' *Bad.* || 507 sparsa *α* (*corr. in ind. err.*) ||

labore niueo corpus Elisso fouet.
nunc ille ripam celeris Alphei legit
nunc nemoris alti densa metatur loca
ubi Lerna puro gelida perlucet uado.
k Sedesque mutat: hinc aues querulae fremunt
ramique uentis lene percussi tremunt
ueteresque fagi. iuuit aut amnis uagi
pressisse ripas caespite aut nudo leues
duxisse somnos, siue fons largus citas
defundit undas siue per flores nouos
fugiente dulcis murmurat riuo sonus.
k′ Excussa siluis poma compescunt famem
et fraga paruis uulsa dumetis cibos
faciles ministrant. regios luxus procul
est impetus fugisse. sollicito bibunt
auro superbi: quam iuuat nuda manu
captasse fontem. certior somnus premit
secura duro membra uersantem toro.
l Non in recessu furta et obscuro improbus
quaerit cubili seque multiplici timens
domo recondit aethera ac lucem petit
et teste caelo uiuit. hoc equidem reor
uixisse ritu prima quos mixtos deis
profudit aetas. nullus his auri fuit
caecus cupido. nullus in campo sacer
diuisit agros arbiter populis lapis.
m Nondum secabant credulae pontum rates:
sua quisque norat maria. non uasto aggere
crebraque turre cinxerant urbes latus.

---

512 uiuo *ci. Rutgersius* || ilysso *A* eliso *E* || 513 aleet *E* || 514 metitur *A* metatur εψ || 516 sedemque *A* sedesque *E* || hic *A* hinc *E* || 517 platanique *uel* ornique *uel* alnique u. l. percussae *ci. NHs.* Rhamnique *ci. Bo.* || 518 iuuat *A* iuuit ε || aut ψ *(et α in ind. err.)* et α hic ψ || 521 diffundit *A* defundit *EMEψ* || 526 bibant α bibunt *Eψ* || 529 uersantur *AME* uersantem ε || 530 secessu ψ recessu (n) αε || obscura *E* obscuro *A* || 540 cinxerat *E* latus *MEψ*ε lacus α ||

non arma saeua miles aptabat manu
nec torta clausas fregerat saxo graui
ballista portas. iussa nec dominum pati
iuncto ferebat terra seruitium boue:
sed arua per se foeta poscentes nihil
pauere gentes, silua natiuas opes
et opaca dederant antra natiuas domos.
m′ Rupere foedus inpius lucri furor
et ira praeceps quaeque succensas agit
libido mentes, uenit imperii sitis
cruenta, factus praeda maiori minor,
pro iure uires esse. tum primum manu
bellare nuda. saxaque et ramos rudes
uertere in arma. non erat gracili leuis
armata ferro cornus, aut longo latus
mucrone cingens ensis, aut crista procul
galeae comantes: tela faciebat dolor. F. LXXV
l′ Inuenit artes bellicus Mauors nouas
et mille formas mortis. hinc terras cruor
infecit omnis fusus et rubuit mare.
tum scelera dempto fine per cunctas domos
iere, nullum caruit exemplo nefas.
a fratre frater, dextera gnati parens
cecidit, maritus coniugis ferro iacet
perimuntque fetus inpiae matres suos.
[*Taceo nouercas. mitius nihil est feris.*]
n Sed dux malorum femina. haec scelerum artifex
obsedit animos, huius incestis stupris
fumant tot urbes bella tot gentes gerunt

---

545 ser arua E^1 *corr.* E^2 || 547 dederunt *ci. NHs.* || 549 precesp *E* || 551 cruentum facinus preda *ψ* || 553 sexaque *α* || 556 aut cristae caput *A* aut triste caput *ψ* aut crista procul *E* || 557 dolor *ω* dolus *ci. Stephani. fortasse scribendum:* tela faciebat locus *(i. e. occasio)* || 566 mitior mens est feris *ci. Scaliger. eieci uersum. cf. Ou. her. X. 1* || 568 et *A* hec *E* || 568 huius incesti *E* cuius incestae *A* incestis *I. Gr.* ||

*e*uersa ab imo regna tot populos premunt.
sileantur aliae: sola coniunx Aegei
Medea reddet feminas dirum genus.
o NVTR. Cur omnium fit culpa paucarum scelus?
HIPP. detestor omnis horreo fugio execror.
sit †atio sit natura sit durus furor,
odisse placuit. ignibus iunges aquas
et amica ratibus ante promittit uada
incerta Syrtis, ante ab extremo sinu
hesperia Tethys lucidum attollet diem
et ora damis blanda praebebunt lupi,
quam uictus animum feminae mitem geram.
n' NVTR. Saepe obstinatis induit frenos amor
et odia mutat. regna materna adspice:
illae feroces sentiunt Veneris iugum,
testaris istud unicus gentis puer.
HIPP. solamen unum matris amissae fero
odisse quod iam feminas omnes licet.
o' NVTR. Vt dura cautes undique intractabilis
resistit undis et lacessentes aquas
longe remittit, uerba sic spernit mea.
sed Phaedra praeceps graditur inpatiens morae.
quo se dabit fortuna? quo uerget furor?
terrae repente corpus exanimum accidit
et ora morti similis obduxit color.
attolle uultus, dimoue uocis moras:
tuus en alumna temet Hippolytus tenet.

PHAEDRA ET IDEM.

a Quis me dolori reddit atque aestus graues

---

570 et uersa *ω* (et uersa *R*) euersa *scripsi* || 572 reddet *Eψ* reddit *α* || 573 cur *corr. ex* cor E^1 || 582 NVT. E^3 || 585 genitus *A* gentis *E* || 590 *in E abstersus est una cum scholiis nisi quod* l *et* g *litterae* (*uocis* longe) *relictae sunt* || 592 quouergit *E* quo uerget *A* || 593 repente terrae *A* terrae repente *E* || cadit *A* accidit *E* || PHAEDRA ET IDEM *E* PHAEDRA · HIPPOLYTVS · NVTRIX *A* ||

reponit animo? quam bene excideram mihi. —
HIPP. cur dulce munus redditae lucis fugis?
PH. aude anime tempta. perage mandatum tuum.
intrepida constent uerba: qui timide rogat
docet negare.
a′ Magna pars sceleris mei
olim peracta est: serus est nobis pudor:
amauimus nefanda: si coepta exsequor,
forsan iugali crimen abscondam face.
honesta quaedam scelera successus facit.
a″ En incipe anime. — commodes paulum precor
secretus aures. si quis est abeat comes.
HIPP. en locus ab omni liber arbitrio uacat.
PH. sed ora coeptis transitum uerbis negant.
uis magna uocem emittit at maior tenet.
b Vos testor omnes caelites, hoc quod uolo —
[*me nolle*]
HIPP. animusne cupiens aliquid effari nequit?
PH. curae leues loquuntur ingentes stupent.
HIPP. conmitte curas auribus mater meis.
b′ PH. Matris superbum est nomen et nimium potens,
nostros humilius nomen affectus decet.
me uel sororem Hippolyte uel famulam uoca
famulamque potius: omne seruitium feram.
c Non me per altas ire si iubeas niues
pigeat gelatis ingredi Pindi iugis, F. LXXVI
non si per ignes ire et infesta agmina
cuncter paratis ensibus pectus dare.
mandata recipe sceptra, me famulam accipe:
[*Te imperia regere, me decet iussa exsequi.*]
c′ Muliebre non est regna tutari u*ir*um
tu qui iuuentae flore primaeuo uiges

---

599 YPP. *Eψ om. A* || 600 PHAED. *Eψ om. A* || 606 non ista *E* honesta *A* || 608 secretas *E* || 611 et *Eψ* at *α* || 613 me nolle *EME duo Pall. ψ om. A* || 626 *del. R.P.* || 627 tutari patris *A* tutare urbium *EMEψ* tutari uirum *uir doctus adscripsit codici Vossiano* ||

ciues paterno fortis imperio rege.
sinu receptam supplicem ac seruam tege.
miserere uiduae. HIPP. summus hoc omen deus
auertat.
c Aderit sospes actutum parens.
PH. regni tenacis dominus et tacitae Stygis
nullam relictos fecit ad superos uiam.
thalami remittet ille raptorem sui?
nisi forte amori placidus et Pluton sedet.
c′ HIPP. Illum quidem aequi caelites reducem dabunt.
sed dum tenebit uota in incerto deus:
pietate caros debita fratres colam
et te merebor esse ne uiduam putes
ac tibi parentis ipse supplebo locum.
c PH. O spes amantum credula. o fallax amor.
satisne dixi? precibus admotis agam. —
miserere. tacitae mentis exaudi preces.
libet loqui pigetque. HIPP. quodnam istud malum est?
PH. quod in nouercam cadere uix credas malum.
c′ HIPP. Ambigua uoce uerba perplexa iacis:
effare aperte. PH. pectus insanum uapor
amorque torret. intimis fer*u*it ferus
[*penitus medullas, atque per uenas meat*]
uisceribus ignis mersus et uen*a*s latens
ut agilis altas flamma percurrit trabes.
d HIPP. Amore nempe Thesei casto furis?
PH. Hippolyte sic est: Thesei uultus amo
illos priores quos tulit quondam puer,

---

632 actutum *Aϵ* at tutus *V* (*an:* ac tutus?) || 636 sedet *corr. a 1 m. ex* series *ut uidetur E* || 640 tuebor *A* merebor *E* || 641 hac *ci. NHs.* || 643 dixit *A* dixi *E* || 647 perplexe *A* perplexa *EV* || 649 amorque torret *corr. a 2 m. ex* amore torret *E* ardorque *ci. Burmann* || intimis ferit ferus E^1, *sic corr. a m.* 2: intima ferit ferus uorat. intimas saeuus uorat *A* intimis saeuit ferus *ci. Gron.* feruit f. *ci. R.P.* || 650 penitus medullas atque per uenas meat *A om. E eiecit Gron.* || 651 uenis *Aϵ* uenus *R* membris *ci. Grotius* fibris *NHs.* neruis *Bad.* uenas *Bo.* ||

cum prima puras barba signaret genas
monstrique caecam gnosii uidit domum
et longa curua fila collegit uia.
d′ Quis tum ille fulsit. presserant uittae comam,
et ora flauus tenera tinguebat pudor.
inerant lacertis mollibus fortes tori
tuae*q*ue Phoebes uultus aut Phoebi mei
tuus*u*e potius. talis en talis fuit
cum placuit hosti. sic tulit celsum caput.
d In te magis refulget incomptus decor
et genitor in te totus. et toruae tamen
pars aliqua matris miscet ex aequo decus:
in ore graio scythicus apparet rigor.
si cum parente creticum intrasses fretum
tibi fila potius nostra neuisset soror.
d′ Te te soror quacumque siderea poli
in parte fulges inuoco ad causam parem.
domus sorores una corripuit duas.
te genitor at me gnatus. en supplex iacet
adlapsa genibus regiae proles domus.
respersa nulla labe et intacta innocens.
e Tibi mutor uni. certa descendi ad preces:
finem hic dolori faciet aut uitae dies.
miserere amantis.
HIPP. magne regnator deum,
tam lentus audis scelera? tam lentus uides?
f Ecquando saeua fulmen emittes manu
si nunc serenum est? omnis inpulsus ruat

---

660 flaui *ci. Bo.* || tingebat rubor *A* tinguebat pudor *E* || 662 tuaeue *A*ϵ tuaeque *Bo.* || 663 tuusque ω tuusue *Bo. et Bad. e coniectura uiri docti adscripta marg. ed. Fabric. (quae est in bibl. uniu. Hafniensis)* || 666 est (*uel* en) genitor *ci. NHs.* || toruus *A* totus *EÆ* || 668 grato α graio *E*ψ || 670 neuidisset *E* || 671 siderei *A* syderea *E* || 673 duas *corr. ex* riuas (?) *E* || 677 mittor *A* mutor ϵ || discendi *E* || 679 PHOED. magne *E*[1], *ad mg.* YPP. || 681 et quando *E*ψ ecquando α || emittes *A* emittis *E* ||

aether et atris nubibus condat diem
ac uestra retro sidera obliquos agant
retorta cursus. tuque sidereum caput F. LXXVII
radiate Titan tu nefas stirpis tuae
speculere? lucem merge et in tenebras fuge.
f′ Cur dextra diuum rector atque hominum uacat
tua nec trisulca mundus ardescit face?
in me tona. me fige. me uelox cremet
transactus ignis. sum nocens merui mori:
placui nouercae. — dignus en stupris ego
scelerique tanto uisus? ego solus tibi
materia facilis? hoc meus meruit rigor?
f″ O scelere uincens omne femineum genus.
o maius ausa matre monstrifera malum
genetrice peior. illa se tantum stupro
contaminauit et tamen tacitum diu
crimen biformi partus exhibuit nota
scelusque matris arguit uultu truci
ambiguus infans. ille te uenter tulit.
e′ O ter quaterque prospero fato dati
quos hausit et peremit et leto dedit
odium dolusque. genitor inuideo tibi:
colchide nouerca maius hoc maius malum est.
g PH. Et ipsa nostrae fata cognosco domus:
fugienda petimus sed mei non sum potens.
te uel per ignes per mare insanum sequar
rupesque et amnes unda quos torrens rapit,
quacumque gressus tuleris hac amens agar.
iterum superbe genibus aduoluor tuis.
g′ HIPP. Procul inpudicos corpore a casto amoue
tactus. quid hoc est? etiam in amplexus ruit?

---

684 ac uersa *A* acuestra *E* || 686 tantum ne nefas *E* titan tu nefas *A* || 687 speculare *A* speculere *E t. Gr.* || 692 dignus an *A* dignus en *E* || 693 scelerique *Aϵ* scelerisque *V* || 695 femineo *ci. NHs.* monstriferum *ci. Bo.* || 696 *uncis inclusit Bo.* || 699 biformis *A* triformi *E* || 702 date *ψ* sati *ci. NHs.* || 705 haec *ci. NHs.* || 710 sequar *A* agar *E* ||

stringatur ensis: merita supplicia exigat.
en inpudicum crine contorto caput
laeua reflexi: iustior numquam focis
datus tuis est sanguis arquitenens dea.
h PH. Hippolyte nunc me compotem uoti facis:
sanas furentem. maius hoc uoto meo est
saluo ut pudore manibus inmoriar tuis.
HIPP. abscede. uiue: ne quid exores et hic
contactus ensis deserat castum latus.
e″ Quis eluet me Tanais? aut quae barbaris
maeotis undis pontico incumbens mari?
non ipse toto magnus oceano pater
tantum expiarit sceleris. o siluae o ferae.
g NVT. Deprensa culpa est. anime quid segnis stupes?
regeramus ipsi crimen atque ultro impiam
uenerem arguamus. scelere uelandum est scelus.
tutissimum est inferre cum timeas gradum.
ausae priores simus an passae nefas
secreta cum sit culpa quis testis sciet?
g′ Adeste Athenae fida famulorum manus
fer opem, nefandi raptor Hippolytus stupri
instat premitque mortis intentat metum
ferro pudicam terret. en praeceps abit
ensemque trepida liquit attonitus fuga.
pignus tenemus sceleris. hanc maestam prius
recreate.
h′ Crinis tractus et lacerae comae
ut sunt remaneant facinoris tanti notae.
perferte in urbem. — recipe iam sensus hera.
quid te ipsa lacerans omnium adspectus fugis?
mens inpudicam facere non casus solet.

---

715 et *E* en *A* || 718 facies *E* || 720 soluout *E* || 726 o silua eo ferae *E* || 728 ipsae *A* ipsi *ψε* || 728 celandum *ci. R.P.* || 735 intentans *ci. Dn. Hs.* || 737 trepidam *E* || 740 notas *A* notę *E* || 741 referte *A* perferte *E* || hera (o *scr. 2 m.*) *E* || 742 laceras *E* lacerans *A* || aspectum *A* adspectus *E* ||

CHORVS.

a Fugit insanae similis procellae
ocior nubes glomerante Coro
ocior cursum rapiente flamma
stella cum uentis agitata longos
porrigit ignes.

b⁰ Conferat tecum decus omne priscum
fama miratrix senioris aeui. F. LXXVIII
pulcrior tanto tua forma lucet
clarior quanto micat orbe pleno
cum suos ignes coeunte cornu
iunxit et curru properante pernox
exerit uultus rubicunda Phoebe
nec tenent stellae faciem minores.

a′ . . . .
. . . .
qualis est primas referens tenebras
nuntius noctis, modo lotus undis,
[*Hesperus, pulsis iterum tenebris*]
Lucifer idem.

[*Anceps forma bonum mortalibus,
exigui donum breue temporis,
ut uelox celeri pede laberis.*]

α Non sic prata nouo uere decentia
aestatis calidae despoliat uapor,
saeuit solstitio cum medius dies
et noctes breuibus praecipitat rotis:

CHORVS *EA* || 748 corripit *A* porrigit *Eψ* concipit *ci. Dn. Hs.* || 755 exeret *E* exerit *A* || 757 *lacunam agnouit R.P.* || 759 *eieci* || 761—768 *collocaui cum Swoboda post u. 816* || 769—771 *deleui, a R.P. in suspitionem uocatos* || 772 uere nouo prata *A*prata n. uere ϵ || 773 dispoliat *A* despoliat *ER* || 775 et noctem *A* sed noctem (*al.* mortem) *ψ* et noctes *E* || praecipitant *ci. Gron.* ||

α′ [*Languescunt folio ut lilia candido.*]
ut gratae capiti deficiunt comae
et fulgor teneris qui radiat genis
momento rapitur nullaque non dies
formonsi spolium corporis abstulit.

α″ Res est forma fugax: quis sapiens bono
confidit fragili? dum licet utere.
tempus te tacitum subruet horaque
semper praeterita deterior subit.

β Quid deserta petis? tutior auiis
non est forma locis. te nemore abdito
cum Titan medium constituit diem
cinge*nt* turba licens Naides inprobae
formonsos solitae claudere fontibus.

β′ . . . .
. . . .
et somnis facient insidias tuis
lasciuae nemorum — . . — deae
Panas quae Dryades montiuagos petunt.

γ Aut te stellifero despiciens polo
sidus post ueteres Arcadas editum
currus non poterit flectere candidos

---

776 folio lilia *A* folio ut lilia *E* folio et lilia *ci. Gron.* || pallido *A* candido *E uersum deleui* || 777 et ω ut *scripsi* || rosae *A* comae *E* || 778 ut ω et *scripsi* || genus *E* || 782 confidit *Eψ* confidat α || 783 tempus sed *A* tempus te *E Voss.* || subruit *A* subruet *Eψ* || 786 abditum *A* abdito *E* || 788 cinget *A* cingnet *E* cingent, turba licens, *scripsi* || naiades *A* naides *E* || 790 *duorum uersuum lacunam statui. cf. ad uu. seqq.* || 791 lasciuae nemorum deae *Eψ* lasciuae nemorum montiuagae deae α *uersum sic suppleuit R.P.:* lasc. n. frondiferum deae. *In R10 post h. u. spatium uacuum unius uersus* || 792 montiuagique panes | panas quae (ques *R*) driades (-as *R*) montiuagos petunt ψ montiuagique panes *om. Eα* panes quas driadas montiuagi petunt α panasquę driades montiuagos petunt *E* ||

et nuper rubuit nullaque lucidis
nubes sordidior uultibus obstitit.

γ′ At nos solliciti numine turbido
tractam thessalicis carminibus rati
tinnitus dedimus: tu fueras labor 800
et tu causa morae, te dea noctium
dum spectat celeres sustinuit uias. 802

δ Quam grata est facies torua uiriliter, 806
et pondus ueteris triste supercili 807
. . . .
. . . .
uexent hanc faciem frigora parcius, 803
haec solem facies rarius appetat:
lucebit pario marmore clarius. 805
Phoebo colla licet splendida conpares. 808

δ Illum caesaries nescia conligi
perfundens umeros ornat et integit, 810
te frons hirta decet te breuior coma
nulla lege iacens. tu licet asperos
pugnacesque deos uiribus audeas
et uasti spatio uincere corporis:
aequas herculeos nam iuuenis toros F. LXXVIIII 815
Martis belligeri pectore latior. 816

δ″ Et tu thyrsigera Liber ab India, 761
intonsa iuuenis perpetuum coma
tigres pampinea cuspide territans
ac mitra cohibens cornigerum caput,
non uinces rigidas Hippolyti comas. 765
ne*u* uultus nimium suspicias tuos:

---

798 lumine *A* numine *E* || 806. 807 *huc reuocaui, post eos intercidisse uidentur duo uu.* || 812ᵇ. 813. 814 *spurios esse putat Scaliger* || 813 arceas *A* audeas *E* || 815 nam *Eψ* iam *α* || 766 ne *EA* neu *ci. Gron.* ||

omnes per populos fabula distulit,
Phaedrae quem Bromio praetulerit soror.

ε . . . .
si dorso libeat cornipedis uehi:
frenis castorea mobilior manu
spartanum poteris flectere Cyllaron.

ε′ Ammentum digitis tende prioribus
et totis iaculum dirige uiribus:
tam longe dociles spicula figere
non mittent gracilem Cretes harundinem.

ε″ Aut si tela modo spargere parthico
in caelum placeat: nulla sine alite
descendent tepido uiscere condita,
praedam de mediis nubibus adferent.

ζ Raris forma uiris, saecula prospice,
inpunita fuit. te melior deus
tutum praetereat formaque nobilis
deformis senii monstret imaginem.

a Quid sinat inausum feminae praeceps furor?
nefanda iuueni crimina insonti apparat.
en scelera. quaerit crine lacerato fidem,
decus omne turbat capitis umectat genas
instruitur omni fraude feminea dolus.
a′ Sed iste quisnam est regium uultu decus
gerens et alto uertice attollens caput?

---

ante u. 817 uersum excidisse suspicor || 818 nobilior *E* || 819 cyllarum *A* cyllaron *E* || 825 aue *E* alite *A* || 827 afferes *A* afferent *E* auferent *ci. Gron.* || 828 perspice *E* prospice *A* || 831 limina transeat *A* monstret imaginem *EMEψ* (*subpunxit haec uerba* E^3) || 833 insomti *E* || apparat *EA* parat *ψ* || 834 in scelere *A* in scelera ME^1 en secla ME^2 en scelera *E* || 836 omnis *A* omni *E* femineus *ci. Gron.* || 837 in uultu *AE* uultu *duo Pall.* ||

ut ora iuueni paria Perithoo gerit,
ni languido pallore canderent genae
staretque recta squalor incultus coma.
b° En ipse Theseus redditus terris adest.

THESEVS. NVTRIX.

Tandem profugi noctis aeternae plagam
uastoque manes carcere umbrantem polum
et uix cupitum sufferunt oculi diem.
c Iam quarta Eleusin dona Triptolemi secat
paremque totiens libra conposuit diem,
ambiguus ut me sortis ignotae labor
detinuit inter mortis et uitae mala.
c′ Pars una uitae mansit extincto mihi,
sensus. malorum finis Alcides fuit
qui cum reuulso Tartaro abstraheret canem
me quoque supernas pariter ad sedes tulit.
c Sed fessa uirtus robore antiquo caret
trepidantque gressus. heu labor quantus fuit
Phlegethonte ab imo petere longinquum aethera
pariterque mortem fugere et Alciden sequi.
c′ Quis fremitus aures flebilis pepulit meas?
expromat aliquis. luctus et lacrimae et dolor
in limine ipso maesta lamentatio
hospitia digna prorsus inferno hospite.
d NVTR. Tenet obstinatum Phaedra consilium necis

---

839 perithoo *A* perithoi *R* piritho o ϵ comiti paria Pirithoi *ci. Gron.* || 840 candore pallerent *A* pallore canderent *E* || THESEVS · NVTRIX *EA* || 845 ut *A* et *E* | 846 eleusis *A* eleusin *E (sed litt.* in *a m. 2 in ras.)* || treptolemi *E* || 851 mersus malorum finis *A* mensus *V un. ex Pall.* sensus ϵ || 852 reuulsum tartaro extraheret *A* reuulso tartaro abstraheret *E* || 860 et (*al.* in) limine in ipso mesta ψ et limine ipso uasta *α* in limine ipso męsta *E* || 861 hospitia.ϵ*A* auspicia *ci. Gron.* ||

fletusque nostros spernit ac morti inminet.
THES. quae causa leti? reduce cur moritur uiro?
NVTR. haec ipsa letum causa maturum attulit.
THES. perplexa magnum uerba nescio quid tegunt.
d′ Effare aperte quis grauet mentem dolor.
NVTR. haut pandit ulli. maesta secretum occulit
statuitque secum ferre quo moritur malum.
iam perge quaeso perge: properato est opus.
THES. reserate clausos regii postes laris.

THESEVS. PHAEDRA. NVTRIX TACITA.

a O socia thalami siccine aduentum uiri
et expetiti coniugis uultum excipis?
quin ense uiduas dexteram atque animum mihi
restituis et te quicquid e uita fugat
expromis?
a′ PH. Heu heu per tui sceptrum imperi
magnanime Theseu perque natorum indolem
tuosque reditus perque iam cineres meos F. LXXX
permitte mortem.
THES. causa quae cogit mori?
b PH. Si causa leti dicitur fructus perit.
THES. nemo istud alius me quidem excepto audiet.
PH. aures pudica coniugis solas timet.
THES. effare: fido pectore arcana occulam.
PH. alium silere quod uoles primus sile.
b′ THES. Leti facultas nulla continget tibi.
PH. mori uolenti desse mors numquam potest.

---

866 perpexa *E* || 870 TH. iam perge *α* || 871 THES. *ψ* *om.* *Eα* || postis lares *A* postes laris *εψ* || THESEVS · PHAEDRA *A* THESEVS · PHAEDRA · NVTRIX · TACITA *E* *continuatur scaena* *ψ* || 876 heu *Aε* heu heu *Bo* || 882 PHAED. *E* *om.* *A* || pudicas *A* pudica *E* || times *A* timet *E* || 883 THES. *E* *om.* *A* || 886 nunquam mors *A* mors numquam *E* ||

THES. quod sit luendum morte delictum indica.
PH. quod uiuo.
THES. lacrimae nonne te nostrae mouent?
PH. mors optima est perire lacrimandum suis.
THES. silere pergit. uerbere ac uinclis anus
altrixque prodat quicquid haec fari abnuit.
uincite ferro. uerberum uis extrahat
secreta mentis.
PH. ipsa iam fabor, mane.
THES. quidnam ora maesta auertis et lacrimas genis
subito coortas ueste praetenta optegis?
PH. Te te creator caelitum testem inuoco
et te coruscum lucis aetheriae iubar
ex cuius ortu nostra dependet domus,
temptata precibus restiti. ferro ac minis
non cessit animus: uim tamen corpus tulit.
labem hanc pudoris eluet noster cruor.
THES. Quis ede nostri decoris euersor fuit?
PH. quem rere minime.
THES. quis sit audire expeto.
PH. Hic dicet ensis quem tumultu territus
liquit stuprator ciuium accursum timens.
THES. quod facinus heu me cerno? quod monstrum intuor?
regale patriis asperum signis ebur.
capulo refulget generis actaei decus.
sed ipse quonam euasit?
PH. hi trepidum fuga
uidere famuli concitum celeri pede.

---

889 sors *ci. NHs.* || lacrimandum suis *Eψ* lachrymantdum sui *α* || 890 *probanda uidetur Bothii coniectura:* uinclis [illegible] *nisi potius* altrixque *seq. u. glossa habenda, qua ge*[illegible] *uox* (coacta *ci. R.P.*) *detrusa est. cf. ad u. 1048* || 891 [illegible]ita prodet *ci. NHs.* prodest *E* || 897 etheree *A* aethe[illegible] *E* || 898 nostrā *E* || descendit *ci. NHs.* || 907 paruis *Aε* patriis *ci. NHs.* || 908 generis atthaeae *A* generis *E* acteae [illegible] actaei *ci. Gr.* (*cf. 1157*) || 910 celeri concitum *ψ* con[illegible]

a THES. Pro sancta pietas pro gubernator poli
et qui secundum fluctibus regnum moues,
unde ista uenit generis infandi lues?
hunc graia tellus aluit an Taurus scythes
colchusue Phasis? redit ad auctores genus
stirpemque primam degener sanguis refert.
a′ Est iste prorsus gentis armiferae furor
odisse Veneris foedera et castum diu
uulgare populis corpus. o tetrum genus
nullaque uictum lege melioris soli.
ferae quoque ipsae ueneris euitant nefas
generisque leges inscius seruat pudor.
a Vbi uultus ille et ficta maiestas uiri
atque habitus horrens prisca et antiqua appetens
morumque senium triste, et adfectus graues?
. . . .
o uita fallax. obditos sensus geris
animisque pulcram turpibus faciem induis.
a′ Pudor inpudentem celat audacem quies,
pietas nefandum, uera fallaces probant
simulantque molles dura. siluarum incola
ille efferatus castus intactus rudis
mihi te reseruas? a meo primum toro
et scelere tanto placuit ordiri uirum?
a Iamiam superno numini grates ago
[*quod icta nostra cecidit Antiope manu*]
quod non ad antra stygia descendens tibi
matrem reliqui. profugus ignotas procul Quat. X
percurre gentes. te licet terra ultimo F. LXXXI

---

912 in fluctibus *A* in *om.* *E* || tenes *A* moues *E* || 916 strirpemque *E* || 917 prorsus iste *α* || armigerae *A* armiferae *Eψ* || 920 non ulla *A* nullaque *εψ* || 924 scripta et antiqua *ci. Wakefieldus. an:* prisca et austera? || 925 aspectu graue *A* affectus graues *E* *lacunam statuit R.P.* || 927 turbidis *A* turpibus *ε* || 931 asper intactu rudis *uel* castus ac thalamis rudis *ci. NHs. conicio:* castus inuictus rudis || 935 quo dicta nostrã *E* *uersum del. R.P.* ||

summota mundo dirimat Oceani plagis
orbemque nostris pedibus obuersum colas,
a′ Licet in recessu penitus extremo abditus
horrifera celsi regna transieris poli
hiemesque supra positus et canas niues
gelidi frementes liqueris Boreae minas
post te furentes: sceleribus poenas dabis.
profugum per omnis pertinax latebras premam.
a Longinqua clausa abstrusa diuersa inuia
emetiemur. nullus obstabit locus:
scis unde redeam. tela quo mitti haud queunt,
huc uota mittam. genitor aequoreus dedit,
ut uota prono terna concipiam deo
et inuocata munus hoc sanxit Styge.
a′ En perage donum triste regnator freti.
non cernat ultra lucidum Hippolytus diem
adeatque manes iuuenis iratos patri.
fer abominandam nunc opem gnato parens,
numquam supremum numinis munus tui
consumeremus magna ni premerent mala.
b Inter profunda Tartara et Ditem horridum
et inminentes regis inferni minas
uoto peperci, redde nunc pactam fidem
genitor. moraris? cur adhuc undae silent?
b′ Nunc atra uentis nubila inpellentibus
subtexe noctem, sidera et caelum eripe
effunde pontum, uulgus aequoreum cie
fluctusque ab ipso tumidus Oceano uoca.

---

944 gelidum frementis *ci. NHs.* || 947 longinquam *E* || 949 huc uota mittam tela quo mitti haud queunt *A* scis unde redeam t. q. m. q. *E* || 950 scis unde redeam genitor aequoreus dedit *A* huc uota mittam g. aeq. d. *E* || 951 trina *A* terna *E* || 955 irato patre *A* iratos *E* patris *E t. Gr.* || 960 legis infernae *ci. NHs. ego* Ditem *potius proximo uersu corruptum esse putauerim. fortasse* noctem horridam *scribendum est* || 966 abispsos tumido *E* ab ipso tumidus *A* ab imo *ci. Wakefieldus* ||

CHORVS.

a O magna parens natura deum
tuque igniferi rector Olympi
qui sparsa cito sidera mundo
[*cursusque uagos rapis astrorum*]
celerique polos cardine uersas,
cur tanta tibi cura perennes
agitare uias aetheris alti?

a′ Vt nunc canae frigora brumae
nudent siluas,
nunc arbustis redeant umbrae,
nunc aestiui colla leonis
cererem magno feruore coquant
uiresque suas temperet annus?

a″ Sed cur idem qui tanta regis
sub quo uasti pondera mundi
librata suos ducunt orbes
hominum nimium securus abes
non sollicitus
prodesse bonis nocuisse malis?

a O uane pudor falsumque decus.
res humanas ordine nullo
fortuna regit
sparsitque manu munera caeca [*peiora fouens*]
uincit sanctos dira libido,
fraus sublimi regnat in aula.

a′ Tradere turpi fasces populus
gaudet, eosdem colit atque odit.

---

970 *del. R.P.* || 972 cur tibi tanta est *A* cur tanta tibi (*om.* est) *E* || 973 uices *ci. R.P.* || 974—986 *in E leguntur post u.* 999 || 983 ades securus ψ securus abes *E* securus ades α || 997 *post* 985 *conlocauit R.P.* uani *E* uane *A* || 988 spargitque manu *A* sparsitque manũ *E uerba* peiora fouens *sustuli cum R.P.* || 992 *om. E* ||

tristis uirtus
peruersa tulit praemia recti:
castos sequitur mala paupertas, 995
uitioque potens regnat adulter. 996

Sed quid citato nuntius portat gradu 998
rigatque maestis lugubrem uultum genis?

NVNTIVS. THESEVS.

a O sors acerba et dura famulatus grauis, 1000
cur me ad nefandum nuntium casus uocat? 1001
uocem dolori lingua luctificam negat. 1004
a′ THES. ne metue clades fortiter fari asperas: 1002
non inparatum pectus aerumnis fero. 1003
proloquere quae sors aggrauet quassam domum. 1005
a″ NVNT. Hippolytus, heu me, flebili leto occubat.
THES. gnatum parens obisse iam pridem scio,
nunc raptor obiit. mortis effare ordinem. F. LXXXII

a NVNT. Vt profugus urbem liquit infesto gradu
celerem citatis passibus cursum explicans: 1010
cels*o* sonipedes ocius subigit iugo
et ora frenis domita substrictis ligat.
tum multa secum effatus et patrium solum
abominatus saepe genitorem ciet
acerque habenis lora permissis quatit: 1015
a′ Cum subito uastum tonuit ex alto mare,
creuitque in astra. nullus inspirat salo
uentus, quieti nulla pars caeli strepit

---

999 restatque moestas *A* rigatque mestis *E Voss.* || uultum (m *a 3. m.*) *E* || gerens *A* genis *Eψ* || NVNTIVS THESEVS *EA* || 1000 graues *E* || 1001 nefandi *ψ* nefandum *E* nefandos *α* || uocas *A* uocat *E* || *u. 1004 ante u. 1002 conlocaui* || 1003 gero *A* fero *E* || 1004 luctifica *AE* luctificam *E* || 1005 luctificā domum *E* quassam d. *A* || 1006 uoto *ψ* leto *αE* || 1011 celsos *ω* celso *ci. NHs.* || 1013 fatur *ci. NHs.* || 1016 tonuit *Eψ* tumuit *α* ||

placidumque pelagus propria tempestas agit.
non tantus Auster sicula disturbat freta
nec tam furens *ionius* exsurgit sinus
regnante coro saxa cum fluctu tremunt.
[*et cana summum spuma Leucaten ferit.*]
a′ Consurgit ingens pontus in uastum aggerem.
tumidumque monstro pelagus in terras ruit
nec ista ratibus tanta construitur lues,
terris minatur. fluctus haud cursu leui
prouoluitur: nescio quid onerato sinu
grauis unda portat. quae nouum tellus càput
ostendit astris? Cyclas exoritur noua?
a Latuere rupes, *li*men epidauri dei,
et scelere petrae nobiles scironides
et quae duobus terra conprimitur fretis.
haec dum stupentes quaerimus: totum en mare
inmugit. omnes adstrepunt scopuli undique.
summum cacumen rorat, expulso sale
spumat uomitque uicibus alternis aquas.
a′ Qualis per alta uehitur oceani freta
fluctus refundens ore physeter capax,
inhorruit concussus undarum globus
soluitque sese et litori inuexit malum
maius timore. pontus in terras ruit
suumque monstrum sequitur. os quassat tremor.
THES. quis habitus ille corporis uasti fuit?
a NVNT. Caerulea taurus colla sublimis gerens

1021 furenti pontus ex. sinu *ω* furenti Ionius e. sinu *ci. I. Gron.* furens ionius ex. sinus *ci. Bo.* || 1023 *sustuli* || 1025 in terram *A* in terras *E* || 1029 quod *ci. R.P.* || 1031 nube numen *A* rupes numen *EMÆ* rupes nomen *ci. Scaliger* r. nomine *ci. NHs.* rupes, limen *scripsi. cf. Eurip. Hipp. 1209* || 1034 querimur en totum *A* quaerimus en t. *E* totum en *ci. R. P.* || 1035 undique scopuli adstrepunt *ω corr. B. Schm.* || 1036 rotat *E* rorat *A* || salo *A* sale *E* || 1037 spumas uomitque *ci. Dn. Hs.* spumans *ci. Gr.* || 1042 maius malum timore *E* malum *om. A* || 1043 ossa *E* os *A* || 1044 THES. *A om. E* || 1045 herculea *ψ* cerulea *EA* ||

erexit altam fronte uiridanti iubam,
stant hispidae auris, orbibus uarius color
et quem feri dominator habuisset gregis
et quem sub undis gnatus, hinc flammam uomunt,
[*oculi*] hinc relucent caerula insignes nota
naresque hiulcis haustibus patulae fremunt. 1052
a′ Opima ceruix arduos tollit toros, 1051
musco tenaci pectus ac palear uiret, 1053
longum rubente spargitur fuco latus,
tum pone tergus ultima in monstrum coit
facies et ingens belua inmensam trahit
squamosa partem. talis extremo mari
pistrix citatas sorbet aut frangit rates.
a Tremuere terrae, fugit attonitum pecus
passim per agros nec suos pastor sequi
meminit iuuencos, omnis e saltu fera
diffugit, omnis frigido exsanguis metu
uenator horret. solis inmunis metu
Hippolytus artis continet frenis equos
pauidosque notae uocis hortatu ciet.
a′ Est alta ad Argos collibus ruptis uia
uicina tangens spatia suppositi maris.
hic se illa moles acuit atque iras parat.
ut cepit animos seque praetemptans satis
prolusit irae, praepeti cursu euolat
summam citato uix gradu tangens humum
et torua currus ante trepidantes stetit.

1047 cornibus *A* orbibus *E* || 1049 uomit *A* uomunt *E* || 1050 oculi hinc relucent *ω* oculi inde lucent *α in ind. err. uocem* ‚oculi‘, *quam ex margine inrepsisse recte Gron. suspicatus est, sustuli. scripsit poeta uel* at hinc *uel* illinc *uel simile quid* || 1052 *ante u.* 1051 *posui cum Swoboda* || 1053 *om. E* || 1058 aut *EA* ac *Bo. cum Vltrai.* || reddit *A* frangit *E* || 1062 discessit *A* diffugit *E* || 1064 continet/// (t *in ras. a 2. m.*) *E* || 1066 agros *E* Argos *A Eurip. Hipp. 1197* τὴν εὐθὺς Ἄργους κἀπιδαυρίας ὁδόν || 1067 uicini *E* uicina *A* || 1070 praelusit *A* prolusit *Eψ* || 1072 toruusque *A* et torua *E* ||

b Contra feroci gnatus insurgens minax
uultu nec ora mutat et magnum intonat:
'haud frangit animum uanus hic terror meum: F.LXXXIII
nam mihi paternus uincere est tauros labor.'
inobsequentes protinus frenis equi
rapuere currum iamque derrantes uia
quacunque rabidos pauidus euexit furor,
hac ire pergunt seque per scopulos agunt.
b′ At ille qualis turbido rector mari
ratem retentat ne det obliquum latus
et arte fluctum fallit, haud aliter citos
currus gubernat: ora nunc pressis trahit
constricta frenis, terga nunc torto frequens
uerbere cohercet. sequitur adsiduus comes
nunc aequa carpens spatia, nunc contra obuius
oberrat omni parte terrorem mouens.
b′ Non licuit ultra fugere: nam toruo obuius
incurrit ore corniger ponti horridus.
tum uero pauida sonipedes mente exciti
imperia soluunt seque luctantur iugo
eripere rectique in pedes iactant onus.
praeceps in ora fusus inplicuit cadens
laqueo tenaci corpus et quanto magis
pugnat sequaces hoc magis nodos ligat.
b Sensere pecudes facinus et curru leui
dominante nullo qua timor iussit ruunt.
talis per auras non suum agnoscens onus
solique falso creditum indignans diem
Phaethonta currus deuio excussit polo.
late cruentat arua et inlisum caput
scopulis resultat. auferunt dumi comas
et ora durus pulcra populatur lapis.

1079 pauidos rapidus *A* rabidos pauidus *E* rapidos *ci. Gron.* || 1083 fluctus *A* fluctum *E* || 1087 obuiis *ci. I. Gr.* || 1088. 1089 *om.* *ψ* || toruo *A* toto *E* || 1090 *om.* E^1 *ad marg. scr.* E^2 || 1094 ora *AE* lora *ψ* || gnatus *A* fusus *Eψ* || 1098 domitante *ci. NHs.* || 1101 phetonta *Eψ* phaethonta *α* ||

ut ora iuueni paria Perithoo gerit,
ni languido pallore canderent genae
staretque recta squalor incultus coma.
b⁰ En ipse Theseus redditus terris adest.

THESEVS. NVTRIX.

Tandem profugi noctis aeternae plagam
uastoque manes carcere umbrantem polum
et uix cupitum sufferunt oculi diem.
c Iam quarta Eleusin dona Triptolemi secat
paremque totiens libra conposuit diem,
ambiguus ut me sortis ignotae labor
detinuit inter mortis et uitae mala.
c′ Pars una uitae mansit extincto mihi,
sensus. malorum finis Alcides fuit
qui cum reuulso Tartaro abstraheret canem
me quoque supernas pariter ad sedes tulit.
c Sed fessa uirtus robore antiquo caret
trepidantque gressus. heu labor quantus fuit
Phlegethonte ab imo petere longinquum aethera
pariterque mortem fugere et Alciden sequi.
c′ Quis fremitus aures flebilis pepulit meas?
expromat aliquis. luctus et lacrimae et dolor
in limine ipso maesta lamentatio
hospitia digna prorsus inferno hospite.
d NVTR. Tenet obstinatum Phaedra consilium necis

---

839 perithoo *A* perithoi *R* piritho o ϵ comiti paria Pirithoi *ci. Gron.* || 840 candore pallerent *A* pallore canderent *E* || THESEVS · NVTRIX *EA* || 845 ut *A* et *E* | 846 eleusis *A* eleusin *E* (*sed litt.* in *a m. 2 in ras.*) || treptolemi *E* || 851 mersus malorum finis *A* mensus *V un. ex Pall.* sensus ϵ || 852 reuulsum tartaro extraheret *A* reuulso tartaro abstraheret *E* || 860 et (*al.* in) limine in ipso mesta ψ et limine ipso uasta *α* in limine ipso męsta *E* || 861 hospitia. ϵ*A* auspicia *ci. Gron.* ||

fletusque nostros spernit ac morti inminet.
THES. quae causa leti? reduce cur moritur uiro?
NVTR. haec ipsa letum causa maturum attulit.
THES. perplexa magnum uerba nescio quid tegunt.
d′ Effare aperte quis grauet mentem dolor.
NVTR. haut pandit ulli. maesta secretum occulit
statuitque secum ferre quo moritur malum.
iam perge quaeso perge: properato est opus.
THES. reserate clausos regii postes laris.

THESEVS. PHAEDRA. NVTRIX TACITA.

a O socia thalami siccine aduentum uiri
et expetiti coniugis uultum excipis?
quin ense uiduas dexteram atque animum mihi
restituis et te quicquid e uita fugat
expromis?
a′ PH. Heu heu per tui sceptrum imperi
magnanime Theseu perque natorum indolem
tuosque reditus perque iam cineres meos F. LXXX
permitte mortem.
THES. causa quae cogit mori?
b PH. Si causa leti dicitur fructus perit.
THES. nemo istud alius me quidem excepto audiet.
PH. aures pudica coniugis solas timet.
THES. effare: fido pectore arcana occulam.
PH. alium silere quod uoles primus sile.
b′ THES. Leti facultas nulla continget tibi.
PH. mori uolenti desse mors numquam potest.

---

866 perpexa *E* || 870 TH. iam perge *α* || 871 THES. *ψ* *om.* *Eα* || postis lares *A* postes laris *εψ* || THESEVS · PHAEDRA *A* THESEVS · PHAEDRA · NVTRIX · TACITA *E* *continuatur scaena* *ψ* || 876 heu *Aε* heu heu *Bo* || 882 PHAED. *E* *om.* *A* || pudicas *A* pudica *E* || times *A* timet *E* || 883 THES. *E* *om.* *A* || 886 nunquam mors *A* mors numquam *E* ||

THES. quod sit luendum morte delictum indica.
PH. quod uiuo.
THES. lacrimae nonne te nostrae mouent?
PH. mors optima est perire lacrimandum suis.
c THES. Silere pergit. uerbere ac uinclis anus
altrixque prodet quicquid haec fari abnuit.
uincite ferro. uerberum uis extrahat
secreta mentis.
PH. ipsa iam fabor, mane.
THES. quidnam ora maesta auertis et lacrimas genis
subito coortas ueste praetenta optegis?
c′ PH. Te te creator caelitum testem inuoco
et te coruscum lucis aetheriae iubar
ex cuius ortu nostra dependet domus,
temptata precibus restiti. ferro ac minis
non cessit animus: uim tamen corpus tulit.
labem hanc pudoris eluet noster cruor.
d THES. Quis ede nostri decoris euersor fuit?
PH. quem rere minime.
THES. quis sit audire expeto.
d′ PH. Hic dicet ensis quem tumultu territus
liquit stuprator ciuium accursum timens.
e THES. quod facinus heu me cerno? quod monstrum intuor?
regale patriis asperum signis ebur.
capulo refulget generis actaei decus.
sed ipse quonam euasit?
PH. hi trepidum fuga
uidere famuli concitum celeri pede.

---

889 sors *ci. NHs.* || lacrimandum suis *Eψ* lachrymant dum sui *α* || 890 *probanda uidetur Bothii coniectura:* uinclis opus *nisi potius* altrixque *seq. u. glossa habenda, qua genuina uox* (coacta *ci. R.P.*) *detrusa est. cf. ad u. 1048* || 891 attrita prodet *ci. NHs.* prodest *E* || 897 etheree *A* aetheriae *E* || 898 nostrā *E* || descendit *ci. NHs.* || 907 paruis *Aε* patriis *ci. NHs.* || 908 generis atthaeae *A* generis *E* acteae *E* actaei *ci. Gr.* *(cf. 1157)* || 910 celeri concitum *ψ* concitum celeri *Aε* ||

a THES. Pro sancta pietas pro gubernator poli
et qui secundum fluctibus regnum moues,
unde ista uenit generis infandi lues?
hunc graia tellus aluit an Taurus scythes
colchusue Phasis? redit ad auctores genus
stirpemque primam degener sanguis refert.
a′ Est iste prorsus gentis armiferae furor
odisse Veneris foedera et castum diu
uulgare populis corpus. o tetrum genus
nullaque uictum lege melioris soli.
ferae quoque ipsae ueneris euitant nefas
generisque leges inscius seruat pudor.
a Vbi uultus ille et ficta maiestas uiri
atque habitus horrens prisca et antiqua appetens
morumque senium triste, et adfectus graues?
. . . .
o uita fallax. obditos sensus geris
animisque pulcram turpibus faciem induis.
a′ Pudor inpudentem celat audacem quies,
pietas nefandum, uera fallaces probant
simulantque molles dura. siluarum incola
ille efferatus castus intactus rudis
mihi te reseruas? a meo primum toro
et scelere tanto placuit ordiri uirum?
a Iamiam superno numini grates ago
[*quod icta nostra cecidit Antiope manu*]
quod non ad antra stygia descendens tibi
matrem reliqui. profugus ignotas procul Quat. X
percurre gentes. te licet terra ultimo F. LXXXI

---

912 in fluctibus *A* in *om. E* || tenes *A* moues *E* || 916 strirpemque *E* || 917 prorsus iste *α* || armigerae *A* armiferae *Eψ* || 920 non ulla *A* nullaque *εψ* || 924 scripta et antiqua *ci. Wakefieldus. an:* prisca et austera? || 925 aspectu graue *A* affectus graues *E lacunam statuit R.P.* || 927 turbidis *A* turpibus *ε* || 931 asper intactu rudis *uel* castus ac thalamis rudis *ci. NHs. conicio:* castus inuictus rudis || 935 quo dicta nostrã *E uersum del. R.P.* ||

summota mundo dirimat Oceani plagis
orbemque nostris pedibus obuersum colas,
a' Licet in recessu penitus extremo abditus
horrifera celsi regna transieris poli
hiemesque supra positus et canas niues
gelidi frementes liqueris Boreae minas
post te furentes: sceleribus poenas dabis.
profugum per omnis pertinax latebras premam.
a Longinqua clausa abstrusa diuersa inuia
emetiemur. nullus obstabit locus:
scis unde redeam. tela quo mitti haud queunt,
huc uota mittam. genitor aequoreus dedit,
ut uota prono terna concipiam deo
et inuocata munus hoc sanxit Styge.
a' En perage donum triste regnator freti.
non cernat ultra lucidum Hippolytus diem
adeatque manes iuuenis iratos patri.
fer abominandam nunc opem gnato parens,
numquam supremum numinis munus tui
consumeremus magna ni premerent mala.
b Inter profunda Tartara et Ditem horridum
et inminentes regis inferni minas
uoto peperci, redde nunc pactam fidem
genitor. moraris? cur adhuc undae silent?
b' Nunc atra uentis nubila inpellentibus
subtexe noctem, sidera et caelum eripe
effunde pontum, uulgus aequoreum cie
fluctusque ab ipso tumidus Oceano uoca.

---

944 gelidum frementis *ci. NHs.* || 947 longinquam *E* || 949 huc uota mittam tela quo mitti haud queunt *A* scis unde redeam t. q. m. q. *E* || 950 scis unde redeam genitor aequoreus dedit *A* huc uota mittam g. aeq. d. *E* || 951 trina *A* terna *E* || 955 irato patre *A* iratos *E* patris *E t. Gr.* || 960 legis infernae *ci. NHs. ego* Ditem *potius proximo uersu corruptum esse putauerim. fortasse* noctem horridam *scribendum est* || 966 abispsos tumido *E* ab ipso tumidus *A* ab imo *ci. Wakefieldus* ||

CHORVS.

a O magna parens natura deum
tuque igniferi rector Olympi
qui sparsa cito sidera mundo
[*cursusque uagos rapis astrorum*]
celerique polos cardine uersas,
cur tanta tibi cura perennes
agitare uias aetheris alti?

a′ Vt nunc canae frigora brumae
nudent siluas,
nunc arbustis redeant umbrae,
nunc aestiui colla leonis
cererem magno feruore coquant
uiresque suas temperet annus?

a″ Sed cur idem qui tanta regis
sub quo uasti pondera mundi
librata suos ducunt orbes
hominum nimium securus abes
non sollicitus 984
prodesse bonis nocuisse malis?

a O uane pudor falsumque decus. 997
res humanas ordine nullo 986
fortuna regit
sparsitque manu munera caeca [*peiora fouens*]
uincit sanctos dira libido,
fraus sublimi regnat in aula.

a′ Tradere turpi fasces populus
gaudet, eosdem colit atque odit.

---

970 *del. R.P.* || 972 cur tibi tanta est *A* cur tanta tibi (*om.* est) *E* || 973 uices *ci. R.P.* || 974—986 *in E leguntur post u.* 999 || 983 ades securus ψ securus abes *E* securus ades α || 997 *post* 985 *conlocauit R.P.* uani *E* uane *A* || 988 spargitque manu *A* sparsitque manũ *E uerba* peiora fouens *sustuli cum R.P.* || 992 *om. E* ||

tristis uirtus
peruersa tulit praemia recti:
castos sequitur mala paupertas, 995
uitioque potens regnat adulter. 996

Sed quid citato nuntius portat gradu 998
rigatque maestis lugubrem uultum genis?

NVNTIVS. THESEVS.

a O sors acerba et dura famulatus grauis, 1000
cur me ad nefandum nuntium casus uocat? 1001
uocem dolori lingua luctificam negat. 1004
a′ THES. ne metue clades fortiter fari asperas: 1002
non inparatum pectus aerumnis fero. 1003
proloquere quae sors aggrauet quassam domum. 1005
a″ NVNT. Hippolytus, heu me, flebili leto occubat.
THES. gnatum parens obisse iam pridem scio,
nunc raptor obiit. mortis effare ordinem. F. LXXXII

a NVNT. Vt profugus urbem liquit infesto gradu
celerem citatis passibus cursum explicans: 1010
celso sonipedes ocius subigit iugo
et ora frenis domita substrictis ligat.
tum multa secum effatus et patrium solum
abominatus saepe genitorem ciet
acerque habenis lora permissis quatit: 1015
a′ Cum subito uastum tonuit ex alto mare,
creuitque in astra. nullus inspirat salo
uentus, quieti nulla pars caeli strepit

---

999 restatque moestas *A* rigatque mestis *E* *Voss.* || uultum (m *a 3. m.*) *E* || gerens *A* genis *Eψ* || NVNTIVS THESEVS *EA* || 1000 graues *E* || 1001 nefandi *ψ* nefandum *E* nefandos *α* || uocas *A* uocat *E* || *u. 1004 ante u. 1002 conlocaui* || 1003 gero *A* fero *E* || 1004 luctifica *AE* luctificam *E* || 1005 luctificā domum *E* quassam d. *A* || 1006 uoto *ψ* leto *αE* || 1011 celsos *ω* celso *ci. NHs.* || 1013 fatur *ci. NHs.* || 1016 tonuit *Eψ* tumuit *α* ||

placidumque pelagus propria tempestas agit.
non tantus Auster sicula disturbat freta
nec tam furens *ionius* exsurgit sinus
regnante coro saxa cum fluctu tremunt.
[*et cana summum spuma Leucaten ferit.*]
a′ Consurgit ingens pontus in uastum aggerem.
tumidumque monstro pelagus in terras ruit
nec ista ratibus tanta construitur lues,
terris minatur. fluctus haud cursu leui
prouoluitur: nescio quid onerato sinu
grauis unda portat. quae nouum tellus càput
ostendit astris? Cyclas exoritur noua?
a Latuere rupes, *li*men epidauri dei,
et scelere petrae nobiles scironides
et quae duobus terra conprimitur fretis.
haec dum stupentes quaerimus: totum en mare
inmugit. omnes adstrepunt scopuli undique.
summum cacumen rorat, expulso sale
spumat uomitque uicibus alternis aquas.
a′ Qualis per alta uehitur oceani freta
fluctus refundens ore physeter capax,
inhorruit concussus undarum globus
soluitque sese et litori inuexit malum
maius timore. pontus in terras ruit
suumque monstrum sequitur. os quassat tremor.
THES. quis habitus ille corporis uasti fuit?
a NVNT. Caerulea taurus colla sublimis gerens

1021 furenti pontus ex. sinu ω furenti Ionius e. sinu *ci. I. Gron.* furens ionius ex. sinus *ci. Bo.* || 1023 *sustuli* || 1025 in terram *A* in terras *E* || 1029 quod *ci. R.P.* || 1031 nube numen *A* rupes numen *EMÆ* rupes nomen *ci. Scaliger* r. nomine *ci. NHs.* rupes, limen *scripsi. cf. Eurip. Hipp. 1209* || 1034 querimur en totum *A* quaerimus en t. *E* totum en *ci. R. P.* || 1035 undique scopuli adstrepunt ω *corr. B. Schm.* || 1036 rotat *E* rorat *A* || salo *A* sale *E* || 1037 spumas uomitque *ci. Dn. Hs.* spumans *ci. Gr.* || 1042 maius malum timore *E* malum *om. A* || 1043 ossa *E* os *A* || 1044 THES. *A om. E* || 1045 herculea ψ cerulea *EA* ||

erexit altam fronte uiridanti iubam,
stant hispidae auris, orbibus uarius color
et quem feri dominator habuisset gregis
et quem sub undis gnatus, hinc flammam uomunt,
[*oculi*] hinc relucent caerula insignes nota
naresque hiulcis haustibus patulae fremunt. 1052
a′ Opima ceruix arduos tollit toros, 1051
musco tenaci pectus ac palear uiret, 1053
longum rubente spargitur fuco latus,
tum pone tergus ultima in monstrum coit
facies et ingens belua inmensam trahit
squamosa partem. talis extremo mari
pistrix citatas sorbet aut frangit rates.
a Tremuere terrae, fugit attonitum pecus
passim per agros nec suos pastor sequi
meminit iuuencos, omnis e saltu fera
diffugit, omnis frigido exsanguis metu
uenator horret. solis inmunis metu
Hippolytus artis continet frenis equos
pauidosque notae uocis hortatu ciet.
a′ Est alta ad Argos collibus ruptis uia
uicina tangens spatia suppositi maris.
hic se illa moles acuit atque iras parat.
ut cepit animos seque praetemptans satis
prolusit irae, praepeti cursu euolat
summam citato uix gradu tangens humum
et torua currus ante trepidantes stetit.

1047 cornibus *A* orbibus *E* || 1049 uomit *A* uomunt *E* || 1050 oculi hinc relucent *ω* oculi inde lucent *α in ind. err. uocem* ,oculi', *quam ex margine inrepsisse recte Gron. suspicatus est, sustuli. scripsit poeta uel* at hinc *uel* illinc *uel simile quid* || 1052 *ante u.* 1051 *posui cum Swoboda* || 1053 *om. E* || 1058 aut *EA* ac *Bo. cum Vltrai.* || reddit *A* frangit *E* || 1062 discessit *A* diffugit *E* || 1064 contine/// (t *in ras. a 2. m.*) *E* || 1066 agros *E* Argos *A Eurip. Hipp. 1197* τὴν εὐθὺς Ἄργους κἀπιδαυρίας ὁδόν || 1067 uicini *E* uicina *A* || 1070 praelusit *A* prolusit *Eψ* || 1072 toruusque *A* et torua *E* ||

b Contra feroci gnatus insurgens minax
uultu nec ora mutat et magnum intonat:
'haud frangit animum uanus hic terror meum: F.LXXXIII
nam mihi paternus uincere est tauros labor.'
inobsequentes protinus frenis equi
rapuere currum iamque derrantes uia
quacunque rabidos pauidus euexit furor,
hac ire pergunt seque per scopulos agunt.
b′ At ille qualis turbido rector mari
ratem retentat ne det obliquum latus
et arte fluctum fallit, haud aliter citos
currus gubernat: ora nunc pressis trahit
constricta frenis, terga nunc torto frequens
uerbere cohercet. sequitur adsiduus comes
nunc aequa carpens spatia, nunc contra obuius
oberrat omni parte terrorem mouens.
b′ Non licuit ultra fugere: nam toruo obuius
incurrit ore corniger ponti horridus.
tum uero pauida sonipedes mente exciti
imperia soluunt seque luctantur iugo
eripere rectique in pedes iactant onus.
praeceps in ora fusus inplicuit cadens
laqueo tenaci corpus et quanto magis
pugnat sequaces hoc magis nodos ligat.
b Sensere pecudes facinus et curru leui
dominante nullo qua timor iussit ruunt.
talis per auras non suum agnoscens onus
solique falso creditum indignans diem
Phaethonta currus deuio excussit polo.
late cruentat arua et inlisum caput
scopulis resultat. auferunt dumi comas
et ora durus pulcra populatur lapis.

1079 pauidos rapidus *A* rabidos pauidus *E* rapidos *ci. Gron.* || 1083 fluctus *A* fluctum *E* || 1087 obuiis *ci. I. Gr.* || 1088. 1089 *om.* *ψ* || toruo *A* toto *E* || 1090 *om.* E^1 *ad marg. scr.* E^2 || 1094 ora *AE* lora *ψ* || gnatus *A* fusus *Eψ* || 1098 domitante *ci. NHs.* || 1101 phetonta *Eψ* phaethonta *α* ||

c Moribunda celeres membra prouoluunt rotae 1106
peritque multo uulnere infelix decor. 1105
tandemque raptum truncus ambusta sude 1107
medium per inguen stipite erecto tenet
paulumque domino currus adfixo stetit.
haesere biiuges uulnere et pariter moram 1110
dominumque rumpunt. inde semanimem secant
uirgulta, acutis asperi uepres rubis
omnisque truncus corporis partem tulit.
c′ Errant per agros funebres famuli manus
per illa qua distractus Hippolytus loca 1115
longum cruenta tramitem signat nota
maestaeque domini membra uestigant canes.
necdum dolentum sedulus potuit labor
explere corpus. hocine est formae decus?
qui modo paterni clarus imperii comes 1120
et certus heres siderum fulsit modo
passim ad supremos ille conligitur rogos
et funeri confertur.
d THES. O nimium potens,
quanto parentes sanguinis uinclo tenes
natura. quam te colimus inuiti quoque. 1125
occidere uolui noxium, amissum fleo. — 1126
d′ NVNT. *At* si odia seruas, cur madent fletu genae? 1130
THES. quod interemi, non quod amisi, fleo 1131
[NVNT. *haud flere non est quisquam quod uoluit potens.*]
equidem malorum maximum hunc cumulum reor,
si abominanda casus optanda efficit.

1105 puluere *ci. Bo. coll. Hom. Il. XXII 401 sqq.* || 1106 peruoluunt *EA uersus transposuit R.P.* || 1108 iecto *E* eiecto *A* erecto *R10 in marg.* || 1114 funebris *A* funebres *E* || 1115 quae *EA* qua *nescio quis.* || 1123 et funeri confertur *E*[2] *in marg. om. E*[1] || 1127 haud flere honeste quisque quod uoluit potest *A* ha·odere non ē quisq quod uoluit potens *E i. e.* haud flere honeste quisquam q. u. potens. *uersum eieci, uu. 1130. 1131 huc reuocaui* || 1130 et si *EA* at si *scripsi* || 1129 optata *A* optanda *E* ||

CHORVS.

a Quanti casus humana rotant. 1132
minor in paruis fortuna furit
leuiusque ferit leuiora deus,
seruat placidos obscura quies
praebetque senes casa securos.

b Admota aetheriis culmina sedibus
euros excipiunt excipiunt notos
insani boreae minas
imbriferumque corum.

a′ Raros patitur fulminis ictus F. LXXXIIII
humida uallis: tremuit telo
Iouis altisoni Caucasus ingens
phrygiumque nemus matris Cybeles.
metuens caelo Iuppiter alto
uicina petit. 1146

b′ Circa regna tonat — . . — . — 1149
— — — . . — — . . — . —
— — — . . — . —
— . . — . —.

a Non capit umquam magnos motus 1147
humilis tecti plebeia domus. 1148
uolat ambiguis mobilis alis 1150

1136 praebetque senes *Eψ* praebet somnos *α* || 1138 Duros excipiunt notos *A* Euros excipiunt excipiunt notos *EMEψ* || 1139 insani e t *ci. NHs.* || 1141 *uerba* humida uallis *ponit α ante* raros pat. || 1146[b] *uerba* circa regna tonat, *quae in EA scripta sunt post u. 1148* (domus) *cum uno ex Pall. huc reuocauit et relliquias esse strophae consimilis eius quae ante* (u. 1137 sqq.) *legitur coniecit R.P.* circa r e g e s e t regna tonat *ci. H. Grotius* ||

hora nec ulli
praestat uelox fortuna fidem.

a′ Qui clara uidet sidera mundi
nitidumque diem nocte relicta,
luget maestos tristis reditus
ipsoque magis flebile Auerno
sedis patriae uidet hospitium.

c⁰ Pallas Actaeae ueneranda genti,
quod tuus caelum superosque Theseus
spectat et fugit stygias paludes,
casta nil debes patruo rapaci:
constat inferno numerus tyranno.

a Quae uox ab altis flebilis tectis sonat
strictoque uaecors Phaedra quid ferro parat?

THESEVS. PHAEDRA. ET IDEM.

Quis te dolore percitam instigat furor?
quid ensis iste quidue uociferatio
planctusque supra corpus inuisum uolunt?
a PH. Me me profundi saeue dominator freti
inuade et in me monstra caerulei maris
emitte, quicquid intimo Tethys sinu
extrema gestat, quicquid Oceanus uagis
conplexus undis ultimo fluctu tegit.
b O dure Theseu semper, o numquam ad tuos
tuto reuerse. gnatus et genitor nece
reditus tuos luere: peruertis domum
amore semper coniugum aut odio nocens.

1151 aura nec ulli praestat uelo *ci.* *NHs.* || 1153 hic qui clari *Eg* qui clara uidet *A* || 1154 morte *A* nocte *εψ* (?) || THESEVS · PHAEDRA · CHORVS *A* THESEVS · PHAEDRA ET IDEM *E* *inscr.* *om.* *ψ* || 1173 dure *Eψ* dire *α* || 1176 nocens *Eψ* noces *α* ||

c Hippolyte tales intuor uultus tuos
talesque feci? membra quis saeuus Sinis
aut quis Procrustes sparsit? aut quis cresius
daedalea uasto claustra mugitu replens
taurus biformis ore cornigero ferox
diuulsit? heu me. quo tuus fugit decor
oculique nostrum sidus? exanimis iaces.
d Ades parumper uerbaque exaudi mea.
nil turpe loquimur. hac manu poenas tibi
soluam et nefando pectori ferrum inseram
animaque Phaedram pariter ac scelere exuam
et te per undas perque tartareos lacus
per Styga per amnes igneos amens sequar.
c′ Placemus umbras: capitis exuuias cape
laceraeque frontis accipe abscisam comam.
non licuit animos iungere, at certe licet
iunxisse fata. morere si casta es uiro,
si incesta amori. coniugis thalamos petam
tanto inpiatos facinore? hoc derat nefas
ut uindicato sancta fruereris toro. 1199
d Audite Athenae tuque funesta pater
peior nouerca: falsa memoraui et nefas
quod ipsa demens pectore insano hauseram
mentita finxi. uana punisti pater
iuuenisque castus crimine incesto iacet.
pudicus insons recipe iam mores tuos.
c″ O mors amoris una sedamen mali, 1196
o mors pudoris maximum laesi decus 1197
confugimus ad te: pande placatos sinus. 1198
mucrone pectus inpium iusto patet F. LXXXV 1206

1178 qui *E* quis *A* || cinis *Eψ* Scinis *α* || 1180 dedalea *corr. ex* dedaleo *E*[1] || 1183 exanimis *Eψ* exanimus *α* || 1185 hoc *E* hac *A* || 1187 memet pariter *A* phaedram pariter *E* || 1191 abscisam *Eψ* abscissam *α* || 1193 castes *E* || 1195 impletos *E* impiatos *A* || 1199 uindicato *Eψ* uindicati *α* || 1196 *om. ψ* || 1197 *ante* 1196 *legitur α* || amoris *ψ* pudoris *EA* || *uu. 1196—1198 qui in codicibus male post u. 1195 leguntur, suo loco (post u. 1205) restitui* || 1203 falsa *A* uana *Eψ* || 1204 incestae *A* incesto *Eψ* || 1205 puditus *E* || -

cruorque sancto soluit inferias uiro.
THE. quid facere rapto debeas gnato parens,
disce a nouerca: condere Acherontis plagis.

α Pallidi fauces Auerni uosque taenarei specus, 1210
unda miseris grata Lethes uosque torpentes lacus,
inpium rapite atque mersum premite perpetuis malis.
α′ Nunc adeste saeua ponti monstra, nunc uastum mare
ultimo quodcumque Proteus aequorum abscondit sinu
meque ouantem scelere tanto rapite in altos gurgites. 1215
α″ Tuque semper genitor irae facilis adsensor meae. 1216
sidera et manes et undas scelere conpleui meo: 1220
amplius sors nulla restat: regna me norunt tria. 1221
α‴ Morte facili dignus haud sum qui noua gnatum nece 1217
segregem sparsi per agros quique dum falsum nefas
exequor uindex seuerus, incidi in uerum scelus. 1219

a In hoc redimus: patuit ad caelum uia, 1222
bina ut uiderem funera et geminam necem
caelebs et orbus, funebres una face
ut concremarem prolis ac thalami rogos. 1225
donator atrae lucis Alcide tuum
Diti remitte munus, ereptos mihi
restitue manes.
a′ Inpius frustra inuoco
mortem relictam. crudus et leti artifex
[*exitia machinatus insolita effera*] 1230
nunc tibimet ipse iusta supplicia inroga.
pinus coacto uertice attingens humum
caelo remissum findat in geminas trabes
mittarue praeceps saxa per scironia.

1207 soluit *Eψ* soluat *α* || 1208 THE. *E om. A* || 1209 ex *A* a *E* || 1210 THES. *A om. E* || tenerai *E* taenarei *A* || 1213 *uerba* saeua ponti monstra *mihi suspecta* || 1213 quicumque *ψ* || aequoris *α* aequorum *Eψ* aequo r *ci. Scaliger* sinu *A* sinũ *E* || 1220. 1221 *ante u.* 1217 *conlocaui auctore R.P.* || 1217 morte dignum facinus ausus *A* morte facili dignus haud cum (sum *t. Gr.*) *E* || 1219 scelestus *A* seuerus *E* || nefas *A* scelus *E* || 1224 face *corr. ex* fioce E^1 facẽ E^2 *ad marg.* || 1230 *del. R.P.* || 1232 remissum *Eψ* remissa *α* || 1234 mittarque *A* mittarue *E* ||

b Grauiora uidi quae pati clausos iubet
Phlegethon nocentes igneo cingens uado:
quae poena memet maneat et sedes scio.
umbrae nocentes cedite et ceruicibus
his his repositum degrauet fessas manus
saxum seni perennis aeolio labor.
b′ Me ludat amnis ora uicina adluens,
uultur relicto transuolet Tityo ferus
meumque poenae semper accrescat iecur,
et tu mei requiesce Perithoi pater:
haec incitatis membra turbinibus ferat
nusquam resistens orbe reuoluta rota.
b″ Dehisce tellus. recipe me dirum chaos
recipe. haec ad umbras iustior nobis uia est:
gnatum sequor. ne metue qui manes regis:
casti uenimus. recipe me aeterna domo
non exiturum. non mouent diuos preces,
at si rogarem scelera, quam proni forent.
c⁰ CHOR. Theseu querelis tempus aeternum manet.
nunc iusta nato solue et absconde ocius
dispersa foede membra laniatu effero.
d THES. Huc huc reliquias uehite cari corporis
pondusque et artus temere congestos date.
Hippolytus hic est? crimen agnosco meum:
ego te peremi, neu nocens tantum semel
solusue fierem: facinus ausurus parens
patrem aduocaui. munere en patrio fruor.
o triste fractis orbitas annis malum.
d′ Complectere artus quodque de gnato est super

1235 grauiora merui quam pati inclusos iubet *ci. NHs.* || 1236 p[h]legeton *E* || cingnens *E* || 1237 maneat memet *A* memet maneat *E* || 1238 cedire *E* cedat *ψ* cedite *α* || 1240 senis *A* seni *E* || Eolij *A* aeolio *E* || 1241 abluens *A* alluens *ε* || 1243 accrescat *corr. ex* accressat E^1 || 1244 perithoi *E* pirithoi *A* || 1246 nunquam *A* nusquam *Eψ* || 1248 hoc *A* haec *Eψ* || 1257 truncosque *ci. NHs. an:* partesque? *cf. u.* 1267 || 1258 es *ci. I. Gr.* || facinus *A* crimen *E* || 1260 flerem *E* ||

miserande maesto pectore incumbens foue.
disiecta genitor membra laceri corporis
in ordinem dispone et errantes loco
restitue partes. fortis hic dextrae locus,
hic laeua frenis docta moderandis manus.
[*ponenda. laeui lateris agnosco notas.*]
quam magna lacrimis pars adhuc nostris abest.
d″ Durate trepidae lugubri officio manus
fletusque largos sistite, arentes genae, F. LXXXVI
dum membra nato genitor adnumerat suo
corpusque fingit. hoc quid est forma carens
et turpe multo uulnere abruptum undique?
quae pars tui sit dubito, sed pars est tui.
hic hic repone, non suo at uacuo loco.
a Haecne illa facies igne sidereo nitens
inimica flectens lumina? huc cecidit decor?
o dira fata. numinum o saeuus fauor.
sic ad parentem gnatus ex uoto redit?
en haec suprema dona genitoris cape
saepe efferendus. interim haec ignes ferant.
a′ Patefacite acerba caede funestam domum:
Mopsopia claris tota lamentis sonet.
uos apparate regii flammam rogi,
at uos per agros corporis partes uagas
inquirite. istam terra defossam premat
grauisque tellus inpio capiti incubet.

1265 CHOR. disiecta *E* CHOR. *om. A* || 1266 ertantes *E* | 1267 humeri locus *A* dextrae locus *Eψ* || 1268 hic dextra *ψ* hic laeua *Eα* || 1269 *del. R.P.* || 1274 quidem *A* quid *E* || 1275 multo et *A* multo *E* || ambesum *A* abruptum *E Voss.* || 1279 hic *A* huc *εψ* || 1280 furor *A* fauor *E* || 1282 Een *E* || uota *A* dona *EMEψ* || 1284 funesta *E* funestam *A* || 1288 inquirite *E* acquirite *A* anquirite *ψ* || MARCI · LVCII · ANNEI · SENECAE · PHAEDRA · EXPLICIT · FELICITER · INCIPIT · OEDYPPVS *E* || Explicit quarta Tragedia Senece. s. Ipolita. feliciter die Veneris XXVI°. mensis Maij. duꝫ dꝰ Johaññs acuth cum gentıbꝫ lige tc̃ hostil'r mılıtaret terrıtorıuꝫ dn̄ nostri ultra ///olıuꝫrc̃:~ *R* ||

L. ANNAEI SENECAE

OEDIPVS

PERSONAE

I OEDIPVS
II IOCASTA
CREO
TIRESIA
III MANTO
SENEX CORINTHIVS
NVNTIVS

CHORVS THEBANORVM. PHORBAS

SCAENA THEBIS

OEDIPVS. IOCASTA.

c° Iam nocte Titan dubius expulsa redit
et nube maestus squalida exoritur iubar
lumenque flamma triste luctifica gerens
prospiciet auida peste solatas domos
stragemque quam nox fecit ostendet dies.
a° Quisquamne regno gaudet? o fallax bonum,
quantum malorum fronte quam blanda tegis.
ut alta uentos semper excipiunt iuga
rupemque saxis uasta dirimentem freta
quamuis quieti uerberant fluctus maris,
imperia sic excelsa fortunae obiacent.
a Quam bene parentis sceptra Polybi fugeram.
curis solutus exul intrepidus uacans,
caelum deosque testor, in regnum incidi.
infanda timeo, ne mea genitor manu
perimatur. hoc me delphicae laurus monent
aliudque nobis maius indicunt scelus.

INCIPIT OEDYPPVS *E* Marci Lucii Anei Senece Edippus Tragedia | Quinta feliciter Incipit. Edippus loquit͂: *R*

---

1 OED. *E om. A* || I. n. Titan dubius expulsa redit *EM* I. n. pulsa dubius effulsit dies *A* || 2 maestum ϵ*A* maestus *Gron.* || 3 luctifica *E Ge. Fabricius* luctifera *A* || 4 prospiciet *EM Voss.* perspiciet *Burdeg.* iam cernet *A* || 10 uerberat *E* uerberant *A* || 13 uacans *E* uagans *A* uagus *VR14* || 17 maius indicunt *E* m. inducunt *Vratisl.* m. indicant *ψ* indicant maius *α* ||

a′ Est maius aliquod patre mactato nefas.
pro misera pietas eloqui fatum pudet.
, thalamos perempti Phoebus et diros toros
gnato minatur inpia incestos face.
hic me paternis expulit regnis timor.
non ego penates profugus excessi meos.
b Parum ipse fidens mihimet in tuto tua
natura posui iura. cum magna horreas,
quod posse fieri non putes metuas tamen.
cuncta expauesco meque non credo mihi.
b′ Iamiam aliquid in nos fata moliri parant.
nam quid rear quod ista cadmeae lues
infesta genti strage tam late edita
mihi parcit uni? cui reseruamur malo?
c Inter ruinas urbis et semper nouis
deflenda lacrimis funera ac populi struem
incolumis adsto. scilicet Phoebi reus
sperare poteras sceleribus tantis dari
regnum salubre? fecimus caelum nocens.
b Non aura gelido lenis adflatu fouet
anhela flammis corda, non zephyri leues
spirant, sed igne frigit aestiferi canis
Titan leonis terga nemeaei premens.
b′ Deseruit amnes umor atque herbas color
aretque Dirce, tenuis Ismenos fluit

. . . .

et tinguit inopi nuda uix unda uada.
b Obscura caelo labitur Phoebi soror
tristisque mundus nubilo pallet *Ioue*. F. LXXXVII

18 aliquot E^1 aliquod E^2 *Vrat. pr. m.* aliud *A* || 20 parentis *EA* peremptis *V* perempti *scripsi* || 21 ominatur *I. Gron.* || 23 nuno ergo *E* non ego *A* || 24 parui *ψ* fidens *om. ψ* || 26 quod *Eψ* quae *A* || 28 in *om. α* || 34 asto *E* adsto II *Pall. Ortel.* ergo *A* || 37 nec *E* non *A* || 29 igne *E* ignes *A* || friget *E* frigit *I. Gron.* auget *A* || 40 Sitan *E* || nemei *Eψ corr. A* || 42 areque (t) *E* || *post h. u. lacunam unius uersus indicaut* || 43 inopi *E ME R mg.* ipsa *A* || 45 die *EME* nouo *A* Ioue *DHs.* ||

nullum serenis noctibus sidus micat,
sed grauis et ater incubat terris uapor.
b′ Obtexit arces caelitum ac summas domos
inferna facies. denegat fructum Ceres
adulta et altis flaua cum spicis *t*remat,
arente culmo sterilis emoritur seges.
c′ Nec ulla pars inmunis exitio uacat,
sed omnis aetas pariter et sexus ruit
iuuenesque senibus iungit et gnatis patres
funesta pestis. una fax thalamos cremat
l*uc*tuque acerbo funera et questu carent.
c Quin ipsa tanti peruicax clades mali
siccauit oculos, quodque in extremis solet,
periere lacrimae. portat hunc aeger parens
supremum ad ignem, mater hunc amens gerit
properatque, ut alium repetat in eundem rogum.
c′ Quin luctu in ipso luctus exoritur nouus
suaeque circa funus exequiae cadunt.
tum propria flammis corpora alienis cremant.
diripitur ignis, nullus est miseris pudor.
non ossa tumuli sancta discreti tegunt.
b Arsisse satis est. pars quota in cineres abit?
dest terra tumulis, iam rogos siluae negant.
non uota non ars ulla conreptos leuant.
cadunt medentes, morbus auxilium trahit.
b′ Adfusus aris supplices tendo manus
matura poscens fata, praecurram ut prior
patriam ruentem neue post omnis cadam
fiamque regni funus extremum mei.
a O saeua nimium numina, o fatum graue.
negatur uni nempe in hoc populo mihi

---

49 fluctum *E*[1] *corr. E*[1] || 50 cremat *A*ϵ tremat *Gron.* || 52 nec ulla pars i. *E R10 mg.* nulla pars i. *ψ* pars nulla regni i. *α* || 53 sed ϵ*ψ* et *A* || 56 fletuque *ω* planctuque *Bo.* luctuque *scripsi* || 57 ipsa *E* ista *A* || 61 repetat *EMÆ* regerat *A* || rogum *Eψ* locum *A* || 66 discreta *ψ* || 69 correptos *E* corruptos *A* || 72 procu^{r}ram *E* praecurram *A* ||

mors tam parata? sperne letali manu
contacta regna. linque lacrimas funera
tabifica caeli uitia quae tecum inuehis
infaustus hospes. profuge iamdudum ocius
uel ad parentes.
a IOC. Quid iuuat coniunx mala
grauare questu? regium hoc ipsum reor
aduersa capere quoque sit dubius magis
status et cadentis imperi moles labet,
hoc stare certo pressius fortem gradu.
haud est uirile terga fortunae dare.
d OED. Abest pauoris crimen ac probrum procul
uirtusque nostra nescit ignauos metus.
e Si tela contra stricta, si uis horrida
Mauortis in me rueret aduersus feros
audax gigantas obuiam ferrem manus.
e′ Nec Sphinga caecis uerba nectentem modis
fugi: cruentos uatis infandae tuli
rictus et albens ossibus sparsis solum.
e Cumque e superna rupe iam praedae inminens
aptaret ales uerbera et caudae mo*ra*s
saeui leonis more concuteret mina*x*,
carmen poposci.
e′ Sonuit horrendum, insuper
crepuere malae saxaque inpatiens morae
reuulsit unguis uiscera expectans mea.
d′ Nodosa sortis uerba et inplexos dolos
ac triste carmen alitis solui ferae.
e″ IOC. Quid sera mortis uota nunc demens facis?

---

77 iam *E* tam *A* || loetuli *E*[1] || 78 contracta *ψ* || 83 sit *om.* *ψ* || 84 labet *Eψ* labat *A* || 85 gradum *E* || 90 ferox *ψ* || 91 gigantas *E* gigantes *A* || obuiam *E* obuias *A* || 93 uatis *EМE* pestis *A* || 94 sparsi *ψ* || 95 superna *E Lips. uel potius МE Mog.* superba *A* || 96 ales uerbera · є*A* alas uerbere *Scaliger* || caudae *EМE* caudam *A* mouens є*A* || 97 conciperet *EA* concuteret *ψ* *scripsi* caudae moras s. l. m. concuteret minax || 101 sortis є*ψ* fortis *A* || uerba tortis et i. d. *E* || 102 soluit *EV*[1] solui *A* || 103 IOC. *om.* *E* ||

licuit perire. laudis hoc pretium tibi
sceptrum et peremptae Sphingis haec merces datur.
b″ OED. Ille ille dirus callidi monstri cinis
in nos rebellat, illa nunc Thebas lues
perempta perdit. una iam superest salus,
si quam salutis Phoebus ostendit uiam.

CHORVS THEBANORVM. F. LXXXVIII

A a Occidis Cadmi generosa proles
urbe cum tota. uiduas colonis
respicis terras miseranda Thebe.
carpitur leto tuus ille Bacche
miles extremos comes usque ad Indos.
ausus eois equitare campis
figere et mundo tua signa primo.
cinnami siluis Arabas beatos
uidit et uersas equites sagittas,
[*terga fallacis metuenda Parthi*]
litus intrauit pelagi rubentis.
promit hinc ortus aperitque lucem
Phoebus et flamma propiore nudos
inficit Indos.

b Igne *furtiuo populante uenas*
stirpis inuictae genus interimus.

---

106 OED. *A om. E* || calidi *EA corr.* ψ || 107 luc$\overset{e}{\&}$s E^1 || CHORVS THEBANORVM *E Thu.* ψ CHORVS *A* || 112 [mi] phoebe *E* || 113 bachi ψ || 117 cinnami *E* cinna.. *Thu.* cinnamis *A* || siluis *E Thu.* syluas *A* || arabes *E* arabas *Thu.* Arabum *A* || beatos *E Thu.* beatas *A* || 118 uersa *Thu. fort.* uersos || equites *Thu. E* equitis *A* || 119 fallacis *E Voss. Thu.* ψ conuersi *A deleui uersum* || 121 hinc *ER Thu.* hic *A* || 123 *post* Indos '*in m. s. aliquot sequitur* igne uicino [*Mog. G g R 10 11 14 V*] *uel* igne furtiuo' *Commelinus. huc reuocaui G.R. auctore Phaedrae u. 285* || 125 interimos *E Thu.* ||

labimur saeuo rapiente fato.
ducitur semper noua pompa morti.
longus ad manes properatur ordo
agminis maesti seriesque tristis
haeret et turbae tumulos petenti 130
non satis septem patuere portae.
stat grauis strages premiturque iuncto
funere funus. 133

b′ Colla tacturus steterat sacerdos: 136
dum manus certum parat alta uulnus,
aureo taurus rutilante cornu
labitur segnis. patuit sub ictu
ponderis uasti resoluta ceruix: 140
nec cruor ferrum maculauit a*ter*.
turpis e plaga sanies profusa.
segnior cursu sonipes in ipso
concidit gyro dominumque prono
prodidit armo. 145

a′ Prima uis tardas tetigit bidentes. 134
laniger pingues male carpsit herbas. 135
incubant agris pecudes relictae, 146
taurus armento pereunte marcet.
deficit pastor grege diminuto
tabidos inter moriens iuuencos.
non lupos cerui metuunt rapaces, 150
cessat irati fremitus leonis,
nulla uillosis feritas in ursis,
perdidit pestem latebrosa serpens,
aret et sicco moritur ueneno,

. . . .

. . . . . .

126 rapimur *Thu.* || 132 iuncto ε *Thu.* uincto *A* || 134 135 *transposui post* u. 144 || 141 atra ω *scripsi* ater || 142 profusa est *A* est *om.* *Eψ* turpis est p. s. p. *G* || 146 agris *E* pratis *A* || 148 de minuto *E* dim. *A* || 153 perdidit *E Voss.* perbidit *Delrianus* perbibit *A* || 154 Arida et *NHs.* *post h. u. sapphicum unum cum adonio excidisse suspicor* ||

B a Non silua sua decorata coma
fundit opacis montibus umbras.
non rura uirent ubere glebae.
non plena suo uitis baccho
bracchia curua*n*t:
omnia nostrum sensere malum.

a′ Rupere Erebi claustra profundi
turba sororum face tartarea
Phlegethonque suam mutat ripam.
miscuit undis Styga sidoniis
. . . .
. . . .

b Mors a*t*ra auidos oris hiatus
pandit et omnis explicat alas.
quique capaci turbida cumba
flumina seruat
durus senio nauita crudo
uix adsiduo bracchia conto
lassata refert
fessus turbam uectare nouam.

b′ Quin taenarii uincula ferri
rupisse canem fama et nostris
errare locis, mugisse solum:
uaga per lucos simulacra uirum Quat. XI
[*maiora uiris*], bis cadmeum F. LXXXVIIII
niue discussa tremuisse nemus,
bis turbatam sanguine Dircen,
amphionios ululasse canes
nocte silenti.

---

155 silua sua *Eψ* sua sylua *A* || 158 bacho *E* Iaccho *A* hiaċo .*ψ* || 159 curuat *ω* curua n t *scripsi* || 163 suam mutat ripã *E* sua motam ripa *A post* u. 164 *duo uu. interierunt* || 165 alta *ω* a t r a *NHs.* || 169 senio *E* senior *A* || 174 errare *E* errasse *A* || 177 maiori *E* maiora uiris *deleui* || 179 bis turb. ϵ *1 Pal.* iam turb. *A* || 180 181 *conmutaui* ||

c O dira noui facies leti
grauior leto.
piger ignauos adligat artus
languor et aegro rubor in uultu
maculaeque caput sparsere leues.
tum uapor ipsam corporis arcem
flammeus urit.

c′ En sacer ignis pascitur artus
multoque genas sanguine tendit. [*oculique rigent*]
resonant aures
stillatque niger naris aduncae
cruor et uenas rumpit hiantes.
intima creber uiscera quassat
gemitus stridens

d Iamque amplexu frigida presso
saxa fatigant.
quos liberior domus elato
custode sinit, petitis fontes
aliturque sitis latice ingesto.

d′ Prostrata iacet turba per aras
oratque mori. solum hoc faciles
tribuere dei. delubra petunt
haut ut uoto numina placent
sed iuuat ipsos satiare deos.

OEDIPVS. CHORVS. CREO.

Quisnam ille propero regiam gressu petit?
adestne clarus sanguine ac factis Creo,

186 ueles *E* || 190 *huc reuocaui deletis his* oculique rigent || et ω en *scripsi* || 189 tendit *EM̶E̶* tingit *A* || 196 iamque *E Gg. Fabricius Ortel.* tunc *A* || 201 turba per aras *E Fabricii Codex* t. cadentum *A* || OEDIPVS · CHORVS · CREO | OED. *E om. A* || 206 prospero *E R14* ||

an aeger animus falsa pro ueris uidet?
CHO. adest petitus omnibus uotis Creo.
a OED. Horrore quatior fata quo uergant timens
trepid*o*que gemi*tu* pectus adflictum labat.
ubi laeta duris mixta in ambiguo iacent,
incertus animus scire cum cupiat timet.
germane nostrae coniugis fessis opem
si quam reportas, uoce properata edoce.
b CHO. Responsa dubia sorte perplexa latent.
OED. dubiam salutem qui dat adflictis, negat.
CHO. Ambage flexa delphico mos est deo
arcana tegere.
OED. fare sit dubium licet
ambigua soli noscere Oedipodae datur.
a′ CR. Caedem expiari regiam exilio deus
et interemptum Laium ulcisci iubet.
non ante caelo lucidus curret dies
haustusque tutos aetheris puri dabit.
OED. et quis peremptor incluti regis fuit?
quem memoret ede Phoebus: ut poenas luat.

γ CR. Sit precor dixisse tutum uisu et auditu horrida.
torpor insedit per artus, frigidus sanguis coit.
δ Vt sacrata templa Phoebi supplici intraui pede
et pias numen precatus rite submisi manus:
gemina Parnassi niualis arx trucem fremitum dedit.
γ′ Inminens phoebea laurus tremuit et mouit domum
ac repente sancta fontis lympha castalii stetit.

---

209 CHOR. *E om. A Oedipo libri aliquot attribuunt teste Bad.* || 210 OEDIPVS·CREON *A om. E* || 211 trepidumque gemino *ω* trepidoque gemitu *scripsi* || afflictu *E* affectu *NHs.* adflictum *scripsi* euentu *A* || 216 CHORVS *E* Creonti *datur A* || perplexe *err. typ. α* || iacent *E* latent *A* || 218 CHORVS *E* Creontis *est A* || flexa *Eψ* fexa nexa *V* nexa *A* || 221 caedem *εψ* sedem *A* || exitio *E*[1] || 222 CREO *manu detersum E* || 224 totos *ψ* || puniri *(sic) E* || 225 Et quis *Eψ* Ecquis *A* || 228 Ait pretor *ψ* || dixisse *et* et *om. α sed corr. in erratis* || tuum *ψ* || horrida *E 'alii libri' t. Delrio* horrido *ψ* horridum *A* || 231 fremitum *E* sonitum *A* || 234 At *α* || casphalii *E* ||

δ' Incipit let*o*a uates spargere horrentes comas
et pati conmota Phoebum. contigit nondum specum,
emicat uasto fragore maior humano sonus:
ε 'Mitia cadmeis remeabunt sidera Thebis,
'Si profugus Dircen ismenida liqueris hospes
'regis caede nocens Phoebo iam notus et infans.
ε' 'Nec tibi longa manent sceleratae gaudia caedis:
'tecum bella geres, gnatis quoque bella relinques
'turpi*a* maternos iterum reuolutus in ortus.'

f⁰ OED. Quod facere monitu caelitum iussus paro, F. LXXXX
functi cineribus regis hoc decuit dari,
ne sancta quisquam sceptra uiolaret dolo.
regi tuenda maxime regum est salus:
b' Quaerit p e r e m p t u m nemo quem incolumem timet.
CR. curam p e r e m p t i maior excussit timor.
OED. pium p r o h i b u i t ullus officium metus?
CR. p r o h i b e n t nefandi carminis tristes minae.
OED. nunc expietur numinum imperio scelus.
f Tu tu penes quem iura praecipitis poli
tuque o sereni maximum mundi decus
bis sena cursu signa qui uario regis,
qui tarda celeri saecula euoluis rota:
f' Sororque fratri semper occurrens tuo
noctiuaga Phoebe quique uentorum potens
aequor per altum caerulos currus agis
et qui carentis luce disponis domos:
f Quisquis deorum regna placatus uides,
adeste. cuius Laius dextra occidit,
hunc non quieta tecta non fidi lares
non hospitalis exulem tellus ferat.

---

234 loetha *E* letea *i. e. Lethaea A* leteia *ψ* Leto a *NHs.* || 237 phoebis *E* || 238 liquerit *E R14 V^1* liqueris *A* | 239 instans *E* || 241 relinqueris *E* || 242 turpes *E* turpis *A* turpi a *NHs.* || hortus *E* || 247 querit *E* querit *ψ* queritur *A* || 250 Spinx et nef. *E* prohibent nef. *A* || criminis *ψ* || 251 expletur *E^1 corr. ras.* || 252 *ante u.* 261 *transposui* | 262 nunc *E* hunc *A* || quieta *E R10* quietum *A* ||

f′ Thalamis pudendis doleat et prole inpia.
hic et parentem dextera perimat sua
faciatque — num quid grauius optari potest? —
quicquid ego fugi. non erit ueniae locus.
g Per regna iuro quaeque nunc hospes gerô
et quae reliqui perque penetrales deos,
per te pater Neptune qui fluctu breui
utrimque nostro geminus adludis solo.
et ipse nostris uocibus testis ueni
fatidica uatis ora cirrhaeae mouens.
g′ Ita molle senium ducat et summum diem
securus alto reddat in solio parens
solasque Merope nouerit Polybi faces,
ut nulla sontem gratia eripiet mihi.
sed quo nefandum facinus admissum loco est,
memorate. aperto marte an insidiis iacet?
g CR. Frondifera sanctae nemora Castaliae petens
calcauit artis obsitum dumis iter
trigemina qua se spargit in campos uia.
secat una gratum Phocidos Baccho solum,
unde altus arua deserit caelum petens
clementer acto colle Parnassos biceps.
g′ At una bimaris Sisyphi terras adit 286
gelidumque dirimit amnis elei uadum.. 289
olenia in arua tertius trames caua 287
conualle serpens tangit errantes aquas. 288
hic pace fretum subita praedonum manus 290
aggressa ferro facinus occultum tulit.
h *Oed.* In tempore ipso sorte phoebea excitus
Tiresia tremulo tardus accelerat genu
comesque Manto luce uiduatum trahens.

---

267 ergo *E* || 268 gero *E ψ* rego *A* || 275 reddat *EÆ* degat *A* regat *ψ* || 278 nefandum *EÆ* nefastum *A* || 279 Memorate *Eψ* Memorato *A* || aperto marte *εψ* Marte aperto *A* || 280 patens *E*[1] *corr. E*[1] || 281 artis *E*[1] *G* altis *A E*[3] || 282 tergemina *ψ* || 284 arua *E Æ Mog.* ima *A* || *post u.* 286 *interposui u.* 289 || elei *EA* elidis *ψ* || 288 serpit *ψ* || 292—294 *Oedipo dedi* || 293 Tiresias *ψ* || genu *Eψ* gradu *A* ||

TIRESIA ET IDEM. MANTO.

a Sacrate diuis proximum Phoebo caput
responsa solue, fare quem poenae petant.
TIR. quod tarda fatu est lingua, quod quaerit moras,
haut te quidem magnanime mirari addecet.
a′ Visu carenti magna pars ueri latet,
sed quo uocat me patria quo Phoebus sequar:
fata eruantur. si foret uiridis mihi
calidusque sanguis, pectore exciperem deum.
b Appellite aris candidum tergo bouem
curuoque numquam colla depressum iugo.
tu lucis inopem gnata genitorem regens
manifesta sacri signa fatidici refer.
MAN. opima sanctas uictima ante aras stetit.
b′ TIR. In uota superos uoce solemni uoca F. LXXXXI
arasque dono turis eoi extrue.
MAN. iam tura sacris caelitum ingessi focis.
TIR. quid flamma largas iamne conprendit dapes?
MAN. subito refulsit lumine et subito occidit.
c TIR. Vtrumne clarus ignis et nitidus stetit
rectusque purum uerticem caelo tulit
et summam in auras fusus explicuit comam?
an latera circa serpit incertus uiae
et fluctuante turbidus fumo labat?
MAN. non una facies mobilis flammae fuit.
c′ Imbrifera qualis inplicat uarios sibi
iris colores parte quae magna poli
curuata picto nuntiat nimbos sinu:
quis desit illi quisue sit dubites color.

TIRESIA ET IDEM · MANTO *E* OEDIPVS · TIRESIAS · MANTO *A* || 295 OED. *E om. A* || 297 tarda fatu est *E Voss. Crus.* tarda fatu *g? R 11 mg.* tardo fatum *A* || 298 haut equidem *E Delrianae membr.* haud te quidem *A* || 299 carenti *Eψ* carentem *A* || 302 exciperem *E Voss. ψ* excuterem *A* || 306 fatifici *ψ* || 307 uictima≡ante *E* || 311 comprendit *εψ* comprehendit *A* || 312 lumine *E* lumen *A* || 318 mobili *Bo.* ||

caerulea fuluis mixta oberrauit notis,
sanguinea rursus, ultima in tenebras abit.
c″ Sed ecce pugnax i g n i s in partes duas
discedit et se scindit unius sacri
discors fauilla. genitor horresco intuens:
libata Bacchi dona permutat cruor
ambitque densus regium fumus caput
ipsosque circa spissior uultus sedet.
[*et nube densa sordidam lucem abdidit.*]
d Quid sit, parens effare.
TIR. quid fari queam
inter tumultus mentis attonitae uagus?
quidnam loquar? sunt dira sed in alto mala.
solet ira certis numinum ostendi notis.
quid istud est quod esse prolatum uolunt
iterumque nolunt et truces iras tegunt?
d′ Pudet deos nescio quid. huc propere admoue
et sparge salsa colla taurorum mola.
placidone uultu sacra et admotas manus
patiuntur?
MAN. altum taurus attollens caput
primos ad ortus positus expauit diem
trepidusque uultum obliquat et radios fugit.
e TIR. Vnone terram uulnere adflicti petunt?
MAN. iuuenca ferro semet inposito induit
et uulnere uno cecidit, at taurus duos
perpessus ictus huc et huc dubius ruit
animamque fessus uix reluctantem exprimit.
d TIR. Vtrum citatus uulnere angusto micat
an lentus altas inrigat plagas cruor?
MAN. huius per ipsam qua patet pectus uiam
effusus amnis, huius exiguo graues

---

324 ultima *E* ultimum *A* || 331 densa ω tensa *C. Barthius. uersum deleui* || 333 uagus *E* uagos *A* || 337 iras ε*R* aras *A* || 338 prope *ME G V*² || 343 uultum solis et *EME* uultum obliquat et *A* || 345 imposito *E ME Voss.* ψ opposito *A* opposita *R* || 351 huius *E*ψ uiuus *A* ||

maculantur ictus imbre, sed uersus retro
per ora multus sanguis atque oculos redit.
e TIR. Infausta magnos sacra terrores cient.
sed ede certas uiscerum nobis notas.
MAN. genitor quid hoc est? non leui motu ut solent
agitata trepidant exta, sed totas manus
quatiunt nouusque prosilit uenis cruor.
e′ Cor marcet aegrum penitus ac mersum latet
liuentque uenae, magna pars fibris abest
et felle nigro tabidum spumat iecur
ac semper omen unico imperio graue
en capita paribus bina consurgunt toris.
e′ Sed utrumque caesum tenuis abscondit caput
membrana. latebram rebus occultis negans
hostile ualido robore insurgit latus
septemque uenas tendit. has omnis retro
prohibens reuerti limes oblicus secat.
d′ Mutatus ordo est, sede nil propria iacet,
sed acta retro cuncta. non animae capax
in parte dextra pulmo sanguineus *l*a*t*et, F. LXXXXII
non laeua cordi regio, non molli ambitu
omenta pingues uisceri obtendunt sinus.
natura uersa est, nulla lex utero manet.
d Scrutemur unde tantus hic extis rigor.
quod hoc nefas? conceptus innuptae bouis
nec more solito positus alieno in loco
inplet parentem. membra cum gemitu mouet.
rigore tremulo debiles artus micant,
infecit atras liuidus fibras cruor.
d′ Temptantque turpes mobilem trunci gradum
et inane surgit corpus ac sacros petit

---

357 hoc *om.* *ψ* || 359 nouusque *E G? quidam Delr.* nouisque *A* || 370 nichil *E* || iacent *E* || 372 iacet *ω* latet *scripsi* || 373 cordi *E* cordis *A* regio cordis *ψ* || 374 uisceri *E Pall.* uiscerum *A* uiscera *R14 G* || 376 TIR. *A om. Eψ* || Scrutetur *ψ* || liuor *ψ* || 377 MAN. *A om. Eψ* || innuptae *EM* infaustae *A* || 380 rigore tremulo *E* tremulo rigore *A* 381 atras *EMψ* arctas *A* || 383 ac sacros *A* at s. *E* ||

cornu ministros. uiscera effugiunt manum.
neque ista quae te pepulit armenti grauis
uox est nec usquam territi resonant greges:
inmugit aris ignis et trepidant foci.
b OED. Quid ista sacri signa terrifici ferant
exprome: uoces aure non timida hauriam.
[*solent extrema facere securos mala.*]
TIR. his inuidebis quibus opem quaeris malis.
OED. memora quod unum scire caelicolae uolunt,
contaminarit rege quis caeso manus.
b′ TIR. Nec alta caeli quae leui pinna secant
nec fibra uiuis rapta pectoribus potest
ciere nomen. alia temptanda est uia.
ipse euocandus noctis aeternae plagis,
emissus Erebo ut caedis auctorem indicet.
a Reseranda tellus, Ditis inplacabile
numen precandum, populus infernae Stygis
huc extrahendus. ede cui mandes sacrum?
nam te penes quem summa regnorum nefas
inuisere umbras.
a′ OED. Te Creo hic poscit labor,
ad quem secundum regna respiciunt mea.
TIR. dum nos profundae claustra laxamus Stygis,
populare Bacchi laudibus carmen sonet.

CHORVS.

A Effusam redimite comam nutante corymbo
mollia nysaeis armat*ae* bracchia thyrsis.

---

384 manum ε manus *1 Pal.* manu *A* || 385 ista *E* ipsa *A* || 386 resonant ε*ÆE*ψ fugiunt *A* mugiunt *Lipsius, uoluitne* rugiunt? || 387 are segnis ψ || 389 exprime ψ || 390 *deleui.* extrema *E ceteri codd.* suprema α || securos facere ψ || 394 leuis *A* leui *E Voss.*ψ || secat *A* secant *E Voss.*ψ || 395 parta ψ || 399 Reserenda α *err. typ.* || INPLAC... *Rescr.* || 401 mandes *EA* mandas *Vrat. Bo.* || 402 regnorum est n. *A* est *om. E* || 406 pupolare *E* || CHORVS *EA om.* ψ || 408 armatus *E Thu.* armate *A* armati ψ armatae *Rescr.*? ||

α Lucidum caeli decus *o Lyaee*
huc ades uotis *placidus secundis* 410
palmis supplicibus | quae tibi nobiles
Thebae Bacche | tuae ferunt.

α′ Huc aduerte fauens uirgineum caput,
uultu sidereo discute nubila.
et tristes Erebi minas 415
mitis auertas auidumque fatum.

a Te decet cingi *madidos capillos*
floribus uernis | hederaue mollem 418 420
bacc*are et* fes*to* religare frontem, 421
te caput tyria cohibere mitra, 419
spargere effusos sine lege crines, 422
rursus adducto reuocare nodo. 423

E Lucidum caeli decus huc ades uotis 409
Quae tibi nobiles
Thebae Bacchę tuae
Palmis supplicibus ferunt
Huc aduerte fauens uirgineum caput
Vultu sydereo discute nubila
Et tristes herebi minas 415
Auidumque fatum.
Te decet cingi comam floribus uernis
Te caput tyria cohibere mitra
Hederaue . . . mollem 420
Bacifera religare frontem.
Spargere e. q. s.

haec in E leguntur a quo quid differant uulgares libri statim addam: 410 adeas *α* || 411 Q. t. n. Th. B. t. *unum uersum efficiunt A* || 415 Et — fatum *coniuncti α* || 420 *II uel III literae erasae E nulla lacuna A* || Hederaue — frontem *coniuncti A* || Bacchifera *A* ||
423 renouare *E* reuocare *A* ||

409—418 *adnotabo quae alii suppleuerunt* || 416 *iambica penthemimeris periisse uidetur* (Patria pellas *Swob.*) *solam arsin desiderat GR ut efficiatur stropha similis illi quae est Phaed. 1289 sqq.* (Pelle *GR.*) || 417 madidos capillos *ex Gregorii Corrarii Progne repetii* || 419 picta c. m. *GR* || *uersum hunc post u.* 421 *conlocauit Swoboda* ||

a Qualis iratam metuens nouercam
creueras falsos imitatus artus
crine flauenti simulata uirgo
lutea uestem retinente zona.
inde tam molles placuere cultus
et sinus laxi fluidumque syrma.

a″ Vidit aurato residere curru
. . . .
ueste cum longa regeres leones,
omnis eoae plaga uasta terrae,
qui bibit Gangen niueumque quisquis
frangit Araxen.

B Te senior *pando* sequitur Silenus asello
turgida pampineis redimitus tempora sertis.
condita lasciui deducunt orgia mystae. F. LXXXXIII

b Te Bassaridum comitata cohors
nunc edoni pede pulsauit
sola Pangaei, | nunc cadmeas
[*nunc threicio uertice Pindi*]
inter matres inpia maenas
comes ogygio uenit Iaccho
nebride sacra praecincta latus.

b′ Tibi conmotae pectora matres
fudere comam
thyrsumque leuem uibrante manu
iam post laceros Pentheos artus

---

427 lutea *Eψ* luteam *A Rescr.?* || 428 Inde *Eψ* unde *A* || *post. u.* 430 *excidisse uersum puto* || 431 tegeres *Rescr.? ψ* || 432 ueste E^1 uasta *corr.* E^1 *A* || 435 turpi ω pando *scripsi* tardo *Bo.* || 435—478 *absunt ab R 14 Coloniensi et nonnullis Pall.* || 439 eden ope depulsauit *E* (sed en *in ras.* E^1) ψ Edonii p. p. *A* Edoni *GFabricius Rescr.?* edon ope dep. *R 14* || 440b 441a *deleui* || 448 lacertos *E* laceros *A* ||

thyades oestro membra remissae
uelut ignotum uidere nefas.

C Ponti regna tenet nitidi matertera Bacchi
Nereidumque choris cadmeia cingitur Ino.
ius habet in fluctus magni puer aduena ponti
cognatus Bacchi numen non uile Palaemon.

c Te tyrrhena puer rapuit manus
. . . .

c′ Et timidum Nereus posuit mare,
caerula cum pratis mut*an*t freta.

c Hinc uerno platanus folio uiret
et Phoebo laurus carum nemus.

c′ Garrula per ramos auis obstrepit
. . . .

c Viuaces hederas r*e*mus tenet,
summa ligat uitis carchesia.

c′ Idaeus prora fremuit leo,
tigris puppe sedet gangetica.

c Tum pirata freto pauidus natat
et noua demersos facies habet.

c′ Bracchia prima cadunt praedonibus
inlisumque utero pectus coit.

---

449 ostro ψ || remissa ψ || 451 Fontis ψ || 453 in portus *GR ci. ex Ouid. Fast. VI 546* || *post u.* 455 *intercidisse uersiculum puto* || 456 at *Swoboda* || timidum *E*ψ tumidum *A* || 457 mutat ω mutant *g IGron.* mutas *IGron.* || *post* 460 *unius uersus lacunam statui. u.* 460 *uncinis saepsit Bo.* || 461 ramus ω remus *g et ci. Raphelengius coll. Ouid. M. III 644* | 465 Dum *A* Tum $\epsilon\psi$ || peirata α || 468 *transponendum post 469 putabat Swoboda* ||

c Paruula dependet lateri manus
et dorso fluctum curuo subit.

c′ Lunata scindit cauda mare
et sequitur curuus fugientia
carbasa delphin.

D Diuite Pactolos uexit te lydius unda
aurea torrenti deducens flumina ripa.
laxauit uictos arcus geticasque sagittas
lactea Massagetes qui pocula sanguine miscet.
regna securigeri Bacchum sensere Lycurgi.

d Senser*unt* terrae Zalacum feroces
quosque uicinus Boreas *colonos*
arua mutantes ferit — · — —
quasque Maeotis *pharetra superbas*
adluit gentes *gel*ido flu*ento*
quasque despectat ri*gidus Bootes*
Arcad*u*m sidus geminumque plaustrum
——— ——— uertice summo.

474 pactolos *Eψ* Pactolus *A* || 476 *uersum forte in A omissum GFabricius ex m. s. reposuit adestque in omnibus ut uidetur codd.* || 477 lacta *E* lactea *A* || massagetes *Eψ* Mesagetae *α* || miscet *Eψ* miscent *A* || 478 ligurgi *E Thu. ψ corr. A* ||

E Sensere terrae zalacum feroces 479
Et quos uicinus boreas ferit 480
Rigido fluctu
Quasque despectat uertice summo
Sidus archadium 485
Geminumque plaustrum

Arua mutantes alluit gentes
Quasque maeotis
frigido fluctu

479 zedacum *A* cedacum *ψ* || 481 Arua mutantes quasque Maeotis | Alluit gentes frigido fluctu *A illa ab antiqua sed ut uidetur non prima manu addita E* || 485 Sidus — plaustrum *coniuncti A* ||

---

472 473 *ex hexametro alcmanium cum adonio effecit GR* || Te seq. *ψ* seq. pandus fug. *GR* || 479 Senserant *GR* || 482 pharetra sup. *Swoboda* || 483 gelido *Gron.* || fluento *Swob.* || 484 glacialis ursa *Swob.* ||

d′ Ille dispersos domuit Gelonos,
ille detraxit trucibus puellis
arma. deiecto petiere terram
ore thermodontiacae cateruae
supplices Bacchi positisque tandem
— · — — — leuibus sagittis
— · — factae M*i*ny*ei*des*que*
numen adorant.

d″ Sanguine undauit sacer *hinc* Cithaeron
— · — *am*phioniaque caede.
Proetides siluas petiere et Argos
praes*ti*tem Bacchum coluit nouerca.
Naxos aegaeo redimita ponto

E Ille dispersos domuit gelonos
Arma detraxit trucibus puellis
Ore deiecto petiere terram
Thermodontiacae cateruae
Positisque tandem leuibus sagittis
Męnadaes factae
Sacer cytheron sanguine undauit
Ophioniaque caede
Proetides siluas petiere et argos
Presente bacchum coluit nouerca
Naxos aegeo redimita ponto

490 Th. graues c. *ed. Lugd.?* graues *abest EA* || 493 Męnidaes *E t. Ribbekkio* Maenades *t. Gron.* mites sunt factae *A* || 495 sacer et C. *A* || inundauit *A* in *abest ψ* || 497 Presides *ψ* || agros *A* || 498 praesentem *A* ||

---

488 Ille *RKuenstler et GR* || 491 supplices Baccho *Swob.* Bacchi *ego* || 494 numen adorant *RKuenstler* || 496 Amphioniaque *IGron.* || 498 praesidem *GFabricius cum Auantio* colit urbs nouercae *Swob. an:* praestitem B. c. nouercae*?* ||

tradidit *dignis* thalamis relictam
uirginem *cressam* meliore pensans
damna marito.

d Pumice ex sicco *feriente thyrso*
Nycteli *iussu* la*tices* flu*ebant.*
garruli gramen secuere riui.
conbibit dulces humus alta sucos
roscidi mellis niueique lactis
candidos fontes · · — · — —
— · — — — · · — · — —
— · · — —

d′ Ducitur magno noua nupta caelo
igne solemn*i*. *sociale* Phoebus
carmen — — — · · — · — —

E Tradidit thalamis
Relictam uirginem
Meliore pensans
Damnum marito
Pumice ex sicco flux̃
Nycteleus latex
Garruli gramen secuere riui
Conbibit dulces humus alia sucos
Niueique lactes candidos fontes F. LXXXXIIII
Et mixta odoro lesbia cum thymo
Ducitur magno noua nupta caelo
Solemne phoebus carmen

500 tradidit thalamis uirginem relictam *A* || 501 Meliore p. damna marito *A* || 503 Pumice ex s. fluxit Nycteleus latex *A* nictelius *ψ* || 506 alta *A* || 507 lactis *A* lacus *ψ* || 510 carmen canit *A* ||

---

500 tr. Bacchi th. *GR* sponsam *Swob.* || 503 feriente thyrso *GR* || 504 Nycteli iussu *GR* || latices fluebant *Swob.* || 507 Mellis Hyblaei *Swob.* Roscidi mellis *GR* || 510 sociale *RKuenstler* ||

cantat infusis umero capillis.
concutit taedas geminus Cupido.
Iuppiter telum posuit *coruscum*
odit *et* Baccho ueniente fulmen

— . . — —

E Lucida dum current annosi sidera mundi,
oceanus clausum dum fluctibus ambiet orbem
lunaque dimissos dum plena recolliget ignes,
dum matutinos praedicet Lucifer ortus
altaque caeruleum dum Nerea nesciet Arctos:
candida formonsi uenerabimur ora Lyaei.

OEDIPVS. CREO.

α Etsi ipse uultus flebiles praefert notas,
exprome cuius capite placemus deos.
CR. fari iubet tacere quae suadet metus.
α′ OED. Si te ruentes non satis Thebae mouent,
at sceptra moueant lapsa cognatae domus.
CR. nescisse cupies nosse quae nimium expetis.
α OED. Iners malorum remedium ignorantia est.
itane et salutis publicae indicium obrues?
CR. ubi turpis est medicina, sanari piget.
α′ OED. Audita fare, uel malo domitus graui
quid arma possint regis irati scies.

E Infusis humero capillis 513
Cantat et geminus cupido
Concutit taedas
Telum deposuit iuppiter igneum
Oditque baccho ueniente fulmen.

513 Concinit taedas geminus Cupido *A* concutit *cum E R14* || 515 condidit *α* condit *uel* conditque *ψ* oditque *R1114*
518 demissos *E* d'missos *R13* dimissos *A Thu.* || 522 Et (*om.* si) *ψ* || 523 exprome *E Rescr.* expone *A* || 526 lassa *G* lapsa (p *in ras.*) E^2 || 529 et *A* c̃ *E* || 530 sanare *E* ||

---

514 coruscum *Swoboda* || *post* 515 fronte serena *suppl. exempli causa GR* ||

CR. odere reges dicta quae dici iubent.
α OED. Mitteris Erebo uile pro cunctis caput,
arcana sacri uoce ni retegis tua.
CR. tacere liceat. ulla libertas minor
a rege petitur?
α′ OED. Saepe uel lingua magis
regi atque regno muta libertas obest.
CR. ubi non licet tacere, quid cuiquam licet?
α″ OED. Imperia soluit qui tacet iussus loqui.
CR. coacta uerba placidus accipias precor.
OED. ulline poena uocis expressae fuit?

a CR. Est procul ab urbe lucus ilicibus niger,
Dircaea circa uallis inriguae loca. 544
amara bacas laurus et tiliae leues 551
et paphia myrtus et per inmensum mare 552
motura remos alnus et Phoebo obuia 553
enode zephyris pinus opponens latus. 554
a′ Cupressus altis exerens siluis caput 545
uirente semper adligat trunco nemus
curuosque tendit quercus et putres situ
annosa ramos. huius abrupit latus
edax uetustas, illa iam spissa cadens
radice fulta pendet aliena trabe.
a″ Medio stat ingens arbor atque umbra graui
siluas minores urguet et magno ambitu
diffusa ramos una defendit nemus.
tristis sub illa lucis et Phoebi inscius
restagnat umor frigore aeterno rigens.

534 Mittes *E* || 536 ulla l. m. a r. petitur? *E* nulla *A* || 537 uel *EA* uilis *aut* uili ψ || 539 ubi tacere non licet ψ || *ante u.* 545 *conlocaui uu.* 551—554 || 551 amarae α *err. typ.* || bacas *E* baccis *A* bachis ψ || 553 alnus (u *in ras.*) *E*² || remos εψ ramos *A* || *u.* 545 *uersum* 546 *sequitur in Rescr.* || 548ᵇ. 549ᵃ *om.* ψ || 549 illa *EME* sylua *A* || spissa *E* fessa *A Rescr.?* || 556 siluas minores urguet *EA* silua minore surgit ψ || 557 ramos *E Rescr.* ramis *A* || una ε *A* umbra ψ || 558 lucis ε *A* lucus ψ || 559 restagnat ε *R m. sec. Vrat.* hic stagnat *A* hinc st. ψ ||

limosa pigrum circumit fontem palus.
b Huc ut sacerdos intulit senior gradum,
haut est moratus. praestitit noctem locus.
tum effossa tellus et super rapti rogis
iaciuntur ignes. ipse funesto integit
uates amictu corpus et frondem quatit.
. . . .
lugubris imos palla perfundit pedes.
b′ Squalente cultu maestus ingreditur senex.
mortifera canam taxus adstringit comam.
nigro bidentes uellere atque atrae boues
antro trahuntur. | sanguinem libat focis 570ᵃ 576ᵇ
solidasque pecudes urit et multo specum 577
saturat cruore. | flamma praedatur dapes. 578ᵃ 570ᵇ
uiuumque trepidat igne ferali pecus. F. LXXXXV
c Vocat inde manes teque qui manes regis
et obsidentem claustra lethaei lacus
carmenque magicum uoluit et rabido minax
decantat ore quicquid aut placat leues
aut cogit umbras. 576ᵃ
c′ Libat et niueum insuper 578ᵇ
lactis liquorem fundit et bacchum manu
laeua canitque rursus ac terram intuens
grauiore manes uoce et attonita citat.
d Latrauit Hecates turba, ter ualles cauae
sonuere maestum, tota succusso solo
pulsata tellus. 'audior', uates ait,
'rata uerba fudi, rumpitur caecum chaos
'iterque populis Ditis ad superos datur.'

---

560 circumit *E* || 563 tum *EA* *tunc* *ψ* || effossa *EA* fossa *Fabricii codex* || 565 frondem *EA* frontem *MEψ* || *post* 565 *unum uersum interiisse puto* || 566 perfundit ε*ψ* pertundit *A* || 570 antro *E* retro *A* || *interposui inter hemistichia u.* 569ᵃ *et* ᵇ *uersus* 576ᵇ 577 578ᵃ || 576ᵇ sanguinem libat focis *E* *Regiomontani liber* irrigat sanguis focos *A* || 577 solidatque *E*¹ || 573 loetalis *ω* lethaei *NHs.* || locus *α err. typ.* || 580 ac *E* et *A* || 581 citat *E* ciet *R* || 582 per *E* ter *A* etiam *aut* et *ψ* || canas *E* cauae *A* ||

e Subsedit omnis silua et erexit comas.
duxere rimas robora et totum nemus
concussit horror, terra se retro dedit
gemuitque penitus: siue temptari abditum
Acheron profundum mente non aequa tulit
siue ipsa tellus, ut daret functis uiam,
conpage rupta sonuit aut ira furens
triceps catenas Cerberus mouit graues.
e′ Subito dehiscit terra et inmenso sinu
laxata patuit. ipse torpentes lacus
uidi inter umbras, ipse pallentes deos
noctemque ueram. gelidus in uenis stetit
haesitque sanguis. saeua prosiluit cohors
et stetit in armis omne uipereum genus
fratrum cateruae dente dircaeo satae
auidumque populi pestis ogygii malum.
d′ Tum torua Erinys sonuit et caecus furor
horrorque et una quicquid aeternae creant
celantque tenebrae: luctus auellens comam
aegreque lassum sustinens morbus caput
grauis senectus sibimet et pendens metus.
d″ Nos liquit animus. ipsa quae ritus senis
artesque norat, stupuit. intrepidus parens
audaxque damno conuocat Ditis feri
exangue uulgus. ilico ut nebulae leues
uolitant et auras libero caelo trahunt.
c Non tot caducas educat frondes Eryx
nec uere flores Hybla tot medio creat,
cum examen *atro* nectitur densum globo,
fluctusque non tot frangit ionium mare.
c′ Nec tanta gelidi Strymonis fugiens minas

---

587 comas *E* comam *A* || 590 obditum *α err. typ.* || 596 torpentes lacus *E* pallentes deos *A* || 597 pallentes deos *E* torpentes lacus *A* || 598 stetit *ψ* || 603 Tum tota *ψ* || 606 lassum *Eψ* lapsum *A* || sustinet *ψ* || 613 Eryx *EA* Oetha *uel* etha *uel* Oethea *ψ* || 615 alto *ω* atro *scripsi* arto *GR* || 616 ionius *E* || 617 strynnonis *E* ||

permutat hiemes ales et caelum secans
tepente Nilo pensat arctoas niues,
quot ille populos uatis eduxit sonus.
d *A*uide latebras nemoris umbrosi petunt
animae trementes. primus emergit solo
dextra ferocem cornibus taurum premens
Zethus manuque sustinens laeua chelyn
qui saxa dulci traxit Amphion sono.
d′ Interque natos Tantalis tandem suos
tuto superba fert caput fastu graue
et numerat umbras. peior hac genetrix adest,
furibunda Agaue [*tota quam sequitur manus*
partita regem] sequitur et Bacchis lacer
Pentheus tenetque saeuus etiam nunc minas.
d″ Tandem uocatus saepe pudibundum extulit
caput atque ab omni dissidet turba procul
celatque semet. instat et stygias preces
geminat sacerdos, donec in apertum efferat
uultus op*ac*os Laius. fari horreo.
g Stetit per artus sanguine effuso horridus F. LXXXVI
paedore foedo squalidam obtentus comam
et ore rabido fatur: ‘o Cadmi effera
cruore semper laeta cognato domus
uibrate thyrsos. enthea gnatos manu
lacerate potius: maximum Thebis scelus
maternus amor est.
g′ Patria non ira deum
sed scelere raperis. non graui flatu tibi
luctificus auster nec parum pluuio aethere

619 Tepente ϵ*A* Torpente *ψ* || 621 Pauide ϵ*A* Pauidae *ed. Lugd.?* Auide *Markland* || umbrosis *E* || 624 sustinens *E g?* substinens *R* sustinet *A* || 627 graue *E Heinsianus minor* graui *A* || 628 ac *uel* at *ψ* || 629[b] 630[a] *sustuli* || 630 bacchis *E* bachas *ψ* Baccham *A* || lacer ϵ*ψ* sacer *α* || 632 pudibundus *ψ* || 633 desidet *ME* || 636 opertos ϵ*A* apertos *ψ* opacos *scripsi* || 637 per ϵ*A* que *ψ* || horridos *NHs.* || 638 obtentus *Eψ* obtectus *A* || 641 penthea *E V′*[2] enthea *A* ethnea *ψ* ||

satiata tellus halitu sicco nocet,
sed rex cruentus pretia qui saeuae necis
sceptra et nefandos occupat thalamos patris.
g′ Inuisa proles, sed tamen peior parens
quam gnatus, utero rursus infausto grauis
egit qui in ortus semet et matri inpios
fetus regessit quique uix mos est feris,
fratres sibi ipse genuit, inplicitum malum
magisque monstrum Sphinge perplexum sua.
d Te te cruenta sceptra qui dextra geris,
te pater inultus urbe cum tota petam
et mecum Erinnys pronubas thalami traham
t*oruu*m sonantes uerbera. incestam domum
uertam et penates inpio marte obteram.
d′ Proinde pulsum finibus regem ocius
agite exulem. quocumque funesto gradu
solum relinquet, uere florifero *nemus*
reparabit herbas, spiritus puros dabit
uitalis aura ueniet et siluis decor.
[*letum luesque mors labor tabes dolor*
comitatus illo dignus excedent simul.]
d″ Et ipse rapidis gressibus sedes uolet
effugere nostras, sed graues pedibus moras
addam et tenebo: re*p*et incertus uiae
baculo senili triste praetemptans iter.
eripite terras, auferam caelum pater.
g OED. Et ossa et artus gelidus inuasit tremor:
quicquid timebam facere, fecisse arguor.

---

647 praecia *E* pretia *Mog.* praemia *MEψ* prima *A* || 648 sceptrum *Gron.* || 651 Egitque *Eψ* Egit qui *A* || 652 uix *EA* nec *ψ* || 657 erynim prenubam *E* Erinnes pronubas *A* || 658 traham *ω* toruum *scripsi* || incestam *εA* incertam *ψ* || 661 quocumque *Eψ* quacumque *A* || 662 relinquat *A* relinquet *εψ* || uirens *ω* nemus *scripsi* (*fort. transpositis hemistichiis:* spiritus p. d. V. a. uere f. nemus Reparabit h. ueniet et s. d.) || 665 666 *sustuli* excedunt *ψ* || 669 repetet *Eψ* reptet *A* repet *DHs.* || 671 Eripite *E* Praeripite *A* || 672 OED. *εψ om. A* || 673 OED. *A om. εψ* ||

tori iugalis abnuit Merope nefas
sociata Polybo, sospes absoluit manus
Polybus meas. uterque defendit parens
caedem stuprumque. quis locus culpae est super?
g′ Multo ante Thebae Laium amissum gemunt
Boeota gressu quam meo tetigi loca.
falsusne senior an deus Thebis grauis? —
iamiam tenemus callidi socios doli.
mentitur ista praeferens fraudi deos
uates tibique sceptra despondet mea.
h CR. Egone ut sororem regia expelli uelim?
si me fides sacrata cognati laris
non contineret in meo certum statu,
tamen ipsa me fortuna terreret nimis
sollicita semper. liceat hoc tuto tibi
exuere pondus nec recedentem opprimat.
iam te minore tutior pones loco.
h′ OED. Hortaris etiam, sponte deponam ut mea
tam grauia regna?
CR. suadeam hoc illis ego,
in utrumque quis est liber etiamnum status.
tibi iam necesse est ferre fortunam tuam.
OED. certissima est regnare cupienti uia
laudare modica et otium ac somnum loqui.
ab inquieto saepe simulatur quies.
i CR. Parumne me tam longa defendit fides?
i′ OED. Aditum nocendi perfido praestat fides.
g CR. Solutus onere regio regni bonis
fruor domusque ciuium coetu uiget
nec ulla uicibus surgit alternis dies Quat. XII
qua non propinqui munera ad nostros lares F. LXXXXVII

---

675 Sociato *E* || absoluet *E* absoluit *A* || 676 *abest Vg* || 688 libeat *Bo.* || 689 nec *E* ne *A* || 692 CRE. Tam *E* cresua deam *E* || 693 qui se liber *E* || stantus *E* || 694 Tibi ~~et~~ iam *E* || 695 uox *E* uia *A* || 696 et totium *E*[1] || ac εψ at *A* || loqui *EME* sequi *A* || 698 fides *EME* dies *A* || 699 fides *EME* dies *A* || 702 Nec nulla *α* || 703 nostras *α* ||

sceptri redundent cultus opulentae dapes.
donata multis gratia nostra salus.
i Quid tam beatae desse fortunae rear?
i′ OED. Quod dest: secunda non habent umquam modum.
k° CR. Incognita igitur ut nocens causa cadam?
OED. num ratio uobis reddita est uitae meae?
num audita causa est nostra Tiresiae? tamen
sontes uidemur. facitis exemplum: sequor.
k CR. Quid si innocens sum?
OED. dubia pro certis solent
timere reges.
CR. qui pauet uanos metus,
ueros meretur.
OED. quisquis in culpa fuit,
dimissus odit omne quod dubium putat.
k′ CR. Sic odia fiunt.
OED. odia qui nimium timet
regnare nescit. regna custodit metus.
CR. qui sceptra duro saeuus imperio regit,
timet timentis.
Oed. metus in auctorem redit.
l Seruate sontem saxeo inclusum specu.
ipse ad penates regios referam gradum.

---

707 Quod de ē *E* deest *Vrat. m. sec.* Quod res *A* || secunda *E* secundae *A* || 711 ut sequ$\overset{a}{o}$r E^1 || 714 meretur *E* fatetur *A* || 715 omne odit *ψ* || quod obuium ē · eat *E* quod dubium putat *A* quod dubium est, eat *Gron.* || 719 *Creontis sunt ω Oedipo dedi* || 720 OED. *ω deleui* ||

CHORVS.

α Non tu — · · — · —
tanti *es* causa peri*culi*.
non haec Labdacidas petunt
∗ fata sed ueteres deum
irae — · ∗ secuntur

β — — castalium — · · — nemus
umbram sidonio praebuit hospiti
· *al*luitque — · Dirce
— · · — tyrios colonos

β′ Vt primu*s* *ingens* gnatus Agenoris
fessus per orbem furta sequi Iouis
sub nostra pauidus constitit arbore
praedonem uenerans *de*um.

γ — · — — — monituque Phoebi
iussus erranti comes ire uaccae

E CHO. Non tu tantis causa periclis
Non haec labdacidas petunt
Fata sed ueteres deum
Irae secuntur. castalium nemus
Umbram sydonio praebuit hospiti
Lauitque dirce tyrios colonos
Vt primum magni natus agenoris
Fessus per orbem furta sequi iouis
Sub nostra pauidus consistit arbore
Predonem uenerans suum
Monituque phoebi
Iussus erranti comes irae uaccae

724 lapdacitas *V*[1] lapdacias *V*[2] || premunt *A* || domos *add.* *V* || 729 que *om.* *R* || 733 sub nostrae ramis constitit arboris *A* || 734 numerans *A* ||

---

729 lauatque *GR* || 731 primum iniqui *GR* || 734 deum *GR coll. Ou. met. II 28:* sacra Ioui facturus erat. ||

flexerat quam non · · — · — —
uomer aut tardi iuga curua plaustri,
inauspicatas deseruit fugas
nomenque genti de boue tradidit.

γ' Tempore ex illo noua monstra semper
protulit tellus · · — · — —
* * *

δ Aut anguis imis uallibus editus
annosa supra robora sibilat
supraque pinus — · · — · —
supra chaonias celsior arbores
erexit · · — caeruleum caput,
cum maiore sui parte recumberet.

δ' Aut feta tellus — · · — · —
* inpio partu * *
effudit arma — · · — · —
— · — — — sonuit reflexo
classicum cornu lituusque adunco

E Quam non flexerat uomer aut tardi 737
Iuga curua plaustri
Deseruit fugas nomenque genti
Inauspicata de boue tradidit.
Tempore ex illo noua monstra semper
Protulit tellus. aut anguis imis
Vallibus editus annosa supra
Robora sibilat superatque pinus
Supra chaonias celsior arbores
Erexit cęruleum caput
Cum maiore sui parte recumberet
Aut feta tellus impio partu
Effudit arma
Sonuit reflexo cassicum cornu

737 q. n. fl. | u. a. t. i. c. plaustri *A* || 745 supraque *A* || 747 Caeruleum erexit c. *A* ||

stridulos cantus *elisit aere.

ε *non ante linguas agiles et *ora
uocis ignotae · · — · — —
* clamore primum
hostico experti · · — · — — .

* * *

a Agmina campos cognata tenent
dignaque iacto semine proles
uno aetatem permensa die
post Luciferi nata meatus
ante hesperios occidit ortus.

a′ Horret tantis aduena monstris
populique timet bella recentis,
donec cecidit saeua iuuentus
genetrixque suo reddi gremio
modo productos uidit alumnos.

b′ Hac transierit ciuile nefas.
illa herculeae norint Thebae
proelia fratrum. F. LXXXXVIII

a [Quid cadmei fata nepotis,
cum uiuacis cornua cerui

E Lituusque adunco stridulos cantus
Elisit aere non ante linguas
Agiles et ora uocis ignotae
Clamore primum hostico experti

755 Alias et arma *A* ora *in ras.* R^2 || 760 Lignaque *E* || 765 regentis *E* recentis *ψ* ruentis *A* || *de uu.* 772 — 784 *uid. Obseruatorum librum p. 36 ubi Oedipi I relliquias male huc delatas esse suspicatus sum. Interponendos igitur credo post eius fragmenti u. 318* ||

---

754 c. simul edit aere *GR* || 755 iam mouent linguas a. et horrent | uocis i. sonitus *uel* et arua | u. i. resonant fragore *GR* ||

frontem ramis texere nouis,
dominumque canes egere suum?

b Praeceps siluas montesque fugit
citus Actaeon agilique magis
pede per saltus ac saxa uagus
metuit motas zephyris plumas
et quae posuit retia uitat.

a′ Donec placidi fontis in unda
cornua uidit uultusque feros,
ubi uirgineos fouerat artus
nimium saeui diua pudoris.]

OEDIPVS. IOCASA.

a Curas reuoluit animus et repetit metus.
obisse nostro Laium scelere autumant
superi inferique, sed animus contra innocens
sibique melius quam deis notus negat.
b Redit memoria tenue per uestigium
cecidisse nostri stipitis pulsu obuium
datumque Diti, cum prior iuuenem senex
cursu superbus pelleret Thebis procul
phocaea trifidas regio qua scindit uias.
a′ Vnanima coniunx explica errores precor.
quae spatia moriens Laius uitae tulit?
primone in aeuo uiridis an fracto occidit?
IOC. inter senem iuuenemque sed propior seni.
b′ OED. Frequensne turba regium cinxit latus?

---

778 per siluas *ψ* || ac *E* et *A* || 779 zephyris ϵ*A* zephyro *Vratisl. Bo.* || 782 ferox *Eψ* feros *A* || 783 ibi *E* ubi *A* || 790 pulsu *EMEψ* impulsu *A uersus om. ψ* || 791 datumque ϵ*ψ* datum esse *A* || 792 curru ω cursu *scripsi* || Thebas *ψ* || 793 in trif. *ψ* || 794 explicerrores *E* errorem *A* ||

IOC. Plures fefellit error ancipitis uiae,
paucos fidelis curribus iunxit labor.
OED. aliquisne cecidit regio fato comes?
IOC. unum fides uirtusque consortem addidit.
c OED. Teneo nocentem: conuenit numerus locus.
c′ Sed tempus adde.
IOC. decima iam metitur seges.

SENEX CORINTHIVS. IDEM.

a Corinthius te populus in regnum uocat
patrium: quietem Polybus aeternam obtinet.
OED. ut undique in me saeua fortuna inruit.
a′ Edissere agedum quo cadat fato parens.
SEN. animam senilem mollis exsoluit sopor.
OED. genitor sine ulla caede defunctus iacet.
b Testor, licet iam tollere ad caelum pie
puras nec ulla scelera metuentes manus.
sed pars magis metuenda fatorum manet.
SEN. omnem paterna regna discutient metum.
b′ OED. Repetam paterna regna, sed matrem horreo.
SEN. metuis parentem quae tuum reditum expetens
sollicita pendet?
OED. ipsa me pietas fugat.
SEN. uiduam relinques?
OED. tangis en ipsos metus.
c SEN. Effare mersus quis premat mentem timor.
praestare tacitam regibus soleo fidem.
OED. conubia matris delphico admonitu tremo.
SEN. timere uana desine et turpes metus
depone: Merope uera non fuerat parens.

---

800 cursibus *NHs.* || 805 SENEX CORINTHVS · IDEM *E* Senex Corinth'. Edipp' *V* Senex Corinthius. Edipus *R10* SENEX · OEDIPVS *A* phorbas *additur G* || 807 Et undique *E* || 808 Ed. agedum *εψ* Ed. mihi *A* || 811 iam licet *E* || 814 discutient *EÆεψ* discutiunt *A* || 820 regibus *bis E* || 821 admonitu *Eψ* monitu *A* ||

b OED. Quod subditiui praemium gnati petit?
SEN. regum superbam liberi adstringunt fidem.
OED. secreta thalami fare quo excipias modo.
SEN. hae te parenti paruulum tradunt manus.
b′ OED. Tu me parenti tradis? at quis me tibi?
SEN. pastor niuoso sub Cithaeronis iugo.
OED. in illa temet nemora quis casus tulit?
SEN. illo sequebar monte cornigeros greges. F. LXXXXVIIII
a OED. Nunc adice certas corporis nostri notas.
SEN. forata ferro gesseras uestigia
tumore nactus nomen ac uitio pedum.
a′ OED. Quis fuerit ille qui meum dono dedit
corpus requiro.
SEN. regios pauit greges,
minor sub illo turba pastorum fuit.
c′ OED. Eloquere nomen.
SEN. prima languescit senum
memoria longo lassa sublabens situ.
OED. potesne facie noscere ac uultu uirum?
SEN. fortasse noscam: saepe iam spatio obrutam
leuis exoletam memoriam reuocat nota.
a OED. Ad sacra et aras omne conpulsum pecus
duces sequantur. ite propere accersite
famuli penes quos summa consistit gregum.
a′ SEN. Siue ista ratio siue fortuna occulit,
latere semper patere quod latuit diu.
saepe eruentis ueritas patuit malo.
c OED. Malum timeri maius his aliquod potest?
SEN. magnum esse magna mole quod petitur scias.
concurrit illinc publica hinc regis salus
utrimque paria. contine medias manus.

---

824 subditiui ϵ *ÆE* ψ subdititii *A* || 825 Regum *E*ψ Regnum *A* || 830 ille *E*[1] *corr.* *E*[1] || 840 cognoscere *E* || ac cultu uirum? *GR* || 844 sequuntur *E* sequantur *A* || acersite *E* || *uu.* 846—848 850—854 856 857 *Iocastae dedit HWeilius ualde probat GR* || 846 abstulit ψ || 849 timere *E* || 850 petituro *E* || 852 paria *E* patria *A* ||

nihil lacessas. ipsa se fata explicent.
c′ OED. Non expedit concutere felicem statum.
tuto mouetur quicquid extremo in loco est.
SEN. nobilius aliquid genere regali appetis?
ne te parentis pigeat inuenti uide.
OED. uel poenitendi sanguinis quaeram fidem.
si nosse liceat.
c Ecce grandaeuus senex
arbitria sub quo regii fuerant gregis
Phorbas. refersne nomen aut uultum senis?
SEN. adridet animo forma nec notus satis
nec rursus iste uultus ignotus mihi.
c′ *Oed.* Regnum optinente Laio famulus greges
agitasti optimos sub Cithaeronis plaga?

PHORBAS. IDEM.

Laetus Cithaeron pabulo semper nouo
aestiua nostro prata submittit gregi.
SEN. noscisne memet?
PHOR. dubitat anceps memoria.
b OED. Huic aliquis a te traditur quondam puer?
effare. dubitas? cur genas mutat color?
quid uerba quaeris? ueritas odit moras.
PHOR. obducta longo temporum tractu moues.
b′ OED. Fatere, ne te cogat ad uerum dolor.
PHOR. inutile isti munus infantis dedi.
non potuit ille luce non caelo frui.
SEN. procul sit omen. uiuit et uiuat precor.

---

853 Nichil *E Mog.* Vt nil *A* Vt nichil *ψ* Nihil ut *Bo.* || arcessas *uel* accersas *ψ* || ip^{sa} se *E Basil. mg.* ipsa te *A* || explicent *E R m. sec.* explicant *A* || 854 .¿. OED. *E mutatae personae nota praefixa R 14 om. A* || 855 OED. *A om. E R 14* || 858 Vel *E* Nec *A* || 859 Si nosse *E* Sed nosse *A* || libeat *E* liceat *Bo.* certum est *A* || 864 Edip' *G Gron.* || 866 PHORBAS · IDEM *E* PHORBAS · SENEX · OEDIPVS *A* || 872 Abducta *E* || 874 infantis *E* infantem *A* ||

d OED. Superesse quare traditum infantem negas?
PHOR. ferrum per ambos tenue transactum pedes
ligabat artus, uulneri innatus tumor,
puerile foeda corpus urebat lues.
OED. quid quaeris ultra? fata iam accedunt prope. —
quis fuerit infans edoce.
PHOR. prohibet fides.
d′ OED. Huc aliquis ignem. flamma iam excutiet fidem.
Sen. per tam cruentas uera quaerent*ur* uias?
ignosce, quaeso.
Oed. si ferus uideor tibi
et inpotens: parata uindicta in manu est:
dic uera. quisnam quoue generatus patre,
qua matre genitus?
PHOR. coniuge est genitus tua.
e OED. Dehisce tellus tuque tenebrarum potens
in Tartara ima rector umbrarum rape
retro reuersas generis ac stirpis uices.
congerite ciues saxa in infandum caput, F. C
mactate telis. me petat ferro parens
me gnatus, in me coniuges arment manus
fratresque et aeger populus ereptos rogis
iaculetur ignes.
e′ Saeculi crimen uagor
odium deorum iuris exitium sacri,
qua luce primum spiritus hausi rudes
iam morte dignus. redde nunc animos par*es*.
nunc aliquid aude sceleribus dignum tuis.
i perge propero regiam gressu pete,
gratare matri liberis auctam domum.

---

880 lues *EA* lue *ψ* || 881 OED. *EG* SE. *A* || 882^a OED. *A om. EG* || *u.* 883 *usque* 888^a *Oedipi sunt E uu.* 885 886 *Phorbantis A uu.* 884 885^a *Phorbanti dedit Bo. ego seni corinthio* || 884 quaerenti *ω* quaerentur *Bo.* || 885 quaeror *E* quaeso *A* $\overset{u}{\tau}$ideor E^1 *corr.* E^1 || 886 parata *E R Mog.* iam parta *A* || 888 est *om. ψ* || 890 irā *E* ima *A* || 892 in *om. ψ* || infandum *Eψ* infestum *A* || 899 acres *E* parens *A* pares *NHs.* || 901 gressu *E R10* cursu *A* || 902 auctam domum *Eψ* aucta domo *A* ||

CHORVS.

a Fata si liceat mihi
fingere arbitrio meo,
temperem zephyro leui
uela, ne pressae graui
spiritu antennae tremant.

a′ Lenis et modice fluens
aura nec uergens latus,
ducat intrepidam ratem.
tuta me media uehat
uita decurrens uia.

b Gnosium regem timens
astra dum demens petit
artibus fisus nouis
certat et ueras aues
uincere ac falsis nimis
imperat pinnis puer,
nomen eripuit freto.

b′ Callidus medium senex
Daedalus librans iter
nube sub media stetit
alitem expectans *no*uam;
qualis accipitris minas
fugit et sparsos metu
conligit fetus auis.

c Donec in ponto manus
mouit inplicitas puer.

---

908 Lenis et modice *EM* Lene sed modicum *A* || 912 decurrere *E Egui.* decurre *I Pal.* decurrente *A* || *uu.* 911 912 *om.* *ψ* || 914 Astra *E* Alta *A* || 915 fisus *E Voss.* fidens *A* || 919 *om.* *ψ* || 923 suam *EA* suum *Burdeg. Bo.* nouam *scripsi* ||

[*audacis uiae comes audax*]
quicquid excessit modum,
pendet instabili loco.

c′ Sed quid hoc? postes sonant.
maestus *en* famulus manu
regius quassans caput.
ede quid portes noui.

NVNTIVS.

a Praedicta postquam fata et infandum genus
deprendit ac se scelere conuictum Oedipus
damnauit ipse, regiam infestus petens
inuisa propero tecta penetrauit gradu.
b Qualis per arua libycus insanit leo
fuluam minaci fronte concutiens iubam:
uultus furore toruus atque oculi truces,
gemitus et altum murmur et gelidus fluit
sudor per artus, spumat et uoluit minas
ac mersus alte magnus exundat dolor.
a′ Secum ipse saeuus grande nescio quid parat
suisque fatis simile. ‘quid poenas moror?’
ait, ‘hoc scelestum pectus aut ferro petat
aut feruido aliquis igne uel saxo domet.
b′ Quae tigris aut quae saeua uisceribus meis
incurret ales? ipse tu scelerum capax
sacer Cithaeron uel feras in me tuas
emitte siluis, mitte uel rabidos canes.

---

929 Audacis uiae comes audax *E* Comes audacis uiae *A* compos *LMueller. deleui* || 932 hoc *E* hic *A* || po^{s}tes *E* || sonant *E* sonat *A* || 933 Mestus et *Eψ* en *NHs.* || Regios f. m. *α* || 934 Regius *E* Regios *ψ* Moestus et q. c. *α* || quassat *E* quassans *A* || 936 genus *EA* scelus *ψ* || 943 fluit *ϵA* uolat *ψ* || 948 Ait hoc *E* Vt hoc *A* || 951 scelerum (*prius e m. rec.*) *E* || 952 tuas *Eψ* tuis *A* ||

nunc redde Agauen. anime quid mortem times?
mors innocentem sola fortunae eripit.'
c Haec fatus aptat inpiam capulo manum,
ensemque ducit. 'itane? tam magnis breues
poenas sceleribus soluis atque uno omnia
pensabis ictu? moreris: hoc patri sat est.
quid deinde matri, quid male in lucem editis
gnatis, quid ipsi quae tuum magna luit
scelus ruina flebili patriae dabis?
c′ Soluend*o* non e*s*. illa quae leges ratas
natura in uno uertit Oedipoda nouos
conmenta partus, supplicis eadem meis
nouetur. iterum uiuere atque iterum mori
liceat renasci semper, ut totiens noua
supplicia pendas. utere ingenio miser.
quod saepe fieri non potest fiat diu.
d Mors eligatur longa. quaeratur uia
qua nec sepultis mixtus et uiuis tamen
exemptus erres. morere sed citra patrem.
cunctaris anime? subitus en uultus grauat
profusus imber ac rigat fletu genas.
et flere satis est? hactenus fundent leuem
oculi liquorem: sedibus pulsi suis
lacrimas sequantur. hi maritales statim
fodiantur oculi.' dixit atque ira furit.
b Ardent minaces igne truculento genae
[*oculique uix se sedibus retinent suis.*]
uiolentus audax uultus iratus ferox
tantum eruentis. gemuit et dirum fremens
manus in ora torsit. at contra truces
oculi steterunt et suam intenti manum
ultro insecuntur uulneri occurrunt suo.

---

955 eripiet *E* || 961 ipsa *E* || 962 flebilis *ψ* || 963 Soluenda non est illa *ω* Soluendo non es. Illa *Grot.* **Soluenda** non est uita. *GR* || 964 Oedipoda *E Voss. ψ* Oedipode *A* || 971 Que *E* || 972 partem *E* || 973 en *E* an *A* || 974 Profusus *Eψ* Perfusus *A* || 980 *deleui* || 981 uultus *Eψ* **mutus** *α* multus *Delr.* || 982 eruentis *Eψ* cruentus *A* ||

b′ Scrutatur auidus manibus uncis lumina:
radice ab ima funditus uulsos simul
euoluit orbes. haeret in uacuo manus
et fixa penitus unguibus lacerat cauos
alte recessus luminum et inanes sinus
saeuitque frustra plusque quam satis est furit.
d′ Tantum est periclum lucis. attollit caput
cauisque lustrans orbibus caeli plagas
noctem experitur. quicquid effossis male
dependet oculis, rumpit et uictor deos
conclamat omnis: 'parcite heu patriae precor:
iam iusta feci, debitas poenas tuli.
inuenta thalamis digna nox tandem meis.'
rigat ora foedus imber et lacerum caput,
largum reuulsis sanguinem uenis uomit. —

CHORVS.

a Fatis agimur: cedite fatis.
non sollicitae possunt curae
mutare rati stamina fusi.

b Quicquid patimur mortale genus,
quicquid facimus, uenit ex alto
seruatque suae decreta colus
Lachesis dura reuoluta manu.

b′ Omnia *r*ecto tramite uadunt
primusque dies dedit extremum.
non illa deo uertisse licet
quae nexa suis currunt causis.

---

991 sat est ε *R14* satis est *A* || 992 Tanti est *NHs.* || 995 dependit *E* || 996 en ε*A* heu *ψ?* || 997 iussa *ω* iusta *NHs.* || 1000 uomet *E* || 1001 agerimur (er *del. m. sec.*) *E* || credite *Eψ* cedite *A* || 1006 suae *EA* sua *ψ* || 1008 secto *Eψ* septo *Boccaccius* certo *A* recto *Gron.* ||

b″ It cuique ratus prece non ulla
mobilis ordo.
multis ipsum metuisse nocet.
multi ad fatum uenere suum.
dum fata timent.

a′ Sonuere fores atque ipse suum
duce non ullo
luminis orbus molitur iter.

a OED. Bene habet, peractum est: iusta persolui patri.
iuuant tenebrae. quis deus tandem mihi
placatus atra nube perfundit caput?
quis scelera donat? conscium euasi diem.
nil parricida dexterae debes tuae:
lux te refugit. uultus Oedipoda hic decet.
b CHO. En ecce rapido saeua prosiluit gradu
Iocasta uaecors qualis attonita et furens
cadmea mater abstulit gnato caput,
sensitue raptum. dubitat adflictum adloqui
caput pauetque. iam malis cessit pudor.
e*n* haeret ore prima uox.
b′ IOC. Quid te uocem?
gnatumne? dubitas? gnatus es: gnatum pudet.
inuite loquere gnate. quo aduertis caput

1012 It// *E* || 1014 Metuisse *E g?* Timuisse *A* || 1019 luminis orbus | Mollitur iter *E* molitur iter | Luminis orbus *A* || OEDIPVS · CHORVS · IOCASTA *om. E* || 1022 perfudit *Bo.* || 1025 Oedipodam *E* Oedipodem *A* Oedipoda *Gron.* || 1029 Censitue *E* Sensitue *Lipsius ex uestigiis ME* Sensimue *A* || dubitat *EME* traxit *A* || 1030 cupit *ω* caput *scripsi* || 1031 IOC. *A om. MEG personae nescio cuius nota cum scholiis detersa E* et heret ore prima uox quid te uocem *EME* En haeret *NHs.* Sed h. *Lips.* Cupiunt et horrent ora. nam quid te uocem? *A* || 1032 gnatum? ne dubites *α* pudor *E* || 1033 Inuite loquere gnate *E* Immitis oro nate *A* || aduertis *E ψ* auertis *A* ||

uacuosque uultus?
OED. quis frui tenebris uetat?
quis reddit oculos? matris heu matris sonus.
a Perdidimus operam. congredi fas amplius
haut est. nefandos diuidat uastum mare
dirimatque tellus abdita et quisquis sub hoc F. CII
in alia uersus sidera ac solem auius
dependet orbis alterum ex nobis ferat.
IOC. fati ista culpa est. nemo fit fato nocens.
c OED. Iam parce uerbis mater et parce auribus.
per has reliquias corporis trunci precor
per inauspicatum sanguinis pignus mei
per omne nostri nominis fas ac nefas.
c′ IOC. Quid anime torpes? socia cur scelerum dare
poenas recusas? omne confusum perit
incesta per te iuris humani decus:
morere et nefastum spiritum ferro exige.
c Non si ipse mundum concitans diuum sator
corusca saeua tela iaculetur manu,
umquam rependam sceleribus poenas pares
mater nefanda. mors placet: mortis uia
quaeratur.
c′ Agedum commoda matri manum,
si parricida es. restat hoc operi ultimum.
rapiatur ensis. hoc iacet ferro meus
coniunx. quid illum nomine haud uero uocas?
socer est.
a′ Vtrumne pectori infigam meo
telum an patenti conditum iugulo inprimam?
eligere nescis uulnus: hunc dextra hunc pete
uterum capacem qui uirum et gnatos tulit.

1034 frui et *ψ* et *om.* *EA* || 1035 mater *A* matris ϵ*M̸E* || en ϵ*M̸E* an *A* heu *Scriuerius* || 1039 auium *EA* alium *ψ* auius *scripsi* || 1043 peto *E* precor *A* || 1045 ac *Eψ* et *A* || 1047 contusum *E* || 1048 Incesta ϵ*A* Incerta *ψ* || parte *ψ* || 1049 et *E* at *A* sed *ψ* || 1050 sator ϵ*ψ* pater *A* || 1058 socere stuprumne *E* || 1060 Fligere *E* || 1061 gnatos *E* *Voss.* natos *ψ* natum *α* uirum gnatum *Bo.* ||

CHO. iacet perempta. uulneri inmoritur manus
ferrumque secum nimius eiecit cruor.
b OED. Fatidice te te praesidem ueri deum
conpello. solum debui fatis patrem.
bis parricida plusque quam timui nocens
matrem peremi, scelere confecta est meo.
o Phoebe mendax fata superaui inpia.
b′ Pauitante gressu sequere pallentes uias
suspensa plantis efferens uestigia.
caecam tremente dextera noctem rege.
ingredere praeceps lubricos ponens gradus.
i profuge uade. siste ne in matrem incidas.
a′ Quicumque fessi corpore et morbo graues
semianima trahitis pectora: en fugio exeo.
releuate colla. mitior caeli status
posterga sequitur. quisquis exilem iacens
animam retentat, uiuidos haustus leuis
concipiat. ite ferte depositis opem.
c Mortifera mecum uitia terrarum extraho.
uiolenta fata et horridus morbi tremor
maciesque et atra pestis et rabidus dolor
mecum ite mecum. ducibus his uti libet.

1064 Fatidice te te *E* Fatidici te *ψ* Te fatidice te *α* || 1067 1068 *an* scelere confectam impio. o Ph. m. fata s. mea? || 1069 Putauit ante gressu *E* || pallantes *E* fallentes *E t. Gron. scripsi* pallentes || 1072 Ingredere *Eψ* I gradere *A* || gradus *εψ* pedes *A* || 1075 pectora *E* corpora *A* || 1077 Posterga *E* Post terga *A* || 1078 leues *E* || 1079 'Statius in Theb. Ferte depositis opem.' *Seruii aliquot codd. ad Vergil. A. XII 395* || 1080 terrarum *E* terris *A* || 1081 morbi *EA* mortis *III Pall. Bo.* || EXPLICIT OEDIPPVS · INCIPIT | AGAMEMNON *E* Marci Lucij Senece Edipa tragedia quinta felicit' | Explicit die Sabbati ms Iunii MCCCLXXXXI *R* ||

L. ANNAEI SENECAE

T R O A D E S

PERSONAE

I ANDROMACHA
PYRRHVS
II HECVBA
AGAMEMNON
VLIXES
III TALTHYBIOS
CALCHAS
SENEX
HELENA
NVNTIVS

ASTYANAX POLYXENA	} TACITI

CHORVS TROADVM

SCAENA TROIAE

HECVBA.

a^{0} Quicumque regno fidit et magna potens
dominatur aula nec leues metuit deos
animumque rebus credulum laetis dedit,
me uideat et te Troia: non umquam tulit
documenta fors maiora quam fragili loco
starent superbi. columen euersum occidit
pollentis Asiae caelitum egregius labor.
a Ad cuius arma uenit et qui frigidum
septena Tanain ora pandentem bibit
et qui renatum primus excipiens diem
tepidum rubenti Tigrin inmiscet freto
et quae uagos uicina prospiciens Scythas
ripam cateruis ponticam uiduis ferit,
excisa ferro est. Pergamum incubuit sibi.

TROADES *E V in inscriptione* TROAS *A Thu. ad u. 64. refutarunt Scaliger et Daniel Heinsius conlato euripideae fabulae nomine* HECVBA *cod. lugdunensis in f. Valerius Probus Inst. art. p. 47, 10. p. 75, 3 L.* INCIPIT FELICITER | TROADVM ∵ HECVBA *E* Marci Lucij Anei Senece Troas Tragedia sexta feliciter | Incipit. | HECVBA *R* Incipit 6ª excidii troie et planctus hecube cum choro *etc. cod. lugdunensis n. 370.*

---

4 non nunquam *E*[1] non·unquam (n *eraso*) *E*[2] || 6 cecidit *ψ* || 8 quae *E prob. NHs.* qui *A* || 10 primus *E g Voss. mg.* prorsus *A* pronus *Scriuerius* ||

a′ En alta muri decora congestis iacent
tectis adusti, regiam flammae ambiunt
omnisque late fumat Assaraci domus.
non prohibet auidas flamma uictoris manus:
diripitur ardens Troia. nec caelum patet
undante fumo: nube ceu densa obsitus
ater fauilla squalet iliaca dies.
b Stat auidus irae uictor et lentum Ilium
metitur oculis ac decem tandem ferus
ignoscit annis. horret adflictam quoque
uictamque quamuis uideat haut credit sibi
potuisse uinci. spolia populator rapit
dardania, praedam mille non capiunt rates.
c Testor deorum numen aduersum mihi
patriaeque cineres teque rectorem Phrygum
quem Troia toto conditum regno tegit
tuosque manes quo stetit stante Ilium
et uos meorum liberum magni greges
umbrae minores:
c′ Quicquid aduersi accidit,
quaecumque Phoebas ore lymphato furens
credi deo uetante praedixit mala,
prior Hecuba uidi grauida nec tacui metus
et uana uates ante Cassandram fui.
b′ Non cautus ignes Ithacus aut Ithaci comes
nocturnus in uos sparsit aut fallax Sinon:
meus ignis iste est, facibus ardetis meis.
sed quid ruinas urbis euersae gemis,
uiuax senectus? respice infelix ad hos F. XXIII
luctus recentes: Troia iam uetus est malum.

---

15 congestis *E* congesti *A* || 16 adusti *E* adustis *A* || 17 assarici *ψ* || domos *E*[1] || 18 cohibet *NHs.* || 19 troi·a *E* || 20 umbrante *1Gron.* || ceu *A* seu ϵ || 22 irae *E* ira *A* || lentum//ilium *E* || 25 aut *E* (ñc *m. sec.*) || 29 phyrigum *E* || 31 quo stetit stante ilium *EM* quodq; stetit ante Ilion *A* quodq; stante stetit iliũ *Vrat.* || 34 limphatico *ψ* || 36 tacui meos *R g* ||

d Vidi execrandum regiae caedis nefas
ipsas[*que*] ad aras [*maius admissum scelus*
Aeacis armis] cum ferox scaeua manu
coma reflectens regium torta caput
alto nefandum uulneri ferrum abdidit,.
quod penitus actum cum recepisset libens,
ensis senili siccus e iugulo redit.
d′ Placare quem non potuit a caede effera
mortalis aeui cardinem extremum premens
superique testes sceleris et quoddam sacrum
regni iacentis? ille tot regum parens
caret sepulchro Priamus et flamma indiget
ardente Troia. non tamen superis sat est:
d″ Dominum ecce Priami nuribus et gnatis legens
sortitur urna. praeda quem uilis sequar?
hic Hectoris coniugia despondet sibi,
hic optat Heleni coniugem hic Antenoris
nec dest tuos Cassandra qui thalamos petat:
mea sors timetur, sola sum Danais metus.
e Lamenta cessant? turba captiuae mea
ferite palmis pectora et planctus date
et iusta Troiae facite. iamdudum sonet
fatalis Ide iudicis diri domus.

---

45 46 *deleui* que || maius admissum scelus Aeacis armis *deleui* Aeacis *E* Aeacidae *A* Aeacidis *Scaliger et Vossius* Aiacis *Gron.* || 46 sceua *E* saeua *A* laeua *Henneberger cf. Phaed. 708* || 48 addidit *ψ* || 50 siccus *E R mg.* tinctus *A* || 53 quoddam *Eψ* quodā *R10* quondam *A* || 56 superis *EMEψ* superi *A* || 63 cessent *ψ* || 64 IN NOMINE DNI INCIPIT EXCERPTVM DI TRAGOEDIA TROADOS ANNEI SENICĘ · ḤECVBA CHORVS TROADV̄ Haec ferite *etc. Thu.* || 66 Idae *Aє* Ide *Thu. ψ Delrio Vossius* ||

CHORVS TROADVM. HECVBA.

A a Non rude uulgus lacrimisque nouum
lugere iubes. hoc continuis
egimus annis ex quo tetigit
phrygius graias hospes Amyclas
secuitque fretum
pinus matri sacra Cybebae.

a′ Deciens niuibus canuit Ide
deciens nostris nudata rogis
et sigeis trepidus campis
decumas secuit messor aristas:
ut nulla dies maerore caret,
sed noua fletus causa ministrat.

b Ite ad planctum
miseramque leua regina manum.
uulgus dominam uile sequemur:
non indociles lugere sumus.

B a HEC. Fidae casus nostri comites
soluite crinem.
per colla fluant maesta capilli
tepido Troiae puluere turpes.

Chorus. Heccuba *R* Chorus trianorum *R10* Troianorum chorus. Hecuba *G* CHORVS MVLIERVM *α* CHORVS TROADVM. HECVBA *E de Thu. uid. ad u. 64.* || 67 CHO. *E* Ch. *Thu. om. A* || 68 continuis egimus annos *Thu.* || 70 Phyrgius *E*[1] *corr. E*[2] || 72 Cybelę *E* cibele *ψ* Cybelle *A* cibebe *Thu.* || 73 canuit (c *minio pictum*) idę decie' ñris nudata *E* c. idem deciens ñris nud. *Thu.* canuit Ide Ide nostris nud. *A* || 75 sigaeis *E* si gens *Thu.* || 76 Decumas *E* decimas *Thu.* decies *A* || 79 ad planctũqȝ *Thu.* planctus ϵ*A* || 81 sequamur *ψ* || 83 comites *literae* it *m. sec. E* || 86 trepido *E Thu. g* tepido *A (transposuit huc uu.* 103 104 *Fr. Haasius.)* ||

b Paret exertos turba lacertos.
ueste remissa substringe sinus
uteroque tenus pateant artus.
cui coniugio pectora uelas 90
captiue pudor?

c [*Cingat tunicas palla solutas*]
uacet ad crebri uerbera planctus
furibunda manus. placet hic habitus
placet agnosco troada turbam. 95
conplete manus. 103
hoc ex Troia sumpsisse licet. 104

d Iterum luctus redeant ueteres 96
solitum flendi uincite morem.

e HECTORA FLEMVS.

B′ a′ CHO. Soluimus omnes
lacerum multo funere crinem. 100
coma demissa est libera nodo 101
sparsitque cinis feruidus ora. 102

b′ Cadit ex umeris uestis apertis 105
imumque tegit suffulta latus
iam nuda uocant pectora dextras.
nunc nunc uires exprome tuas
furiose dolor.

---

88 reuulsa *R14* || 89 utroque *Thu. g* || 91 captiuae *E t. IGron.* || 92 soluta ψ *h. u. deleui* || 95 troada *lit.* d *in ras. m. sec. E* || *uu.* 103 104 *huc transposui* || 103 HEC. *A* HEC. *om. E Thu.* || complecte *E* || 96 redeunt *ed. Gron.* redeant ε*A* rede$\overset{n}{a}$t *Thu.* || 99 Hoc soluimus *Thu.* || 101 demissa ε dimissa *A* dimisa *Thu.* || 102 canis *E*[1] || 105 cadit *E Thu.* cadat *A* || 106 imumque *E R14* Ique *Thu.* utrunque *A* || tegit *E Thu.* tegat *A* || 108 hunc nunc *E*[1] || 109 exprome dolor tuas ψ tuas *om. EA* furiose *LMueller suppleuit coll. Med. u. 139* ||

c′ Rhoetea sonent litora planctu
habitansque cauis montibus Echo
non ut solita est extrema breuis
uerba remittat: | saeuite manus:
totos reddat Troiae gemitus.
[*audiat omnis pontus et aether.*]

d′ Pulsu pectus tundite uasto.
non sum solito contenta sono. F. XXIII.

e′ HECTORA FLEMVS.

A′ a HEC. Tibi nostra ferit dextra lacertos
umerosque ferit tibi sanguineos.
[*Tibi nostra caput dextera pulsat.*]
tibi maternis ubera palmis
laniata iacent.
fluat et multo sanguine manet
quamcumque tuo funere feci
rupta cicatrix.

a′ Columen patriae mora fatorum
tu praesidium Phrygibus fessis
tu murus eras umerisque tuis
stetit illa decem fulta per annos.
tecum cecidit summusque dies
Hectoris idem patriaeque fuit.

C a Vertite planctus.
Priamo uestros fundite fletus.
satis Hector habet.

---

115 Audiat o. p. et aether Saeuite manus ω *deleto u.* 115 *transposui* 116 || 117 pulsu p. t. uasto *E Thu.* pulsu uasto t. p. *A* || 120 HEC. haec tibi n. *E* Haec tibi n. *Thu.* CHO. Tibi n. *A* || 124 Lania *E* || 125 fluat *E Thu.* fluit *A* || manet *E Thu.* manat *A* || 129 frigibus *E* [134 HEC. Vertite *A* HEC. *om. E Thu.* || 135 uestro ψ || ///fundite *E* ||

b CHO. Accipe rector Phrygiae planctus
accipe fletus bis capte senex.
nil Troia semel te rege tulit 139
dardana graio moenia ferro 141
bis pulsari | bisque pharetras 140 142[a]
passa herculeas. 142[b]

b′ Post elatos Hecubae partus
regumque gregem
postrema pater funera cludis 145
magnoque Ioui uictima caesus
sigea premis litora truncus.

a′ HEC. Alio lacrimas flectite uestras:
Non est Priami miseranda mei
mors Iliades. 150

D a FELIX PRIAMVS dicite cunctae. 151
non ille duos uidet Atridas 155
nec fallacem cernit Vlixem.
non argolici praeda triumphi
subiecta feret colla tropaeis.
a′ Non adsuetas ad sceptra manus
posterga dabit 160
currusque sequens agamemnonios
aurea dextra uincula gestans
latis fiet pompa Mycenis.

D′ a CHO. FELIX PRIAMVS dicimus omnes. 164
liber manes uadit ad imos 152

---

138 captae *E* || *u.* 140 *post u.* 141 *transposui* || bis pulsari *A* bis pulsari uidit *E Thu.* bis pulsata *mg. Bas.* || 143 post te latos *E* || 144 regumque gregem *E* regumque rogos *A* || 147 Sigaea *E* || 148 Ilio *R10* al' Ilio *R mg.* || 149 miseranda *literae* ise *in ras. m. sec. E* || me^{i} *E* me *Thu.* || 151 cunct//e *E* || 152—154 *hinc relegaui* || 155 uidet *E t. IGron. Thu.* uidit *A* || 160 poterga *Thu.* || 163 latis *E Thu. A* laetis *ψ* || *uu.* 152—154 *huc transposui* ||

nec feret umquam 153
uicta Graium ceruice iugum 154
secum excedens sua regna tulit. 165

a′ Nunc elysiis [*nemoris tutis*] errat in umbris
interque pias felix animas
Hectora quaerit. FELIX PRIAMVS
felix quisquis bello moriens
omnia secum consumpta tulit.

TALTHYBIVS. CHORVS.

a O longa Danais semper in portu mora
seu petere bellum petere seu patriam uolunt.
a′ CHO. Quae causa ratibus faciat et Danais moram
effare, reduces quis deus claudat uias.
b TAL. Pauet animus, artus horridus quassat tremor,
maiora ueris monstra uix capiunt fidem:
uidi ipse uidi. summa iam Titan iuga
stringebat ortu, uicerat noctem dies,
cum subito caeca terra mugitu fremens
concussa totos traxit ex imo sinus.
b′ Mouere siluae capita et excelsum nemus
fragore uasto tonuit et lucus sacer,
idaea ruptis saxa ceciderunt iugis 183
et scissa uallis aperit inmensos specus 186
nec terra solum tremuit: et pontus suum 184
adesse Achillen sensit ac strauit uada. 185

---

154 uincta εA uicta *Thu.* ψ || 166 elysiis *scripsi* elysii ω || nemoris tutis *deleui* tutus *A* || 170 tulit *E Thu. ME* uidet *A* || CHORVS) TROADVM *add. A om. E*ψ grecorum *add. G* || 171 O *E* Quam *A* || 174 Effare edoce quis *E* || 178 ortu *E* ortus *A* || 180 totos *E Mog.* caecos *A* || sinus *EMEg* sonos *A* || *post u.* 183 *interposui u.* 186 Tum ω Et *scripsi* || uallis *E* tellus *A* || 184 Nec terra solum *E* Nec sola tellus *A* ||

b *Tum* hiatus Erebi peruium ad superos iter
tellure fracta praebet ac tumulum leuat.
emicuit ingens umbra thessalici ducis
threicia qualis arma proludens tuis
iam Troia fatis strauit aut neptunium
cana nitentem perculit iuuenem coma.
b′ Aut cum inter acies marte uiolento furens
corporibus amnes clausit et quaerens iter
tardus cruento Xanthus errauit uado Q. III
aut cum superbo uictor in curru stetit F. XXV
egitque habenas Hectorem et Troiam trahens.
inpleuit omne litus irati sonus:
b 'Ite ite inertes. manibus meis debitos
auferte honores. soluite ingratas *moras*
per nostra ituri maria. non paruo luit
iras Achillis Graecia et magno luet.
desponsa nostris cineribus Polyxena
Pyrrhi manu mactetur et tumulum riget.'
b′ Haec fatus alta nocte diu*ul*sit diem
repetensque Ditem mersus ingentem specum
coeunte terra iunxit. inmoti iacent
tranquilla pelagi, uentus abiecit minas
placidumque fluctu murmurat leni mare,
Tritonum ab alto cecinit hymenaeum chorus.

PYRRHVS. AGAMEMNON. CALCHAS.

a⁰ Cum laeta pelago uela rediturus dares,
excidit Achilles cuius unius manu

---

187 Et *ω* Tum *scripsi* || 190 Traicia *ψ* || proludens *E ψ?* praeludens *A* || 192 cana) a *corr.* ex e *ut uidetur E* || 195 cruentu *E*[1] || 199 Ite *semel E* || manibus meis debitos *E*[1] debitos man. meis *E*[2] *A* debitosque manibus *Delrio* manibusque debitos *Henneberger* || 200 Afferte *Eψ* Auferte *A* || moras *suprascr. m. sec. R14* rates *ω* || 201 luit *E* luet *A* || 202 et *E* at *A* ac *Mog.* || 203 polixene *ψ* || 205 nocte diuisit *Eψ* diuulsit *scripsi* uoce dimisit *A* || 207 immota *E* || 210 Tritonum *EM* Triton *A* || chorus *EM* choro *A* || 211 PYRRH. *om.* ϵ*A* ||

inpulsa Troia [*corruit tandem solo*
breui repensans], quicquid adiecit morae
illo remoto, dubia quo caderet stetit.
a Velis licet quod petitur ac properes dare,
sero es daturus. iam suum cuncti duces
tulere pretium. quae minor merces potest
tantae dari uirtutis? an meruit parum
a′ Qui fugere bellum iussus et longa sedens
aeuum senecta ducere ac pylii senis
transcendere annos fassus est armis uirum
falsasque uestes exuit matris dolos?
a″ Inhospitali Telephus regno inpotens
dum Mysiae ferocis introitus negat,
rudem cruore regio dextram inbuit
fortemque eandem sensit et mitem manum.
b Cecidere Thebae. uidit Eetion capi
sua regna uictus. clade subuersa est pari
apposita celso parua Lyrnesos iugo
captaque tellus nobilis Briseide
et causa litis regibus Chryse iacet,
b′ Et nota fama Tenedos et quae pascuo
fecunda pingui thracios nutrit greges
Syros fretumque Lesbos aegeum secans
et cara Phoebo Cilla. quid quas adluit
uernis Caycus gurgitem attollens aquis?
b″ Haec tanta clades gentium ac tantus pauor
sparsae tot urbes turbinis uasti modo
alterius essent gloria ac summum decus?

213 corruit — repensans *exhibet A, non agnoscit E* || *ante u. 215 in A legitur u. 235* || 219 uirtuti ω uirtutis *scripsi* || an is α is *om. Eψ* || 221 ducere *E* degere *A* || pylli *E* || 222 223 T. a. exuit matris dolos F. u. fassus est armis uirum: *conmutaui hemistichia posteriora* || exuit *EA* exuens *Scaligerana* || 228 etlongapi *E* echion *uel* ethion ψ || 230 Apposita *EA* Imposita *Scriuerius* || ⁒ hysmenos al *E*[3] *mg.* || 234 mittit *ME* || 235 *hoc loco legitur E, ante u. 215 A* || Scyros *EA correxit Petitus* || 236 cara *E Mog. R 10* sacra *A* || scilla ψ || 237 calchus (*sed mg. m. tertia* ⁒ caicus) *E* || 240 gloriae s. d. *IGron.* ||

iter est Achilli. sic meus uenit pater
et tanta gessit bella, dum bellum parat.
a′ Vt alia sileam merita, non unus satis
Hector fuisset? Ilium uicit pater,
uos diruistis. inclitas laudes iuuat
et facta magni clara genitoris sequi.
a′ Iacuit peremptus Hector ante oculos patris
patruique Memnon cujus ob luctum parens
pallente maestum protulit uultu diem, 249
didicitque Achilles et dea gnatos mori. 251
a″ Tum saeua Amazon ultimus cecidit metus 252
suique uictor operis exemplum horruit. 250
debes Achilli, merita si digne aestimas, 253
etsi ex Mycenis uirginem atque Argis petat.
a‴ Dubitatur etiam? placita nunc subito inprobas
gnatamque Priami Pelei gnato ferum
mactare credis? at tuam gnatam parens
Helenae inmolasti: solita iam et facta expeto.
a AGAM. Iuuenile uitium est regere non posse impetum.
Pyrrh. aetatis alios feruor hic primus rapit,
Pyrrhum paternus.
Agam. spiritus quondam trucis
minasque tumidi lentus Aeacidae tuli. F. XXVI
a′ *Pyrrh.* Quo plura possis, plura patienter feras.
Agam. quid caede dira nobiles clari ducis
adspergis umbras? noscere hoc primum decet
quid facere uictor debeat uictus pati.

---

241 achilli *ψ* Achillis *Aϵ* || 246 facta magni clara *E* clara magni facta *A* magna *ψ* || 248 patruique *EMEψ* pariterque *A(α?)* || *u.* 250 *post u.* 252 *traieci. post u.* 251 *eundem transposuerat NHs.* || 251 dea *EMEψ* deis *α* || 252 saeua *E* uersa *A* || metus *E* timor *A* || 254 Etsi ex m. *Eψ* ex *om. α* || 255 nunc *E* nec *A* || improbas *E* probas *A* || 256 Patriamque gnatam *E* Priamique natam *A* Gnatamque Priami *scripsi* || *uu.* 259—301 *Agamemnonis sunt ω sed Pyrrho dedi uu.* 260 261ᵃ *Scaligero auctore u. 263 Lipsii sententiam secutus* || 260 primus *E* primae *A* || 261 trucis *E* truces *A* || 264 nobiles . . umbras *Eψ* nobilem . . umbram *α* ||

b Violenta nemo imperia continuit diu,
moderata durant quoque fortuna altius
euexit ac leuauit humanas opes,
hoc se magis supprimere felicem decet
uariosque casus tremere metuentem deos
nimium fauentes. magna momento obrui
uincendo didici.
b′ Troia nos tumidos facit
nimium ac feroces? stamus hoc Danai loco
unde illa cecidit. fateor aliquando inpotens
regno ac superbus altius memet tuli,
sed fregit illos spiritus haec quae dare
potuisset aliis causa fortunae fauor.
a [*Tu me superbum Priame tu timidum facis.*]
ego esse quicquam sceptra nisi uano putem
fulgore tectum nomen et falso comam
uinclo decentem? casus haec rapiet breuis
nec mille forsan ratibus aut annis decem.
a′ Non omnibus fortuna tam lenta inminet.
equidem fatebor (pace dixisse hoc tua
argiua tellus liceat) adfligi Phrygas
uincique uolui, ruere et aequari solo
*Tro*iam ar*c*uissem.
b Sed regi frenis nequit
et ira et ardens hostis et uictoria
conmissa nocti. quicquid indignum aut ferum
cuiquam uideri potuit, hoc fecit dolor
tenebraeque per quas ipse se inritat furor
gladiusque felix cuius infecti semel
uaecors libido est.
b′ Quicquid euersae potest
superesse Troiae maneat: exactum satis
poenarum et ultra est. regia ut uirgo occidat

273 timidos *Lips. Mog.* facit εψ facis *A* || 278 aliis *E* alii *A* || 279 *eieci.* || timidum ω tumidum *nescio quis* || 282 tegentem ψ || hoc ψ || rapiet *EA* rapit ψ || 285 hoc dixisse ψ || 288 Etiam ω Troiam *Swoboda* || arguissem ω arcuissem *Lipsius* || 292 ipse se *A (α?)* se *om.* *E* ipse *om.* ψ ||

tumuloque donum detur et cineres riget
et facinus atrox caedis ut thalamos uocent?
non patiar. in me culpa cunctorum redit
[*qui non uetat peccare, cum possit, iubet.*]
a PYRRH. Nullumne Achillis praemium manes ferent?
AGAM. ferent et illum laudibus cuncti canent
magnumque terrae nomen ignotae audient.
a′ Quod si leuatur sanguine infuso cinis,
opima phrygii colla caedantur gregis
fluatque nulli flebilis matri cruor.
a″ Quis iste mos est quando in inferias homo est
inpensus hominis? detrahe inuidiam tuo
odiumque patri quem coli poena iubes.
b PYRRH. O tumide rerum dum secundarum status
extollit animos, timide cum increuit metus.
regum tyranne iamne flammatum geris
amore subito pectus ac ueneris nouae?
solusne totiens spolia de nobis feres?
hac dextra Achilli uictimam reddam suam.
b′ Quam si negas retinesque maiorem dabo
dignamque quam det Pyrrhus. et nimium diu
a caede nostra regia cessat manus
paremque poscit Priamus.
AGAM. haud equidem nego
hoc esse Pyrrhi maximum in bello decus
saeuo peremptus ense quod Priamus iacet
supplex paternus.
c PYRRH. Supplices nostri patris
hostesque eosdem nouimus. Priamus tamen
praesens rogauit, tu graui pauidus metu
nec ad rogandum fortis Aiaci preces
Ithacoque mandas clausus atque hostem tremens. F. XXVII

---

297 tumultoque *E* || donum εψ dono α || 298 uocent *E* uocem *A* || 300 *deleui* || 304 le[a]uatur (*lit.* a *m. tertia*) *E* || 306 flebilis εψ flebili α || 307 homo est ε*A* || 308 hominis *E t. IGron. Mog.* homini *A* homo i. homini est *Bo.* || 311 estollit *E* || increuit *E* increpuit *A* || 313 subito *E*ψ solito *A* ||

c′ AGAM. At non timebat tunc tuus fateor parens
. . . .
interque caedes Graeciae atque ustas rates
segnis iacebat belli et armorum inmemor
leui canoram uerberans plectro chelyn.
c″ PYRRH. Tunc magnus Hector arma contemnens tua
cantus Achillis timuit et tanto in metu
naualibus pax alta thessalicis fuit.
AGAM. nempe isdem in istis Thessali naualibus
pax alta rursus Hectoris patri fuit.

a PYRRH. Est regis alti spiritum regi dare.
AGAM. cur dextra regi spiritum eripuit tua?
a′ PYRRH. Mortem misericors saepe pro uita dabit.
AGAM. et nunc misericors uirgines busto petis?
a PYRRH. Iamne inmolari uirgines credis nefas?
AGAM. praeferre patriam liberis regem decet.
a′ PYRRH. Lex nulla capto parcit aut poenam inpedit.
AGAM. quod non uetat lex, hoc uetat fieri pudor.
a″ PYRRH. Quodcumque libuit facere uictori, licet.
AGAM. minimum decet libere cui multum licet.
b PYRRH. His ista iactas quos decem annorum graui
regno subactos Pyrrhus exsoluit iugo?
b′ AGAM. Hos Scyrus animos ...
PYRRH. scelere quae fratrum caret.
AGAM. inclusa fluctu?
PYRRH. nempe cognati maris.
b″ *Agam.* . . . .
Pyrrh. Atrei et Thyestae nobilem noui domum.
b AGAM. Ex uirginis concepte furtiuo stupro,
et ex Achille nate sed nondum uiro ...
b′ PYRRH. Illo ex Achille genere qui mundum suo
sparsus per omne caelitum regnum tenet.

---

post u. 327 *unius uersus lacunam statuit GR.* || 328 uastas *ψ* || 334 thessali *E* thessalis *A* || 339 Et *E* At *A* || 348 Syrus *E* Scyros *A* || *post u.* 349 *Agamemnonis orationem excidisse suspicatus u.* 350 PYRRH. *addidi.* || 354 omnem *α* ||

[*Thetide aequora umbras Aeaco caelum Ioue.*]
b″ AGAM. Illo ex Achille qui manu Paridis iacet...
PYRRH. quem nec deorum comminus quisquam petit.

c AGAM. Conpescere equidem uerba et audacem mal*e*
poteram domare, sed meus captis quoque
scit parcere ensis. potius interpres deum
Calchas uocetur. fata si poscent, dabo.
d Tu qui pelasgae uincla soluisti ratis
morasque belli, r*i*te qui reseras polum,
cui uiscerum secreta, cui mundi fragor
et stella longa semitam flamma trahens
dat signa fati, cuius ingenti mihi
mercede constant ora, quid iubeat deus
effare Calchas nosque consilio rege.
c′ CAL. Dant fata Danais quo solent pretio uiam.
mactanda uirgo est thessali busto ducis,
sed quo iugari thessalae cultu solent
i*no*idesue uel mycenaeae nurus,
d′ Pyrrhus parenti coniugem tradat suo.
sic rite dabitur. non tamen nostras tenet
haec una puppes causa, nobilior tuo
Polyxene cruore debetur cruor
quem fata quaerunt: turre de summa cadat
Priami nepos hectoreus et letum oppetat.
tum mille uelis inpleat classis freta.

CHORVS.

a Verum est, an timidos fabula decipit,
umbras corporibus uiuere conditis:

---

u. 355 *sustuli* || aequora *E* aequor *A* || 358 malo *ω* male *scripsi cum R 14* || 361 poscent *E* poscunt *A* || 362 rati *ω* ratis *Bo.* '*quaedam schedae*' *Delr.* || 363 belli *E* bellis *A* || arte *ω* rite *scripsi* || 366 dat *Eψ* dant *A* || 368 Calchas *E* calcas *R 14* Calcha *A* || 369 pacto *R* || 372 Ionidę suę *E* Ionidesue *A* Ioidesue *Heusinger* Inoidesue *scripsi* || 376 Polyxene *Eψ* Polyxena *A* || 377 dura reclusum cadat *ψ* || 378 Priamo *E* Priami *A* ||

cum coniunx oculis inposuit manum
supremusque dies solibus obstitit
et tristis cineres urna cohercuit?
non prodest animam tradere funeri,
sed restat miseris uiuere longius?

b An toti morimur nullaque pars manet
nostri, cum profugo spiritus halitu
inmixtus nebulis cessit in aera
et nudum tetigit subdita fax latus? F. XXVIII

b′ Quicquid sol oriens quicquid et occidens
nouit, caeruleis Oceanus fretis
quicquid bis ueniens *bis* fugiens lauat,
aetas pegaseo conripiet gradu.

b Quo bissena uolant sidera turbine,
quo cursu properat uoluere saecula
astrorum dominus, quo properat modo
obliquis Hecate currere flexibus:

b′ Hoc omnes petimus fata nec amplius
iuratos superis qui tetigit lacus,
usquam est. ut calidis fumus ab ignibus
uanescit spatium per breue sordidus,

b″ Vt nubes grauidas quas modo uidimus
arctoi Boreae dissicit impetus:
sic hic quo regimur spiritus effluet.

---

384 tristis *E* tristes *A* || 387 An *A* ac (c *in ras.*) E^2 | 390 subita *ψ* || 393 bis ueniens et f. *E* (uel f. *E t. IGron.*) bis u. bis f. *Henneberger* uel u. uel f. *A* || labat *E* || 395 Bis quo^s (s *deleto tertia m.*) *E* || uocant *E′* *corr.* E^3 | 396 uoluere secula *E* secula uoluere *A* || 398 aecate *E* | 399 Hoc *ε* Haec *A* || 402 sordibus *ψ* || 404 dissicat *E* ..cit *AE* dissipat *A* ||

[*post mortem nihil est, ipsaque mors nihil,*
uelocis spatii meta nouissima.]
spem ponant auidi, solliciti metum. 408

a′ Tempus nos auidum deuorat et chaos. 411
quaeris quo iaceas post obitum loco? 409
quo non nata iacent. 410
[*mors indiuidua est noxia corpori* 412
nec parcens animae.] Taenarâ et aspero
regnum sub domino limen et obsidens
custos non facili Cerberus ostio
rumores uacui uerbaque inania
et par sollicito fabula somnio.

ANDROMACHA. SENEX. ASTYANAX *TACITVS.*

a Quid maesta Phrygiae turba laceratae comas
miserumque tunsae pectus effuso genas
fletu rigatis? leuia perpessae sumus
si flenda patimur. Ilium uobis modo,
mihi cecidit olim, cum ferus curru incito
mea membra raperet et graui gemeret sono
peliacus axis pondere hectoreo tremens.
a′ Tunc obruta atque euersa quodcumque accidit
torpens malis rigensque sine sensu fero.
iam erepta Danais coniugem sequerer meum,
nisi hic teneret: hic meos animos domat

---

406 407 *deleui coll. Plauti Captiu. 741—743 Tertullianum (de anima c. 42, de resurrectione carnis c. 1) respexisse hunc locum contendit GR. diss. p. 11 sed mihi non persuasit.* || 409 410 *post u.* 417 *in fine cantici positi sed lineolis non liquet qua manu adscriptis suo loco restituti E utrumque transposui post u.* 411 || iaceant *ψ* || 412 413ᵃ *deleui ego et GR.* || taenaret *E* || 415 hostio *Eψ* || ASTIANAX *E TACITVS addidi.* VLYSSES *A* || 418 ANDR. *om. EA* || laceratae *E* laceratis *A* || manus *ψ* || 425 quodcumque accidit *E* Troia concidit *A* || 426 fero *E* feror *A* ||

morique prohibet, cogit hic aliquid deos
adhuc rogare, tempus aerumnae addidit.
hic mihi malorum maximum fructum abstulit
nihil timere.
a Prosperis rebus locus
ereptus omnis, dira qua ueniant habent.
miserrimum est timere cum speres nihil.
SEN. quis te repens conmouit adflictam metus?
ANDR. exoritur aliquod maius ex magno malum.
nondum ruentis Ilii fatum stetit.
SEN. et quas reperiet, ut uelit, clades deus?
a′ ANDR. Stygis profundae claustra et obscuri specus
laxantur et, ne desit euersis metus,
hostes ab imo conditi Dite exeunt.
solisne retro peruium est Danais iter?
certe aequa mors est. turbat atque agitat Phrygas
conmunis iste terror, hic proprie meum
exterret animum noctis horrendae sopor.
a″ SEN. Quae uisa portas? effer in medium metus.
ANDR. partes fere nox *ima* transierat duas
clarumque septem uerterant stellae iugum,
ignota tandem uenit adflictae quies
breuisque fessis somnus obrepsit genis,
si somnus ille est mentis attonitae stupor:
cum subito nostros Hector ante oculos stetit.
a Non qualis ultro bella in Argiuos ferens
graias petebat facibus idaeis rates
nec caede multa qualis in Danaos furens F. XXVIIII
uera ex Achille spolia simulato tulit,
non ille uultus flammeum intendens iubar,

429 aliquos *ψ* || 436 aliquid *A* aliquod ε*ψ* || 438 repperiet *E* || *uu.* 439—445 *Andromachae sunt EA* 442 443ª *Seni dedit Scaliger quem refutat Gron.* 439—443ª *Seni continuat Bo.* || 439 Stigis profundę *ERg* Stygii profundi *A* || 441 imo *EA* || dite *E* tumulo *A* || 446 portas *E* portent *A* portant *ψ* || 447 nox iam *E* nox alma *A* nox ima *scripsi* || 455 multa *E* uasta *A* || Danais *ψ* || 457 intendens *Eψ* incendens *A* ||

sed fessus ac deiectus et fletu grauis
similisque *mae*sto squalida obtectus coma.

. . . .

a′ Iuuat tamen uidisse. tum quassans caput,
'dispelle somnos' inquit 'et gnatum eripe
o fida coniunx. lateat: haec una est salus.
omitte fletus. Troia quod cecidit gemis?
utinam iaceret tota. festina amoue
quocumque nostrae paruulam stirpem domus.'
b Mihi gelidus horror ac tremor somnum expulit;
oculosque nunc huc pauida nunc illuc ferens
oblita nati misera quaesiui Hectorem.
fallax per ipsos umbra conplexus abit.

c O gnate magni certa progenies patris
spes una Phrygibus unica adflictae domus
ueterisque suboles sanguinis nimium incliti
nimiumque patri similis: hos uultus meus
habebat Hector, talis incessu fuit
habituque talis, sic tulit fortes manus,
sic celsus umeris fronte sic torua minax
ceruice fusam dissipans iacta comam,
c′ [*O gnate sero Phrygibus o matri cito*]
eritne tempus illud ac felix dies
quo troici defensor et uindex soli
rediuiua ponas Pergama et sparsos fuga
ciues reducas nomen et patriae suum
Phrygibusque reddas? sed mei fati memor
tam magna timeo uota. quod captis sat est,

---

uu. 458 459 *desunt E* || 459 nostro *A scripsi* maesto *coll. Verg. A. II 270.* || *excidisse unum uersum suspicor ante u.* 460. || 461 Dispelle *E* Depelle *A* || 466 expulit *E* excutit *A sequitur Octauiae auctor u. 123* Tunc tremor et ingens excutit somnos pauor. || 471 Spes uita *ψ* || 477 iacta *ER* iactat *GR.* lata *A* || 478 *uersum delendum censeo.* || o *E* at *A om. Voss. ψ* et *Bo.* || 481 Recidiua *A* Rediuiua *E* || poenas *E* || 482 Cuaes *E* || 483 prigibusque *E* || fati mei *E t. Gron.* || memor *E Lips. ex ME ut uidetur g?* immemor *A* ||

uiuamus. heu me qui locus fidus meo
erit timori quaue te sede occulam?
d Arx illa pollens opibus et muris deum
gentes per omnes clara et inuidiae grauis
nunc puluis altus, strata sunt flamma omnia,
superestque uasta ex urbe ne tantum quidem
quo lateat infans. quem locum fraudi legam?
e Est tumulus ingens coniugis cari sacer,
uerendus hosti mole quem inmensa parens
opibusque magnis struxit in luctus suos
rex non auarus: optume credam patri. —
sudor per artus frigidus totos cadit:
omen tremesco misera feralis loci.
f SEN. Haec causa multos una ab interitu arcuit
credi perisse.
Andr. uix spei quicquam est super:
graue pondus illum magna nobilitas premit.
SEN. ne prodat aliquis, amoue testes doli.
ANDR. Si quaerit hostis?
SEN. urbe in euersa perit.
ANDR. quid proderit latuisse redituro in manus?
SEN. uictor feroces impetus primos habet.
ANDR. quid quod latere sine metu magno nequit?
SEN. miser occupet praesidia, securus legat.
d′ ANDR. Quis te locus quae regio seducta inuia
tuto reponet? quis feret trepidis opem?
quis proteget? qui semper etiam nunc tuos
Hector tuere, coniugis furtum piae
serua et fideli cinere uicturum excipe.

---

485 qui *E* quis *A* || 488 grauis *E* capax *A* || 498 arguit *ψ* || 499 credit *E* || ANDR. *om. EA addidit Raphelengius.* (‘*Florentinus totum:* Ne prodat aliquis, amoue Seni *tribuit, in prioribus* Andromachae *relinquit* Vix spei quidquam est super, Seni *assignat* Graue pondus.’ *Gronouius parum recte.*) || 500 AND. *E om. A* || 501 SEN. Ne prodat aliquis | Amoue testes doli *E* A. Ne prodat aliquis. Se. amoue testes doli. *A* || 506 Misero *α* || 510 furtum *ω* sortem *Bo.* ||

e′ Succede tumulo gnate. quid retro fugis
turrisque latebras spernis? agnosco indolem.
pudet timere. spiritus magnos fuga
animosque ueteres, sume quos casus dedit.
en intuere turba quae simus super:
famulus puer captiua: cedendum est malis.
e″ Sanctas parentis conditi sedes age
aude subire. fata si miseros iuuant
habes salutem, fata si uitam negant
habes sepulcrum.
SEN. claustra conmissum tegunt, F. XXX
quem ne tuus producat in medium timor,
procul hinc recede teque diuersam amoue.
g ANDR. Leuius solet timere qui propius timet:
sed, si placet, referamus hinc alio pedem.
g′ SEN. Cohibe parumper ora questusque opprime:
gressus nefandos dux Cephallanum admouet.
a ANDR. Dehisce tellus tuque coniunx ultimo
specu reuulsam scinde tellurem et Stygis
sinu profundo conde depositum meum.
adest Vlixes et quidem dubio gradu
uultuque: nectit pectore astus callidos.

VLIXES. ANDROMACHA.

a′ Durae minister sortis hoc primum peto,
ut ore quamuis uerba dicantur meo
non esse credas nostra: Graiorum omnium
procerumque uox est petere quos seras domos
hectorea suboles prohibet. hanc fata expetunt.
b Sollicita Danaos pacis incertae fides

513 turrisque *E* turpesque *A* || 514 fuge ε*A* fuga *NHs.* || 527 Tumulus ω Famulus *uel* Vetulus *lortinus* Tremulus *With.* || 519 misero *E* || *an* misero fauent? || 527 cephallanum *E* ceffallanum ψ Cephalenum *A* || 529 et stygis *E* et *om. A* || VLIXES · ANDROMACHA *E om. A* || 533 VL. *EA* ||

semper tenebit, semper a tergo timor
respicere coget arma nec poni sinet,
dum Phrygibus animos gnatus euersis dabit
Andromacha uester.
ANDR. augur haec Calchas canit?
VL. et si taceret augur haec Calchas, tamen
dicebat Hector cuius et stirpem horreo.
[*generosa in ortus semina exurgunt suos.*]
b′ Sic ille magni paruus armenti comes
primisque nondum cornibus findens cutem
ceruice subito celsus et fronte arduus
gregem paternum ducit ac pecori imperat.
quae tenera caeso uirga de trunco stetit,
par ipsa matri tempore exiguo subit
umbrasque terris reddit et caelo nemus.
c Sic male relictus igne de magno cinis
uires resumit. est quidem iniustus dolor
rerum aestimator, si tamen tecum exigas,
ueniam dabis quod bella post hiemes decem
totidemque messes iam senex miles timet
aliasque clades rursus ac numquam bene
Troiam iacentem.
c′ Magna res Danaos mouet
futurus Hector: libera Graios metu.
haec una naues causa deductas tenet,
his classis haeret. neue crudelem putes
quod sorte iussus Hectoris gnatum petam:
petissem Oresten. patere quod uictor tulit.

d ANDR. Vtinam quidem esses g n a t e materna in manu
nossemque quis te casus ereptum mihi

542 Andromacha *om.* ψ || AN. uester augur *A* AND. Hec uester augur ψ AN. *om.* *E* || Andromacha uester. AND. Augur *Henneberger*. Andromacha sospes. *GR.* *an* AND. Dexter? || 543 VL. *A* *om.* *E* At si ψ || haec caecas *E* hoc Calchas *A* et calcas ψ || 545 *sustuli* || 555 excutias *E* *t. IGron. (?)* || 556 hiemes *E* annos *A* || 557 messes ϵ*M̸E* menses *A* || 560 libera nos hoc m. *A* l. graios m. *EM̸E* ||

teneret aut quae regio. non hostilibus
confossa telis pectus aut uinclis manus
secantibus praestricta, non acri latus
utrumque flamma cincta maternam fidem
umquam exuissem.
d′ Gnate quis te nunc locus
fortuna quae possedit? errore auio
uagus arua lustras? uastus an patriae uapor
conripuit artus? saeuus an uictor tuo
lusit cruore? numquid inmanis ferae
morsu peremptus pascis idaeas aues?
e VL. Simulata remoue uerba: non facile est tibi
decipere Vlixen: uicimus matrum dolos
etiam dearum. cassa consilia amoue.
ubi natus est?
ANDR. ubi Hector? ubi cuncti Phryges?
ubi Priamus? unum quaeris, ego quaero omnia.
e′ VL. Coacta dices sponte quod fari abnuis.
ANDR. tuta est perire quae potest debet cupit.
VL. magnifica uerba mors prope admota excutit. F. XXXI
ANDR. si uis Vlixe cogere Andromacham metu,
uitam minare: nam mori uotum est mihi
f VL. Verberibus igni morte cruciatu eloqui
quodcumque celas adiget inuitam dolor
et pectore imo condita arcana eruet.
necessitas plus posse quam pietas solet.
d ANDR. Propone flammas *fu*nera et diras mali
doloris artes et famem et saeuam sitim
uariasque pestes undique et ferrum inditum
uisceribus ustis carceris caeci luem
et quicquid audet uictor iratus timens —

568 aut *A* $\overset{c}{a}$ *E* || uinculis *E* || 571 o *add.* E^3 || 572 possidet *ψ* || 586 nam *EA* iam *ψ* || 587 igni ϵ igne *A* || *post u.* 590 *interponitur u.* 596 *(non addita personae nota) ψ (hic et iterum suo loco legitur in G)* || 591 uulnera *EA* funera *scripsi cf. u.* 726 uerbera *NHs.* || 592 artes famen *E* || 594 $l\overset{e}{u}m$ *E* || 595 timens *E t. IGron. R10 mg.* tumens *A* ||

d′ VL. Stulta est fides celare quod prodas statim.
ANDR. animosa nullos mater admittit metus.
VL. hic ipse quo nunc contumax perstas amor
consulere paruis liberis Danaos mouet.
post arma tam longinqua post annos decem
minus timerem quos facit Calchas metus,
si mihi timerem: bella Telemacho paras.
e″ ANDR. Inuita Vlixes gaudium Danais dabo:
dandum est. fatere quos premis luctus dolor.
gaudete Atridae tuque laetifica, ut soles,
refer Pelasgis: Hectoris proles obit.
VL. et esse uerum hoc qua probas Danais fide?
f ANDR. Ita quod minari maximum uictor potest
contingat et me fata maturo exitu
facilique soluant ac meo condant solo
et patria tellus Hectorem leuiter premat,
f′ Vt luce caruit. inter extinctos iacet
datusque tumulo debita exanimis tulit.
VL. expleta fata stirpe sublata Hectoris
solidamque pacem laetus ad Danaos feram —
d Quid agis Vlixe? Danaidae credent tibi?
tu cui? parenti. fingit an quisquam hoc parens
nec abominandae mortis auspicium pauet?
auspicia metuunt qui nihil maius timent.
fidem adligauit iureiurando suam.
si peierat, timere quid grauius potest?
d′ Nunc aduoca astus anime nunc fraudes dolos,

---

596 VL. *A extra uersum E om.* ψ || *hic legitur uersus EA R 14 II Pall. supra ante u. 591* ψ *transposuit post u.* 597 *Raphelengius* || 597 AND. *E om. A* VL. *R* || admittit *E* admittis *A* || 598 VLI. *E om. A* || pertinax *R* || 599 mouet *pr. m. ut uidetur E*ψ monet *A* || 600 tam *om. E* || 601 facit *E* facis *A* || 603 AND. *om.* α || Inuita *EME* Immiti *A* || ulixes *(eraso s?) E* Vlyssi *AME* || ac Danais *A* ac *om. E* || 605 soles *(lit.* es *m. sec.) E* || 609 ita me *Swoboda* || 611 patriam *E* || 612 caruit *EA* caret ut *ME* luce cassus *nonnulli codd. t. NHs.* || 616 danai dic *E* D. da *NHs.* Danaidae *A* || 617 quisquam *E* quidquam *A* || hoc *E om. A* || 621 perierat ψ ||

nunc totum Vlixen. ueritas numquam perit.
scrutare matrem. maeret inlacrimat gemit.
Sed et huc et illuc anxios gressus refert
missasque uoces aure sollicita excipit:
magis haec timet quam maeret. ingenio est opus. —

g Alios parentes adloqui in luctu decet,
tibi gratulandum est misera quod gnato cares
quem mors manebat saeua praecipitem datum
e turre lapsis sola quae muris manet.
ANDR. reliquit animus membra quatiuntur labant
torpetque uinctus frigido sanguis gelu.
VL. intremuit: hac hac parte quaerendum est mihi.
matrem timor detexit: iterabo metum.
g′ Ite ite celeres, fraude materna abditum
hostem pelasgi nominis pestem ultimam
ubicumque latitat erutam in medium date.
bene est: tenetur. perge festina attrahe —
quid respicis trepidasque? iam certe perit.
ANDR. utinam timerem. solitus ex longo est metus
. . . .
dediscit animus sero quod didicit diu.
g VL. Lustrare quoniam debitum muris puer
sacrum antecessit nec potest uatem sequi
meliore fato raptus: hoc Calchas ait
modo piari posse redituras rates,
si placet undas Hectoris sparsi cinis
ac tumulus imo totus aequetur solo.
nunc ille quoniam debitam effugit necem,
erit admouenda sedibus sacris manus. F. XXXII

---

623 Nunc *E* Et *A* || perit *E* latet *A* || 625 Et ϵ*A* Sed *ψ* Sed et *Bo.* || 627 haec ϵ*A* hoc *ψBo.* || 632 AN. *extra uersum. E* || Reliquid *E* Reliquit *A cf. Herc. II 841* Destituit animus membra. Deliquit *Scaliger* Me liquit *Scriueriana* || 634 Intremuit *Eψ* En tr. *A* || hac *semel E* || 636 ite *semel E* || 637 pelasgii *E* || *post u.* 641 *excidisse uersum censeo ante, h. u. GR. uox* timerem *mendo affecta uidetur.* || 642 sicre *E* sero *A* || 643 Lustrare *E* || 644 uatem *A* uxtem *E* || 648 sequetur *E* || 650 edibus *ψ* ||

g' ANDR. Quid agimus? animum distrahit geminus timor:
[*hinc natus illinc coniugis sacri cinis.*]
pars utra uincet? testor inmites deos
deosque ueros coniugis manes mei
non aliud Hector in meo gnato mihi
placere quam te. uiuat, ut possit tuos
referre uultus. prorutus tumulo cinis
mergetur? ossa fluctibus spargi sinam
disiecta uastis? potius hic mortem oppetat. —
h Poteris nefandae deditum mater neci
uidere? poteris celsa per fastigia
missum rotari? potero perpetiar feram,
dum non meus post fata uictoris manu
iactetur Hector. hic suam poenam potest
sentire, at illum fata iam in tuto locant. —
h' Quid fluctuaris? statue quem poenae extrahas.
ingrata dubitas? Hector est illinc tuus —
erras: utrimque est Hector, hic sensus potens
forsan futurus ultor extincti patris —
utrique parci non potest: quidnam facis?
serua e duobus anime quem Danai timent.
g VL. Responsa peragam: funditus busta eruam.
ANDR. quae uendidistis?
VL. pergam et e summo aggere
traham sepulcra.
ANDR. caelitum appello fidem
fidemque Achillis. Pyrrhe genitoris tui
munus tuere.
VL. tumulus hic campo statim
toto iacebit.
ANDR. fuerat hoc prorsus nefas
Danais inausum. templa uiolastis deos
etiam fauentes, busta transierat furor.

. . . .

652 *deleui* || sacri *E* cari *A* || 653 uincet ε uincit *A* || 657 proruptus *ψ* || 662 perpetiār *E* *(sic!)* || 667 illinc *EA* illic *ψ* || 668 sensus *Eψ* sensu *A* || postet *E* || 669 forsam *E* || 674 Traham *lit.* T *primo atram. deinde minio picta E* ||

g′ Resistam, inermis offeram armatis manus.
dabit ira uires. qualis argolicas ferox
turmas Amazon strauit aut qualis deo
percussa maenas entheo siluas gradu
armata thyrso terret atque expers sui
uulnus dedit nec sensit, in medios ruam
tumuloque cineris socia defenso cadam.
g VL. Cessatis et uos flebilis clamor mouet
furorque cassus feminae? iussa ocius
peragite.
ANDR. me me sternite hic ferro prius.
repellor? heu me. rumpe fatorum moras,
molire terras Hector, ut Vlixen domes.
uel umbra satis es. arma concussit manu.
iaculatur ignes. cernitis Danai Hectorem
an sola uideo?
VL. funditus cuncta eruam.
g′ ANDR. Quid agis? ruina *pari*ter et gnatum et uirum
prosternis una? forsitan Danaos prece
placare poteris. conditum inlidet statim
inmane busti pondus. intereat miser
ubicumque potius: ne pater gnatum obruat
prematque patrem gnatus. — ad genua accido
supplex Vlixe quamque nullius pedes
nouere dextram, pedibus admoueo tuis.
[*misero datur quodcumque, fortunae datur.*]
a Sic te reuisat coniugis sanctae torus
annosque, dum te recipit, extendat suos
Laerta. sic te iuuenis excipiat tuus
et uota uincens uestra felici indole Quat. IIII

ante u. 680 *unum uersum perisse puto.* || 680 inermis *E* inermes *A* || 683 ethneo *ψ* || 686 Tumultoque *E* || 688 casus *E* cassus *A* || 690 Repellor *Eψg?* Repellō *A* || heu me *Eψg?* Auernum *A* animum *ψ* || 692 Velis *ψ* || satis es *A* satis est *εψ* || 693 Iaculetur *ψ* || 694 eruam *ER 10mg.* erue *A* || 695 mater *ω* pariter *1Gron.* || 697 illidet *Et. 1Gron.* elidet *A* || *uu.* 703—705 *post* 711 *traieci, u.* 706 *deleui.* || 709 accipiat *E t. 1Gron.* exhibeat *NHs.* || 710 nostra *ψ* ||

aetate auum transcendat ingenio patrem. F. XXXIII
a′ Miserere matris et preces placidus pias
patiensque recipe quoque te celsum altius
superi leuarunt, mitius lapsos preme.
miserere matris: unicum adflictae mihi
solamen hic est.
VL. exhibe gnatum et roga.

a ANDR. Huc e latebris procede tuis
flebile matris furtum miserae. —
a′ Hic est hic est
terror Vlixes mille carinis.
b Submitte manus dominique pedes
supplice dextra stratus adora
nec turpe puta
quicquid miseros fortuna iubet.
c Pone ex animo reges atauos
magnique senis iura per omnis
incluta terras, excidat Hector.
c′ Gere captiuum positoque genu,
si tua nondum funera sentis,
matris fletus imitare tuae.
d Vidit pueri regis lacrimas
et Troia prior paruusque minas
trucis Alcidae flexit Priamus.
e Ille ille ferox cuius uastis
uiribus omnes cessere ferae
qui perfracto limine Ditis
caecum retro patefecit iter:
e′ Hostis parui uictus lacrimis
'Suscipe' dixit 'rector habenas
patrioque sede celsus solio,
sed sceptra fide meliore tene.'

---

713 hic ϵ*A* hoc *Scaligerana* || ANDROMACHA *A* ANDROMACHE · VLIXES *R 10 om. E* || 714 AND. *E om. A* || 716 hic est hic est *E* hic puer hic est *A* || 717 Vlixe ω Vlixes *scripsi* || 726 funera *Eψ* uulnera *A* || 729 minax *E*[1] *corr. E*[2] ||

d′ Hoc fuit illo uictore capi.
discite mites Herculis iras.
an sola placent Herculis arma?
b′ Iacet ante pedes non minor illo
supplice supplex uitamque petit.
regnum Troiae,
quocumque uolet fortuna ferat.

a VL. Matris quidem me maeror attonitae mouet,
magis pelasgae me tamen matres mouent,
quarum iste magnos crescit in luctus puer.
ANDR. has has ruinas urbis in cinerem datas
hic excitabit? hae manus Troiam erigent?
nullas habet spes Troia, si tales habet.
non sic iacemus Troes, ut cuiquam metus
possimus esse. —
a′ Spiritus genitor facit —
sed nempe fractus. ipse post Troiam pater
posuisset animos, magna quos frangunt mala.
si poena petitur, quae peti grauior potest?
famulare collo nobili subeat iugum,
seruire liceat. aliquis hoc regi negat?
VL. non hoc Vlixes, sed negat Calchas tibi.
b ANDR. O machinator fraudis et scelerum artifex
uirtute cuius bellica nemo occidit,
dolis et astu maleficae mentis iacent
etiam Pelasgi, uatem et insontes deos
praetendis? hoc est pectoris facinus tui?
b′ Nocturne miles fortis in pueri necem
iam solus audes aliquid et claro die.
VL. uirtus Vlixis Danaidis nota est satis

VLYSSES · ANDROMACHA · ASTYANAX *A om. E R10.* || 746 VLI. *om. A* || 749 Has has *E* An has *A* || 754 fractus *E* tractus *A* || 757 subdat *E* subeat *A* || 760 et sc. *E* o sc. *A* || 766 e claro *E* et cl. *A* || 767 danais nota *Eψ* nota Danais *α* Danaidis *g? Heinsianus maior m. pr.* ||

nimisque Phrygibus. non uacat uanis diem
conterere uerbis: ancoras classis leget.
c ANDR. Breuem moram largire, dum officium parens
gnato supremum reddo et amplexu ultimo
auidos dolores satio.
VL. misereri tui
utinam liceret. quod tamen solum licet,
tempus moramque dabimus. arbitrio tuo
inplere lacrimis: fletus aerumnas leuat.
d ANDR. O dulce pignus. o decus lapsae domus F. XXXIIII
[*summumque Troiae funus. o Danaum timor.*]
genetricis o spes uana cui demens ego
laudes parentis bellicas annos aui
medios precabar. uota destituit deus.
iliaca non tu sceptra regali potens
gestabis aula iura nec populis dabis
uictasque gentes sub tuum mittes iugum,
non graia caedes terga, non Pyrrhum trahes.
d′ Non arma tenera *patria* tractabis manu
sparsasque passim saltibus latis feras
audax sequeris nec stato lustri die
solemne referens troici lusus sacrum
puer citatas nobilis turmas ages,
non inter aras mobili uelox pede
reuocante flexo concitos cornu modos
barbarica prisco templa saltatu coles. —
c′ O *ma*rte dir*o* tristius leti genus.
flebilius aliquid Hectoris magni nece
muri uidebunt.
VL. rumpe iam fletus parens.

---

768 phr[u]ygibus (u *m. sec. uel tert.*) *E* || 769 leget *E* legat *ψ* legit *A* || 770 AN. *extra uersum alia ut uidetur m. E* || 771 amplexus *E* || 772 dolore *E* || 775 leuet *NHs.* || 776 detus *E* || 777 *deleui.* || 779 aui *A* atque *E* || 785 parua *ω* patria *Swoboda an* prima? || 787 statuto *ψ* || 788 referes *ψ* || lusus *E* lustri *A* ludi *R* || 792 Barbara *E* || 793 morte dira *ω* marte diro *scripsi coll. uu.* 794 1068 ||

magnus sibi ipse non facit finem dolor.
ANDR. lacrimis Vlixe parua quam petimus mora est.
concede, *o*pacos ut mea condam manu
uiuentis oculos. —
b Occidis paruus quidem
sed iam timendus. Troia te expectat tua.
i uade liber, liberos Troas uide. —
miserere mater. — quid meos retines sinus
manusque matris? cassa praesidia occupas.
b′ Fremitu leonis qualis audito tener
timidum iuuencus applicat matri latus,
at ille saeuus matre summota l*oc*o
praedam minorem morsibus uastis tenens
frangit uehitque: talis e nostro sinu
te rapiet hostis.
a Oscula et fletus puer
lacerosque crines excipe et plenus mei
occurre patri. pauca maternae tamen
perfer querelae uerba: si manes habent
curas priores nec perit flammis amor,
seruire graio pateris Andromachen uiro
crudelis Hector? lentus et segnis iaces.
a′ Rediit Achilles. sume nunc iterum comas
et sume lacrimas [*quicquid e misero uiri*
funere relictum est] sume quae reddas tuo
oscula parenti. matris hanc solacium
relinque uestem: tumulus hanc tetigit meus
manesque cari. siquid hic cineris latet,

---

796 ipse ϵ ipsi *A* || 798 paucos *E* paruos *A* patrios *Bo. scripsi* opacos || 802 AST. Miserere mater AND. Quid *ω* AST. *et* AND. *deleuit GR.* || 806 leo *ω* locσ *R NHs. coll. Med.* 927 discessit loco. || 807 premens *A* tenens *E* || 809 pariet *E* || 814 uiro *Eψ* iugo *ψ* || 817 quicquid e misero uiri *in ras. atramento m. sec. sed ductibus m. pr. E* || 817ᵇ 818ᵃ *deleui.* || 819 solatio ϵ*A* solacium *R* solatia *NHs.* || 821 siquid *E* quidquid *A* ||

scrutabor ore.
VL. nullus est flendi modus:
abripite propere classis argolicae moram.

CHORVS.

a Quae uocat sedes habitanda captas?
thessali montes et opaca Tempe 825
an uiros tellus dare militares
aptior Phthie meliorque fetu
fortis armenti lapidosa Trachin
an maris uasti domitrix Iolcos? 829
parua G*y*rt*o*ne sterilisque Tricce 831
an frequens riuis leuibus Mothone
quae sub *ossaeis* latebrosa siluis
misit infestos Troiae ruinis
non semel arcus? 835

a′ — ⏑ — — — ⏑ ⏑ — ⏑ — —
— ⏑ — — — ⏑ ⏑ — ⏑ — —
quasque perfundit subiturus aequor 856
segnibus terras Titaressos undis? 857
Pelion regnum Prothoi superbum 839
tertius caelo gradus? hic recumbens 840
montis exesi spatiosus antro
iam trucis Chiron pueri magister
tinnulas plectro feriente chordas
tu*m* quoque ingentes acuebat iras
bella canendo. 845

---

823 Abripete *E*[1] *corr. E*[1] || *canticum uu.* 824—870 *restitui Obss. p. 10—18* || 827 et hieme *E* Pthie *α* phitie *ψ ed. Lugd.?* || meliorue *Bo.* || 828 armenti *εψ* armentis *A* || trache *ψ* || 829 maris *in ras. E*[2] || Iolchos *A* iolcos *εψ* || 831 cortinis *E* Gortyne *A* cortine *ψ* Gyrtone *Gron.* || tripce *E* Trice *A corr. Delrius coni. Homero.* || 832 rusus *E* riuis *E t. Gron. R 10 m. pr.* ruscis *Aψ* rutis *ψ* || mothone *E* Methone *A* || 833 oetaeis *ε* Oethaeis *A* echatis *ψ* ossaeis *scripsi.* || 839 Protei *A* prothoi *Eψ* || 843 plect^{r}o *E* || 844 Tunc *ω* Tum *Bo.* || uerberat iras *ψ* ||

a An ferax uarii lapidis Carystos?
an premens litus maris inquieti
semper Euripo properante Chalcis?
quolibet uento facilis Calydnae
ac carens numquam Gonoessa uento 850
quaeque formidat Borean Enispe?
a*r*ctica pendens Peparethos ora
an sacris gaudens tacitis Eleusin?
numquid Aiacis Salamina *sa*eui? 854
an maris lati sinuosa Troezen FXXXV 838
— · · — —?

a′ Vrbibus centum spatiosa Crete 830
— · — — — · · — · — —
Olenos tectis habitata raris? 836
uirgini Pleuron inimica diuae 837
aut fera notam *ad* Calydona ue*r*sa 855
— *uocor* — — · · — · — —
— · — — — · · — · — —
— · — — — · · — · — —
Bessan et Scarphen? Pylon an senilem? 858
Pharin an Pisas Iouis et coronis
Elida claram? 860

a″ Quolibet tristes miseras procella
mittat et donet cuicumque terrae,
dum luem tantam Troiae atque Achiuis

846 uarii *Eψ* rari *A* || 847 latus *E t. IGron.* || 849 calydnae *E* Echidnae *A* || 850 An *ω* Ac *Bo.* || gono essa ϵ Genoessa *A* || 851 formidat *E* formidant *A* || borea nenispe *E* Enispae *A* enipse *ψ* etrupe *R* || 852 attica *ω* arctica *scripsi cum Delrio.* || 853 eleusin *E* eleusim *R* Eleusis *A* || 854 ueri *ω* ueram *Scaliger Delrius scripsi* saeui. || 830 spaciosa *E* spatiosa *A* || 837 Virgini *E* Virginis *A* || pleuron *E* Pleuros *A* || 855 Aut *Eψ* An *A* || ad ... uocor *suppleui* saeua *ω* uersa *scripsi.* || 858 scarpen *Eψ* Scarphen *A* || phylonan selinem *E* physon an elmen *E t. IGron.* selmen *g* || 859 pisas *ER* ĩpas *ψ* Pisam *A* || coronos *E*[1] *corr. E*[1] || 861 tristes *E* tristis *A* ||

quae tulit Sparte procul absit, absit
Argos et saeui Pelopis Mycenae,
Neritos parua breuior Zacyntho
et nocens saxis Ithace dolosis.
quod manet fatum dominusue quis te
aut quibus terris Hec*a*be uidendam
ducet? in cuius moriere regno
— · · — —?

HELENA. ANDROMACHA. HECVBA.

a Quicumque hymen funestus inlaetabilis
lamenta caedes sanguinem gemitus habet,
est auspice Helena dignus. euersis quoque
nocere cogor Phrygibus. ego Pyrrhi toros
narrare falsos iubeor, ego cultus dare
habitusque graios. arte capietur mea
meaque fraude concidet Paridis soror.
a′ Fallatur. ipsi leuius hoc equidem reor.
quid iussa cessas agere? ad auctorem redit
sceleris coacti culpa. — dardaniae domus
generosa uirgo melius adflictos deus
respicere coepit teque felici parat
dotare thalamo. tale coniugium tibi
non ipsa sospes Troia non Priamus daret:
a″ Nam te pelasgae maximum gentis decus
ad sancta lecti iura legitimi petit
cui regna campi lata thessalici patent.
te magna Tethys teque tot pelagi deae

---

866 breuiter *E* || zachintho *E* Zacyntho *A* iacintho *ψ* || 869 hecuba *EG* Hecube *A* Hecabe *Bo.* || 871 hymen/// *E* *Valerius Probus Inst. art. p. 47. 10 L.* 'Seneca in Hecuba: Quicumque hymen funestus inlaetabilis.' || 878 Fallatnr *E* *R10 mg. R11 mg.* Fallantur *g* Fraudetur *A* Fidenter *ψ* || *u.* 879 *post u.* 947 *transposui.* || 880 auctorē *E* authorem *A* autores *ψ* || 882 melius *E* melior *A* || 887 *post u.* 888 *traiciendum suspicabatur Swoboda.* || 888 patent *E* *Heins. minor* iacent *A* || 889 tethis *E* Thetis *A* ||

placidumque numen aequoris tumidi Thetis
suam uocabunt, te datam Pyrrho socer
Peleus nurum uocabit et Nereus nurum.
b Depone cultus squalidos, festos cape,
dedisce captam, deprime horrentis comas
crinemque docta patere distingui manu.
hic forsitan te casus excelso magis
solio reponet. profuit multis capi.
b′ ANDR. Hoc derat unum Phrygibus euersis malum
gaudere. flagrant strata passim Pergama.
o coniugale tempus. an quisquam audeat
negare? quisquam dubius ad thalamos eat
quos Helena suadet pestis exitium lues
utriusque populi.
b Cernis hos tumulos ducum
et nuda totis ossa quae passim iacent F. XXXVI
inhumata campis? haec hymen sparsit tuus.
tibi fluxit Asiae, fluxit Europae cruor,
cum dimicantes lenta prospiceres uiros
incerta uoti.
b′ Perge, thalamos appara.
taedis quid opus est quidue solemni face,
quid igne? thalamis Troia praelucet nouis.
celebrate Pyrrhi Troades conubia,
celebrate digne: planctus et gemitus sonet.

c HEL. Ratione quamuis careat et flecti neget
magnus dolor sociosque nonnumquam sui
maeroris ipsos oderit: causam tamen
possum tueri iudice infesto meam
grauiora passa. luget Andromacha Hectorem
et Hecuba Priamum, solus occulte Paris

---

890 thetis ϵ Tethys *A* || 898 derat *E*[1] *lit.* e *supra add.* *E*[3] || 901 deuius *E* || 903 cernis hoc *E t. IGron.* || 905 haecymen *E* || 907 lenta *ME*ψ laeta *EA* || 908 perge et t. ψ || 910 nobis *E* || 912 digne *E*ψ digni *A* || sonet *E* sonent *A* || 913 necti ψ || 918 soli at occulte *Swoboda* ||

lugendus Helenae.
c′ Durum et inuisum et graue est
seruitia ferre, patior hoc olim iugum
annis decem captiua. prostratum Ilium est,
uersi penates. perdere est patriam graue,
grauius timere. uos leuat tanti mali
comitatus, in me uictor et uictus furit.
d Quam quisque famulam traheret, incerto diu
casu pependit, me meus traxit statim
sine sorte dominus. causa bellorum fui
tantaeque Teucris cladis. hoc uerum puta.
d′ Spartana uestra puppe si secui freta,
si rapta phrygiis praeda remigibus fui
deditque donum iudici uictrix dea:
ignosce Paridi. iudicem iratum mea
habitura causa est:
d″ Ista Menelaum manent
arbitria. nunc hanc luctibus paulum tuis
Andromacha omissis flecte: uix lacrimas queo
retinere.
ANDR. quantum est Helena quod lacrimat malum.
c Cur lacrimat autem? fare quos Ithacus dolos
quae scelera nectat. utrum ab idaeis iugis
iactanda uirgo est arcis an celsae edito
mittenda saxo? num per has uastum in mare
uoluenda rupes latere quas scisso leuat
altum uadoso Sigeon spectans sin*u*?
c′ Dic fare quicquid subdolo uultu tegis.
leuiora mala sunt cuncta quam Priami gener

---

919 Helenae est *Aε* es *ψ* est *om. ed. Fern.* || durum inuisum *om.* et *ψ* || 924 uictor et uictus *E R14 (at interpres cum A)* uictus et uictor *A* || 926 trahit *E* || 928 tantaque *E* || 929 puppe uestra *E* puppis uestra *A* || secui *E* secuit *A* uestra puppe *IGron.* || si *εA* que *ψ* || 930 Sin *εA* Si *ψ* || 932 mea *E Æ IPal.* puta *A cf.* 928 || 933 mille nauium *E* Menelaum *A* || 934 arbitrix *E* || 935 flete *E* || 942 uadoso *E* uadosos *A* || sigaeo *E* sigeon *A* || sinum *E* sinus *A E t. Gron.* sinu *Gron.* ||

Hecubaeque Pyrrhus. fare quam poenam pares,
exprome et unum hoc deme nostris cladibus
falli. paratas perpeti mortem uides. 947
optanda mors est sine metu mortis mori. 879

e HEL. Vtinam iuberet me quoque interpres deum 948
abrumpere ense lucis inuisae moras,
uel Achillis ante busta furibunda manu
occidere Pyrrhi fata comitantem tua
Polyxene miseranda quam tradi sibi
cineremque Achilles ante mactari suum,
campo maritus ut sit Elysio, iubet.
e′ ANDR. Vide ut animus ingens laetus audierit necem.
cultus decoros regiae uestis petit
et admoueri crinibus patitur manum.
mortem putabat illud, hoc thalamos putat.
at misera luctu mater audito stupet,
labefacta mens subcubuit. adsurge adleua
animum et cadentem misera firma spiritum.
f Quam tenuis anima uinculo pendet leui.
minimum est quod Hecubam facere felicem potest.
spirat reuixit. prima mors miseros fugit.
HEC. adhuc Achilles uiuit in poenas Phrygum,
adhuc rebellat. o manum Paridis leuem.
cinis ipse nostrum sanguinem ac tumulus sitit.
e″ Modo turba felix latera cingebat mea,
lassabar in tot oscula et totum gregem F. XXXVII
diuidere matrem. sola nunc haec est super
uotum comes leuamen adflictae quies.
haec totus Hecubae fetus, hac sola uocor
iam uoce mater. dura et infelix age
elabere anima. denique hoc unum mihi

---

946 $\tilde{\text{t}}$ nunc *ψ* || 879 sors *NHs.* || 952 Polyxenae *E* Polyxene *ψ* Polyxena *A* || 953 achilles *E* || 954 iubet *E* (a *et* b *supra add. tertia manu.*) || 963 potest felicem facere *ψ* || 969 et *Eψ* in *ψ* et in *A* || 972 fletus *ψ* ||

remitte funus.
f′ *Andr.* Inrigat fletus genas
imberque uicto subitus e uultu cadit.
. . . .
ANDR. nos Hecuba nos nos Hecuba lugendae sumus
quas mota classis huc et huc sparsas feret,
hanc cara tellus sedibus patriis teget.
g HEL. Magis inuidebis, si tuam sortem scies.
ANDR. an aliqua poenae pars meae ignota est mihi?
HEL. uersata dominos urna captiuis dedit.
ANDR. cui famula trador? ede. quem dominum uoco?
HEL. te sorte prima scyrius iuuenis tulit.
ANDR. Cassandra felix quam furor sorti eximit
HEC. Phoebusque.
h HEL. Regum hanc maximus rector tenet.
HEC. Laetare gaude gnata. quam uellet tuos
Cassandra thalamos, uellet Andromache tuos. —
estne aliquis Hecubam qui suam dici uelit?
HEL. Ithaco obtigisti praeda nolenti breuis.
g′ HEC. Quis tam inpotens ac durus et iniquae ferus
sortitor urnae regibus reges dedit?
quis tam sinister diuidit captas deus?
quis arbiter crudelis et miseris grauis
eligere dominos nescit et [*saeua manu*
dat iniqua miseris fata? quis] matrem Hectoris
armis Achillis miscet? ad Vlixen uocor.
h′ Nunc uicta nunc captiua nunc cunctis mihi
obsessa uideor cladibus. domini pudet
non seruitutis. Hectoris spolium feret
qui tulit Achillis? sterilis et saeuis fretis

---

975 Demitte *E* || AND. *suppleui.* || *uu.* 977 978 *post u.* 988 *transposuit* HEC. *nomine ex u.* 989 *adsumpto GR.* || *ante u.* 979 *excidisse unum uersum indicaui.* || Non illa nos *GR.* || 981 patriis εψ patris *A* || 982 scies *Eψ* scias *A* || 985 trador *E* tradar *A* || quem ad d. uocor *NHs.* || 986 schirius ψ || 987 sorti *E* sorte *A* || 988 HEC. *E om. A* || 989 HEC. ω *del. GR.* || 991 potens ψ || durus *Eψ* dirus *A* || *u.* 994 *ante* 993 *ponendum censebat Delrius.* ||

inclusa tellus non capit tumulos meos.
g'' Duc duc Vlixe. nil moror, dominum sequor.
me mea sequentur fata: non pelago quies
tranquilla ueniet, saeuiet uentis mare,
et bella et ignis et mea et Priami mala.
dumque ista ueniunt, interim hoc poenae loco est:
sortem occupaui, praemium eripui tibi.
h'' Sed *en* citato Pyrrhus accurrit gradu
uultuque toruo. Pyrrhe quid cessas? age
reclude ferro pectus et Achillis tui
coniunge soceros. perge mactator senum:
et hic decet te sanguis. abreptam trahe.
h''' Maculate superos caede funesta deos,
maculate manes. quid precer uobis? precor
his digna sacris aequora. hoc classi accidat
toti pelasgae, ratibus hoc mille accidat,
meae precabor, cum uehar, quicquid rati.

CHORVS.

a Dulce maerenti populus dolentum,
dulce maerentis resonare gentes.
lentius luctus lacrimaeque mordent
turba quas fletu similis frequentat.
semper a semper dolor est malignus:
gaudet in multos sua fata mitti

1002 non capit *Eψ* num c. *A* nunc *ψ* || 1004 sequentur *ϵA* sequantur *ψ* || *uu.* 1004—1008 *post u.* 1018 *transponendos esse coniecit Scaliger.* || 1005 ueniet saeuiet *E* ueniat. saeuiat *A* || 1007 ueniunt *E* uenient *A* ueniant *R* || hoc poenae loco est *E* haec poena in loco est *A* hoc poena in l. e. *ψ* || 1008 eripui tibi *E* eripuit mihi *A* || 1009 incitato *ω* en citato *scripsi.* || 1010 pyrrhi *E* || 1013 trahe *E Voss.* trahit *A* || 1015 precer *Eψ* preces *α* || 1020 Dulce lamentis res. *A* Dulce et maerentes res. *E* || 1021 Lentius *A* Lenius *ϵ* || 1022 similis *E* simili *A* || frequentant *ed. Basil. ψ* frequentat *ϵA* || 1023 semper ah semper *om. ψ* || est malignus *E* ipse magnus *A* et magnus *ψ* ||

seque non solum placuisse poenae. 1025
ferre quam sortem patiuntur omnes
nemo recusat. 1027

a′ Dulce in inmensis posito ruinis 1034
neminem laetos habuisse uultus. 1035
nemo se credet miserum, licet sit. 1028
tolle felices, remouete multo
diuites auro, remouete centum 1030
rura qui scindunt opulenta bubus:
pauperi surgent animi iacentes.
est miser nemo nisi comparatus. F. XXXVIII 1033

b Ille deplorat queriturque fatum 1036
qui secans fluctum rate singulari
nudus in portus cecidit petitos.
aequior casum tulit et procellas
mille qui ponto pariter carinas 1040
obrui uidit tabulaque litus
naufraga, terris mare cum coactis
fluctibus corus prohibet reuerti.

b′ Questus est Hellen cecidisse Phrixus,
cum gregis ductor radiante uillo 1045
aureo fratrem simul et sororem
sustulit tergo medioque iactum
fecit in ponto, tenuit querelas
et uir et Pyrrha, mare cum uiderent
et nihil praeter mare cum uiderent 1050
unici terris homines relicti.

1025 placuisse *Eψ* patuisse *A* || *Ante u.* 1028 *interposui uu.* 1034 1035. || 1034 en imm. *E* in mensis *ψ* in imm. *A* || 1028 credet *E* credit *A* || 1029 remouete *E* remoueto *A* || 1030 remouete *E* remoueto *A* || 1031 scindunt ϵ scindant *A* || bubus ϵ bobus *A* || 1032 recentes *ψ* || 1042 Naufraga terris mare *E* N. spargi m. *A* || coactos *E*[1] *corr.* *E*[1] || 1044 hellem *ψ* || 1047 iactum medioque *(corr.* 2 *uel* 3 *m.) E* || 1049 pyrrha *EA* coniunx *ci. Raphelengius* || 1050 meritum *E* mare cum *A* || *totum uersum om. ψ* ||

c Soluet hunc questum lacrimasque nostras
sparget huc illuc agitata classis
et tuba iussi dare uela nautae,
cum simul uentis properante remo
prenderint altum fugientque litus.
quis status mentis miseris ubi omnis
terra decrescet pelagusque crescet,
celsa cum longe latitabit Ide?

c′ Tum puer matri genetrixque nato
Troia qua *squa*l*et* regione monstrans
dicet et longe digito notabit:
Ilium est illic ubi fumus alte
serpit in caelum nebulaeque turpes.
Troes hoc signo patriam uidebunt.
— · — — — · · — · — —
— · — — — · · — · — —
— · · — —

NVNTIVS. HECVBA. ANDROMACHA.

α O dura fata saeua miseranda horrida:
quod tam ferum tam triste bis quinis scelus
Mars uidit annis? quid prius referens gemam
tuosne potius an tuos l u c t u s anus?
α′ HEC. Quoscumque l u c t u s fleueris, flebis meos.

1052 questum *EA* cetum *ψ* *Scaliger* || 1055 simul *E* semel *A* || 1056 fugientque *EA* fugietque *ψ* || 1058 decresscet *E* || 1061 iaceat ε*A* s t a b a t *GR.* s q u a l e t *scripsi.* || 1063 illuc *E* illic *A* || *Val. Probus inst. art. p. 75, 3 L.* Seneca in Hecuba hendecasyllabo in sapphico uersu: 'Ilium e. illic ubi f. alte' || *post u.* 1065 *excidisse duos hendecasyllabos cum adonio mihi persuasum est. idem censuit GR.* || NVNTIVS · HECVBA · ANDROMACHA *E ψ* NVNTIVS · ANDROMACHA · HECVBA *A* || 1066 dura *Eψ* dira *A* || 1067 bissenis *ψ* || 1068 quid ε*ψ* quod *A* ||

sua quemque tantum, me omnium clades premit.
mihi cuncta pereunt, quisquis est Hecubae est miser. 1072
expone seriem caedis et duplex nefas. 1075
α'' NVNT. Mactata uirgo est, missus e muris puer, 1073
sed uterque letum mente generosa tulit. 1074
ANDR. persequere: gaudet magnus aerumnas dolor 1076
tractare totas. ede et enarra omnia.

a NVNT. Est una magna turris e Troia super
adsueta Priamo cuius e fastigio
summisque pinnis arbiter belli sedens
regebat acies. turre in hac blando sinu
fouens nepotem, cum metu uersos graui
Danaos fugaret Hector et ferro et face,
paterna puero bella monstrabat senex.
a' Haec nota quondam turris et muri decus
nunc saeua cautes undique adfusa ducum
plebisque turba cingitur, totum coit
ratibus relictis uulgus. his collis procul
aciem patenti liberam praebet loco,
his alta rupes cuius * in cacumine
erecta summo turba librauit pedes.
b Hunc pinus illum laurus hunc fagus gerit
et tota populo silua suspenso tremit.
extrema montis ille praerupti petit,
semusta at ille tecta uel saxum inminens
· muri cadentis pressit atque aliquis — nefas —
tumulo ferus spectator hectoreo sedet.

1072 hecuba est *E* Hecubae est *A* hecube (*om.* est) *ψ* || *post u.* 1072 *interposui u.* 1075 *auctore GR.* || 1076 Persequere *E R14 (non adstipulante Treuetho)* Prosequere *A* || magnus ae. dolor *E* animus ae. meus *A* || 1077 ennarra *E* || 1078 una *EA* magna magna turris *E uoce* una *deleta* magna magna *IGron.* summa magna? *coll. u.* 377 || 1086 adfusa *E* affusa *ψ* effusa *A* || 1089 patenti *εA* patente *ψ* || 1090 e cacumine *A* in cac. *E* e fastigio *GLangius prob. GR.* || 1091 summos *A* summo *E* || 1092 gerit *EME* tegit *A* regit *IPal.* || 1096 pressit *Eψ* pressat *A* ||

c Per spatia late plena sublimi gradu F. XXXVIIII
incedit Ithacus paruulum dextra trahens
Priami nepotem nec gradu segni puer
ad alta pergit moenia. ut summa stetit
pro turre, uultus huc et huc acres tulit:
c′ Intrepidus animo qualis ingentis ferae
paruus tenerque fetus et nondum potens
saeuire dente iam tamen tollit minas
morsusque inanes temptat atque animis tumet.
sic ille dextra prensus hostili puer.
b′ Ferox super*n*e mouerat uulgum ac duces
ipsumque Vlixen. non flet e turba omnium
qui fletur ac dum uerba fatidici et preces
concipit Vlixes uatis et saeuos ciet
ad sacra superos, sponte desiluit sua
in media Priami regna. —
a ANDR. Quis Colchus hoc, quis sedis incertae Scytha
conmisit? aut quae caspium cingens mare
gens iuris expers ausa? non Busiridis
puerilis aras sanguis adspersit feri
nec parua gregibus membra Diomedes suis
epulanda posuit. quis tuos artus *l*eget
tumuloque tradet?
a′ NVNT. Quos enim praeceps locus
reliquit artus? ossa disiecta et graui
elisa casu signa clari corporis
et ora et illas nobiles patris notas
confudit imam pondus ad terram datum,
soluta ceruix silicis inpulsu caput

1100 haud gradu *ψ* || 1103 intrepidos *E* || 1104 sed *E* et *A* || 1106 animis *Eψ* animus *α* || 1108 superbe *ω* superne *DHs.* '*potes et* ferox superbus' *DHs.* || uulgus *ψ* || 1112 desiluit *εψ* dissiluit *A* || 1113 *male adtextum in editis quibusdam:* non trepidus puer. || 1114 hoc *ε* haec *A* || 1119 teget *ω* leget *Heusinger* || 1121 disgecta (*an* disgesta?) *E* disiecta *A* || et *om. A* || 1123 nobiles *Eψ* nobilis *A* || 1125 inpulsu *EME R m. sec.* incursu *ψ* incussu *A* ||

ruptum cerebro penitus expresso. iacet
defôrme corpus.
ANDR. sic quoque est similis patri.

d NVNT. Praeceps ut altis cecidit e muris puer
fleuitque Achiuum turba quod fecit nefas
idem ille populus aliud ad facinus redit
tumulumque Achillis: cuius extremum latus
rhoetea leni uerberant fluctu uada.
d′ Auersa cingit campus et cliuo leui
erecta medium uallis includens locum
crescit theatri more. concursus frequens
inpleuit omne litus: hi classis moram
hac morte solui rentur, hi stirpem hostium
gaudent recidi.
e Magna pars uulgi leuis
odit scelus spectatque nec Troes minus
suum frequentant funus et pauidi metu
partem ruentis ultimam Troiae uident:
cum subito thalami more praecedunt faces
et pronuba illi Tyndaris maestum caput
demissa.
e′ Tali nubat Hermione modo,
Phryges precantur. sic uiro turpis suo
reddatur Helene. terror attonitos tenet
utrosque populos. ipsa deiectos gerit
uultus pudore, sed tamen fulgent genae
magisque solito splendet extremus decor.
f Vt esse Phoebi dulcius lumen solet
iamiam cadentis astra cum repetunt uices

1126 excusso *ψ* expresso є*A* || 1127 sic *E* hic *A* || 1129 Fleuit (*om.* que) *ψ* Fleuit ad *g* id *G* || 1131 cuius *E* huius *A* || 1132 Rhretea *E* || 1133 Auersa *EG?* Aduersa *A* || 1136 moram *E* moras *A* || 1139 peccatqȝ *ψ* || 1143 Et *E R10* It *A* || illi *EA* illic *Scaligerana* || 1144 modo *Eψ* face *α* || 1146 helene є Helena *A* || tenet *E* mouet *A* || 1151 Iam *semel tantum E* ||

premiturque dubius nocte uicina dies.
stupet omne uulgus, *ut* fere cuncti magis
peritura laudant. hos mouet formae decus
hos mollis aetas hos uagae rerum uices
mouet animus omnes fortis et leto obuius.
f′ Pyrrhum antecedit. omnium mentes tremunt,
mirantur ac miserantur. ut primum ardui
sublime montis tetigit atque alte editus
iuuenis paterni uertice in busti stetit:
audax uirago non tulit retro gradum,
conuersa ad ictum stat truci uultu ferox F. XXXX
[*tam fortis animus omnium mentes ferit*]
nouumque monstrum est Pyrrhus ad caedem piger.
d Vt dextra ferrum penitus exacta abdidit:
subitus recepta morte prorupit cruor
per uulnus ingens. nec tamen moriens adhuc
deponit animos: cecidit ut Achilli grauem
factura terram prona et irato impetu.
d′ Vterque fleuit coetus et timidum Phryges
misere gemitum, clarius uictor gemit.
hic ordo sacri. non stetit fusus cruor
humoue summa fluxit: abduxit statim
saeuusque totum sanguinem tumulus bibit.
e HEC. Ite ite Danai, petite iam tuti domos,
optata uelis maria diffusis secet
secura classis: concidit uirgo ac puer,
bellum peractum est. quo meas lacrimas feram?
ubi hanc anilis expuam leti moram?
gnatam an nepotem, coniugem an patriam fleam?

1153 et effert *E* et fere *E*˜*t. Gron. A* ut fere *Gruter DNHsii* || 1154 Vt peritura *α* Peritura (*om.* Vt) *E Colon.* Perituram *ÆEψ* || 1158 Mirantur ac miserantur *EÆ* Miserentur ac mirantur *A* Miserantur ac m. *Mog.* || 1159 editus *EA* edito *Scaligerana* || 1163 *deleui conl. u.* 1056 || 1169 Fractura *ψ* || 1170 egetus *E* coetus *A* || et *Eψ* at *A* || 1173 abduxit *ω* obduxit *Muretus Scaliger* || 1176 secet *A* repetat *E* ||

e′ An omnia an me sola? mors uotum meum
infantibus uiolenta uirginibus uenis,
ubique properas saeua, me solam times
uitasque gladios inter ac tela et faces.
[*quaesita tota nocte cupientem fugis.*]
non hostis aut ruina non ignis meos
absumpsit artus: quam prope a Priamo steti.
β NVNT. Repetite celeri maria captiuae gradu.
iam uela puppis laxat et classis mouet.

1181 solam? *(cum interrogandi nota) E* solam ψ sola *A* || 1183 Vbique *E* Vbicunque *A* || *u.* 1185 *deleui* || 1187 a priamo *Eψ* ac Priamo *A* || steti *E R14* stetit *A* || 1188 N. (*i. e.* NVNT.) *A om. E* || MARCI · LVCII · ANNEI · SENECAE · | TROADES EXPLICI||||||T · INCIPIVNT | PHOENISSAE *E* Explicit trag. VI que fertur hecuba. Incipit septima que medea dicitur. *codex lugdunensis n. 370.* Marci Lucij Anee (e *corr. in* i) Senece Troas tragedia sexta feliciter | explicit die Sabati XXIIII^{to} Iunij MCCCLXXXXJ^{o} post depo|pulacionem ciuitatis V'one anno primo. *R* ||

L. ANNAEI SENECAE

M E D E A

PERSONAE

I MEDEA
II IASON
CREO
III NVTRIX
NVNTIVS

CHORVS CORINTHIORVM

SCAENA CORINTHI

MEDEA.

a Di coniugales tuque genialis tori
Lucina custos quaeque domituram freta
Tiphyn nouam frenare docuisti ratem,
et tu profundi saeue dominator maris
clarumque Titan diuidens orbi diem
tacitisque praebens conscium sacris iubar
Hecate triformis,
a′ Quosque iurauit mihi
deos Iason quosque Medeae magis
fas est precari noctis aeternae chaos
auersa superis regna manesque inpios
dominumque regni tristis et dominam fide
meliore raptam uoce non fausta precor.
a″ Nunc nunc adeste. sceleris ultrices deae
crinem solutis squalidae serpentibus
atram cruentis manibus amplexae facem
adeste thalamis horridae quondam meis
quales stetistis. coniugi letum nouae
letumque socero et regiae stirpi date.
b Mihi peius aliquid quod precer sponso malum:

INCIPIT · MEDEA *E* Marci Lucij Anei Senece Medea Tragedia Septima feliciter Incipit *R*

---

2 domitorem freti *A* domituram freta *E* || 10 aduersa *A* auersa *E* || 13 adeste adeste *A* nunc nunc adeste *E* || 19 aliquod *A* aliquid *Eψ* *uoci* malum *subicit notam interrogationis E t. Gron.* me peius a. q. p. sp. malum? *ci. Gron.* ||

uiuat, per urbes erret ignotas egens
exul pauens inuisus incerti laris,
me coniugem optet, limen alienum expetat
iam notus hospes, quoque non aliud queam
peius precari, liberos similes patri
similesque matri. parta iam parta ultio est:
peperi. querelas uerbaque incassum sero. —
b′ Non ibo in hostes? manibus excutiam faces
caeloque lucem? spectat hoc nostri sator
Sol generis et spectatur et curru insidens F. LI
per solita puri spatia decurrit poli?
non redit in ortus et remetitur diem?
da da per auras curribus patriis uehi.
conmitte habenas genitor et flagrantibus
ignifera loris tribue moderari iuga.
[*gemino Corinthos litori opponens moras*
cremata flammis maria conmittet duo.]
a Hoc restat unum, pronubam thalamo feram
ut ipsa pinum postque sacrificas preces
caedam dicatis uictimas altaribus.
per uiscera ipsa quaere supplicio uiam.
si uiuis anime si quid antiqui tibi
remanet uigoris, pelle femineos metus.
[*et inhospitalem Caucasum mente indue*]
a′ Quodcumque uidit Pontus aut Phasis nefas,
uidebit Isthmos. effera ignota horrida
tremenda caelo pariter ac terris mala

---

20 errat *E* (e *sups. 2 m.*) erret *A* || 25 pariat *E* || uitio *E* || 29 spectator *A* spectatur *ME?* ϵ || currus *E* || 30 curui *ME* || 31 nunc *ME* num *A* non ψϵ || re//metitur (d *eras.*) *E* || 32 patris *A* patriis *ci. Lips.* ϵ || 35 36 *uersus hoc loco ineptos uncis inclusi. nescio an ponendi sint post u.* 147. *cf. Ouid. met. VII. 395:* flagrantemque domum regis mare uidet utrumque. || committat *A*ϵ committet *ci. Lips.* || 37 prenubam *E*ψ pronubam *A* || 43 causasum *E* (c *spscr. m. 3*) *uersum deleui.* || 44 phasis aut pontus *A* pontus a. ph. *E* ||

mens intus agitat, uulnera et caedem et uagum
funus per artus. leuia memoraui nimis:
haec uirgo feci, grauior exurgat dolor.
a″ Maiora iam me scelera post partus decent:
accingere ira teque in exitium para
furore toto. paria narrentur tua
repudia thalamis. quo uirum linquis modo?
hoc quo secuta es. rumpe iam segnes moras:
quae scelere parta est, scelere linquenda est domus.

CHORVS.

a Ad regum thalamos numine prospero
qui caelum superi quique regunt fretum
adsint cum populis rite fauentibus.

b Primum sceptriferis colla tonantibus
taurus celsa ferat tergore candido,
Lucinam niuei femina corporis
intemptata iugo placet et asper*a*.

b′ Martis sanguineas quae cohibet manus,
quae dat belligeris foedera gentibus
et cornu retinet diuite copiam,
donetur tenera mitior hostia.

b Et tu qui facibus legitimis ades
noctem discutiens auspice dextera,
huc incede gradu marcidus ebrio
praecingens roseo tempora uinculo.

---

47 uagos *α* || 53 linques *A* linquis *εψ* || 55 pacta *Æψ* parta *EA* || scelere rumpetur fides *Æ* sc. linquetur (linquatur *ψ*) domus *A* sc. linquenda est domus *E* || 59 primus *A* primum *E* || 61 feminam *E* || 62 placet. et asperi *ω* *corr. R.P. coll. Verg. Georg. III. 56:* aut iuga detractans interdumque aspera cornu. ||

b′ Et tu quae gemini praeuia temporis
tarde stella redis semper amantibus:
te matres auidae te cupiunt nurus
quamprimum radios spargere lucidos.

α Vincit uirgineus decor
longe cecropias nurus,
et quas Taygeti iugis
exercet iuuenum modo
muris quod caret oppidum
et quas aonius latex
Alpheosque sacer lauat.

α′ Cedent aesonio duci
[*si forma uelit adspici*]
proles fulminis inprobi
aptat qui iuga tigribus,
nec non qui tripodas mouet
frater uirginis asperae,
cedet Castore cum suo
Pollux caestibus aptior.

β Sic sic caelicolae precor
uincat femina coniuges,
uir longe superet uiros.

b^{0} . . . .
. . . .
haec cum femineo constitit in choro: F. LII
unius facies praenitet omnibus.

b Sic cum sole perit sidereus decor
et densi latitant Pleiadum greges,

77 et quae *A* et quas ϵ || 78 exercent *A* exercet ϵ || 82 *post u.* 83 *legitur in A, hoc loco in E, deleui cum R.P.* || 90 cęlicolae *E (litt.* icol *a m. 2 in ras.)* || 92 longe ut superat *ME* longe superet *A*ϵ || 93 *lacunam statuit R.P.* || 94 unius *E (prius* u *in ras.)* || 95 syderibus *A* sidereus *E* ||

cum Phoebe solidum lumine non suo
orbem circuitis cornibus alligat.

b′ Ostro sic niueus puniceo color
perfusus rubuit, sic nitidum iubar
pastor luce noua roscidus adspicit
. . . .
[*ereptus thalamis Phasidos horridis*]

b″ Effrenae solitus pectora coniugis
inuita trepidus prendere dextera
felix aeoliam conripe uirginem
nunc primum soceris sponse uolentibus.

a Concesso iuuenes ludite iurgio.
hinc illinc iuuenes mittite carmina.
rara est in dominos iusta licentia.

γ Candida thyrsigeri proles generosa Lyaei,
multifidam iam tempus erat succendere pinum,
excute solemnem digitis marcentibus ignem.

γ′ Festa dicax fundat conuitia fescenninus,
soluat turba iocos. tacitis eat illa tenebris,
si qua peregrino nubit †fugitiua marito.

MEDEA. NVTRIX.

a Occidimus, aures pepulit hymenaeus meas.
uix ipsa tantum uix adhuc credo malum.

---

97 solitum *A* solidum *E* || 99 phoeniceo *A* puniceo *E* || 101 *uersum intercidisse ci., sequentem del. coll. u. 16 R.P.* || 102 phasidos *A* phasidis *Eψ* || horridis *A* horridus *ψ* horridi *E* || 105 aoniam prendito *A* aeoliam corripe *E* || 106 soceris sponte *A* sponse *ψ* socero sponsae *E* || 109 dominos *corr. ex* domonos E^1 || ista *ci. DHs.* || 114 locos *E* || 115 fugitura *ψ* fugitiua *AE* ||

hoc facere Iason potuit? erepto patre
patria atque regno sedibus solam exteris
deserere? durus merita contempsit mea
qui scelere flammas uiderat uinci et mare?
adeone credet omne consumptum nefas?
a′ Incerta uaecors mente uaesana feror
partes in omnes, unde me ulcisci queam?
utinam esset illi frater. est coniunx: in hanc
ferrum exigatur. — hoc meis satis est malis?
si quod pelasgae si quod urbis barbarae
nouere facinus quod tuae ignorant manus,
nunc est parandum. scelera te hortentur tua
et cuncta redeant:
a′ Inclitum regni decus
raptum et nefandae uirginis paruus comes
diuisus ense funus ingestum patri
sparsumque ponto corpus et Peliae senis
decocta aeno membra. funestum inpie
quam saepe fudi sanguinem. et nullum scelus
irata feci, saeuit infelix amor.
a Quid tamen Iason potuit alieni arbitri
iurisque factus? — debuit ferro obuium
offerre pectus. — melius ah melius dolor
furiose loquere. si potest uiuat meus
ut fuit Iason, si minus, uiuat tamen
memorque nostri muneri parcat meo
. . . .
a^{0} Culpa est Creontis tota qui sceptro inpotens
coniugia soluit quique genetricem abstrahit
gnatis et arto pignore adstrictam fidem

---

118 haec *A* hoc *E* || 122 credit *A* credet *E* || 123 non sana *A* uesana *E* || 126 haec *α* hoc *ψε* || 129 patrandum *ci. Bo.* || 132 incestum *A* infestum *ψ* ingestum *E* || 135 uidi *E* fudi *A* || at *α* || 136 *post* feci *duo hemistichia deesse putat DHs.* || 139 afferre *E* offerre *A* || ac *E* ah *A* || 142 m. nostri. muneri parcam meo *ci. Gron. lacunam statuit R.P.* ||

dirimit. petatur solus hic, poenas luat
quas debet. alto cinere cumulabo domum.
uidebit atrum uerticem flammis agi
Malea longas nauibus flectens moras.
b NVTR. Sile obsecro questusque secreto abditos
manda dolori. grauia quisquis uulnera
patiente et aequo mutus animo pertulit,
referre potuit. ira quae tegitur nocet,
professa perdunt odia uindictae locum.
b′ MED. Leuis est dolor qui capere consilium potest
et clepere sese, magna non latitant mala.
libet ire contra.
NVTR. siste furialem impetum F. LIII
alumna: uix te tacita defendit quies.
MED. fortuna fortes metuit, ignauos premit.
c α NVTR. Tunc est probanda si locum uirtus habet.
α′ MED. numquam potest non esse uirtuti locus.
β NVTR. spes nulla rebus monstrat adflictis uiam.
β′ MED. qui nil potest sperare, desperet nihil.
γ NVTR. abiere Colchi, coniugis nulla est fides
nihilque superest opibus e tantis tibi.
γ′ MED. Medea superest, hic mare et terras uides
ferrumque et ignes et deos et fulmina.
c′ α NVTR. Rex est timendus.
MED. rex meus fuerat pater.
α′ NVTR. non metuis arma?
MED. sint licet terra edita.
β NVTR. moriere.
MED. cupio.
NVTR. profuge.
MED. paenituit fugae.

---

149 nectens *ci.* *NHs.* || 152 motus *A* mutus *E* || 154 produnt *ψ* perdunt *EA* || 156 *om.* *ψ* *(G R14 Pall. uett.)* || 158 *ante h. u. in E* MED. *scriptum erat sed a m. 1. del.* || 160 nunc *ψ* tunc *αε* || 162 rebus monstrat *Eψ* monstrat rebus *A* || 170 fugae medea *E* ||

β′ Medea fugiam?
NVTR. mater es.
MED. cui sim uides.
β″ NVTR. profugere dubitas?
MED. fugiam, at ulciscar prius.
γ NVTR. uindex sequetur.
MED. forsan inueniam moram.
NVTR. conpesce uerba, parce iam demens minis
animosque minue: tempori aptari decet.
d MED. Fortuna opes auferre non animum potest.
sed cuius ictu regius cardo strepit?
ipse est pelasgo tumidus imperio Creo.

CREO IDEM.

a CR. Medea Colchi noxium Aeetae genus
nondum meis exportat e regnis pedem?
molitur aliquid: nota fraus nota est manus.
a′ Cui parcet illa quemue securum sinet?
abolere propere pessimam ferro luem
equidem parabam, precibus euicit gener.
a″ Concessa uita est, liberet fines metu
abeatque tuta. fert gradum contra ferox
minaxque nostros propius adfatus petit.
b⁰ Arcete famuli tactu et accessu procul.
iubete sileat. regium imperium pati
aliquando discat. uade ueloci uia
monstrumque saeuum horribile iamdudum auehe.

a MED. Quod crimen aut quae culpa multatur fuga?
CR. quae causa pellat innocens mulier rogat.

171 MED. fiam *E* Medea fugiam *A* || NV. teipsam uide. ME. fugiam? *AE* || 172 fugiam sed *E* f. et ψ f. at α 173 moras *A* morã *E* || CREO · IDEAI · *E* CREON · MEDEA · *A* CREO · IDEM *scripsi.* || 179 oete (*uel* oethe) ψ aetae E^2 *in ras.* Aeetae α || 180 e *om.* *E* || 181 minus *E* || 187 effatus α || 190 ualde *E* || fuga *ci. Bo.* ||

MED. si iudicas cognosce, si regnas iube.
a′ CR. Aequum atque iniquum regis imperium feras.
MED. iniqua numquam regna perpetuo manent.
CR. i querere Colchis.
MED. redeo. qui aduexit ferat.
a CR. Vox constituto sera decreto uenit.
MED. qui statuit aliquid parte inaudita altera:
aequum licet statuerit, haud aequus fuit.
a′ CR. Auditus a te Pelia supplicium tulit?
. . . .
sed fare, causae detur egregiae locus.

a MED. Difficile quam sit animum ab ira flectere
iam concitatum quamque regale hoc putet
sceptris superbas quisquis admouit manus,
qua coepit ire, regia didici mea.
a′ Quamuis enim sim clade miseranda obruta
expulsa supplex sola deserta undique
adflicta: quondam nobili fulsi patre
auoque clarum Sole deduxi genus.
b Quodcumque placidis flexibus Phasis rigat
pontusque quicquid scythicus a tergo uidet
palustribus qua maria dulcescunt aquis,
armata peltis quicquid exterret cohors
inclusa ripis uidua thermodontiis:
b′ Hoc omne noster genitor imperio regit.
generosa felix decore regali potens
fulsi. petebant tunc meos thalamos proci F. LIIII
qui nunc petuntur. rabida fortuna ac leuis
praecepsque regno eripuit exilio dedit.
c Confide regnis, cum leuis magnas opes
huc ferat et illuc casus. hoc reges habent

197 IQVAERERE *Rescr.* || auexit *α* || 198 nox *ÆEψ* || *post* 200 *uersum intercidisse suspicor.* || 201 audiit et a te *ci. Gron.* || pelias *Eψ* Pelia *α* || 204 caput *ÆEψ* putet *Aϵ* || 213 durescunt *E* dulcescunt *A* || 214 exercet *ÆEψ* exterret *Eα* || 218 uiri *A* proci *E* || 219 tunc *E* || rapida *A* rabida *E* RABIDA *Rescr.* || 220 et exilio *Eψ* ex. et *α* ||

magnificum et ingens nulla quod rapiat dies,
prodesse miseris, supplices fido lare
protegere. solum hoc colchico regno extuli
decus illud ingens gloriae florem inclitum
praesidia achiuae gentis et prolem deum
seruasse memet.
c′ Munus est Orpheus meum
[*qui saxa cantu mulcet et siluas trahit*]
geminumque munus Castor et Pollux meum est
satique Borea quique trans Pontum quoque
summota Lynceus lumine inmisso uidet
omnesque Minyae: nam ducem taceo ducum
pro quo nihil debetur, hunc nulli inputo:
uobis reuexi ceteros, unum mihi.
d Incesse nunc et cuncta flagitia ingere.
fatebor: obici crimen hoc solum potest
Argo reuersa. uirgini placeat pudor
paterque placeat: tota cum ducibus ruet
pelasga tellus, hic tuus primum gener
tauri ferocis ore flammanti occidet.
e Fortuna causam quae uolet nostram premat,
non paenitet seruasse tot regum decus.
quodcumque culpa praemium ex omni tuli,
hoc est penes te. si placet: damna ream,
sed redde crimen. sum nocens fateor Creo.
e′ Talem sciebas esse, cum genua attigi
fidemque supplex praesidis dextra peti.

---

223 rapiet *α* || 226 graeciae *A*ϵ gloriae *ψ E t. Gr.* || 229 *deleui* || 230 geminique *ci. NHs.* || *uerba* meum est *mihi suspecta.* || 233 ducum taceo ducem *A* ducem /// taceo ducum *E (in ras.* d *erat)* || 234 nullum puto *E* nulli imputo *A* || 236 flamina *ME* flamma *ψ* flagitia *AE* || 240 primus *A* primum *E* || 241 FEROCISORE · FRAGLANTE *Rescr.* f. o. flagranti *A* f. o. flammanti *E* || 242 qua *A* quae *Eψ* || 244 tulit *E* tuli *A* || 248 petijque supplex *α* fidemque suppl. *ψϵME* || dextrae fidem *α* dextre pecij *ψME* dextrapeti *E* ||

te *i*am miseriis angulum ac sedem rogo
latebrasque uiles. urbe si pelli placet
detur remotus aliquis in regnis locus.
d′ CR. Non esse me qui sceptra uiolentus geram
nec qui superbo miserias calcem pede,
testatus equidem uideor haut clare parum
generum exulem legendo et adflictum et graui
terrore pauidum quippe *quem* poenae expetit
letoque Acastus regna thessalica optinens.
f Senio trementem debili atque aeuo grauem
patrem peremptum queritur et caesi senis
discissa membra, cum dolo captae tuo
piae sorores inpium auderent nefas.
f′ Potest Iason, si tuam causam amoues,
suam tueri: nullus innocuum cruor
contaminauit, afuit ferro manus
proculque uestro purus a coetu stetit.
d Tu tu malorum machinatrix facinorum,
cui feminea nequitia ad audenda omnia
robur uirile est, nulla famae memoria,
egredere purga regna letales simul
tecum aufer herbas. libera ciues metu.
alia sedens tellure sollicita deos.
e MED. Profugere cogis? redde fugienti ratem
uel redde comitem. fugere cur solam iubes?
non sola ueni. bella si metuis pati:
utrumque regno pelle. cur sontes duos
distinguis? illi Pelia non nobis iacet.

---

249 terra hac *A* terram *E* terrae *ci. Gron.* te iam *ci. Henneberger.* || et *A* ac *E* || 252 uiolenter *A* uiolentus *E* || 255 afflicta (*corr. ex* afflictet) E^1 || 256 quippe te p. *A* quē p. *E* quippe quem *ci. Gron.* || 260 discisca *E* || coepte *E* || 265 prorsusque *α* || 266 sed tu malorum *A* TVTVMAL·· *Rescr.* tu tu malorum *E* || 267 feminea cui *ci. Bo.* feminae *ci. R.P.* || audendum *A* audenda *E* || 268 uirile robur *A* ROBVR VIRILE EST *Rescr.* robur uirile est *E* || memoria est *α* *uerba* nulla famae memoria *uix sana puto.* || 276 pelias *E* Pelia *A* ||

e′ Fugam rapinasque adice desertum patrem
lacerumque fratrem, quicquid etiamnunc nouas
docet maritus coniuges: non est meum.
totiens nocens sum facta, sed numquam mihi.
CR. iam exisse decuit. quid seris fando moras?
h° MED. Supplex recedens illud extremum precor,
ne culpa natos matris insontes trahat.
CR. uade: hos paterno ut genitor excipiam sinu. F. LV
i MED. Per ego auspicatos regii thalami toros
per spes futuras perque regnorum status
fortuna uaria dubia quos agitat uice,
precor: breuem largire fugienti moram,
dum extrema natis mater infigo oscula
fortasse moriens.
h CR. Fraudibus tempus petis.
MED. quae fraus timeri tempore exiguo potest?
CR. nullum ad nocendum tempus angustum est malis.
h′ MED. Paruumne miserae temporis lacrimis negas?
CR. etsi repugnat precibus infixus timor,
unus parando dabitur exilio dies.
i′ MED. nimis est, recidas aliquid ex isto licet
et ipsa propero.
CR. capite supplicium lues
clarum priusquam Phoebus attollat diem,
nisi cedis Isthmo. sacra me thalami uocant,
uocat precari festus Hymenaeo dies.

CHORVS.

A a Audax nimium qui freta primus
Rate tam fragili perfida rupit,

277 rapinas *A* rapinasque ε || 278 nouam α nouas ψ nota *E* nouus *ci. Bo.* || 279 conuoces *E* coniuges ψ coniugem α || 293 parumne *A*ε paruumne *ci. Bo.* || 294 infelix *A* infixus *E* || 296 nimis est et ex hoc aliquid abscidas licet *A* n. e. recidas aliquid existolicet *E* || 297 Cr. et ipsa propera cap. s. l. *A* et ipsa propero | Cr. cap. s. l. ε || 298 clarus *A* clarum *E* || 300 *om. E* ||

terrasque suas post terga uidens
animam leuibus credidit auris
dubioque secans aequora cursu
potuit tenui fidere ligno.
[*inter uitae mortisque uias*
nimium gracili limite ducto.]

b Candida nostri saecula patres
uidere procul fraude remota.
sua quisque piger litora tangens
patrioque senex factus in aruo
paruo diues, nisi quas tulerat
natale solum, non norat opes.

c Nondum quisquam sidera norat
stellisque quibus pingitur aether
non erat usus, nondum pluuias
hyadas poterat uitare ratis.

c′ Non oleniae lumina caprae
nec quae sequitur flectitque senex
attica tardus plaustra Bootes,
nondum boreas, nondum zephyrus
nomen habebant.

a′ Ausus Tiphys
pandere uasto carbasa ponto
legesque nouas scribere uentis:
nunc lina sinu tendere toto,
nunc prolato
pede transuersos captare notos,

---

301 *Diomedes art. gramm. l. III p. 511 K. (cf. p. 517)* 'anapaesticum choricum habemus in Seneca, audax nimium qui freta primus.' || 307 308 *deleui. post u.* 308 *uersus* 329—334 *reuocaui; inter uu.* 317 *et* 318 *inserendos putauerat R.P.* || 311 pliadas *A* pluuias *E* || 312 poterant *A* poterat *E* || rates *A* ratis *E* || 313 sidera *A* lumina *E* || 314 non *A* nec *E* || defletque *EMEψ* flectitque *A cf. de hac scriptura Hennebergerum l. c. p. 7—10.* || 315 arctica *A* attica *E* || 322 praelato *α* prolato *εψ* ||

b′ Nunc antemnas medio tutas
ponere malo,
nunc in summo religare loco,
cum iam totos auidus nimium
nauita flatus optat et alto
rubicunda tremunt sipara uelo.

B c Bene dissaepti foedera mundi
traxit in unum thessala pinus
iussitque pati uerbera pontum
partemque metus fieri nostri
m a r e s e p o s i t u m.
dedit illa graues inproba poenas
per tam longos ducta timores:

c′ Cum duo montes hinc atque illinc
claustra profundi subito inpulsu
uelut aetherio gemerent sonitu
nubesque ipsas spargeret atr*a*s
m a r e d e p r e n s u m.
palluit audax Tiphys et omnes
labente manu misit habenas.
[*Orpheus tacuit torpente lyra*
ipsaque uocem perdidit Argo.] F. LVI

d Q u i d c u m siculi uirgo Pelori
rabidos utero succincta canes
omnes pariter soluit hiatus?
quis non totos horruit artus
totiens uno latrante malo?

d′ Q u i d c u m ausonium dirae pestes
uoce canora mare mulcerent?
cum pieria resonans cithara

---

343 claustra profundi | hinc atque illinc ω *transposui hemistichia.* || impulsi *ci. Gron.* || 345 *conmutaui hemistichia.* pergeret astra *ÆE* spargeret astra *A* spargeret astris *E* spargeret atras *scripsi.* || 348 349 *delendos duxit R.P.* || 355 imo α uno ϵ*ÆEψ* ||

solitam cantu retinere ratem 360
paene coegit Sirena sequi 361
thracius Orpheus. 359

C e Quod fuit huius pretium cursus? 362
aurea pellis
maiusque mari Medea malum,
merces prima digna carina. 365

e′ Nunc iam cessit pontus et omnes
patitur leges.
non palladia conpacta manu
regum referens inclita remos
quaeritur Argo. 370

f Quaelibet altum cumba pererrat.
terminus omnis motus et urbes.
muros terra posuere noua. 373
peruius orbis 375
nil qua fuerat sede reliquit. 374
[*Indus gelidum potat Araxen,* 376
Albin Persae Rhenumque bibunt.]

f′ Venient annis saecula seris
quibus Oceanus uincula rerum
laxet et ingens pateat tellus 380
Tethisque nouos detegat orbes
nec sit terris ultima Thule.

NVTRIX. MEDEA.

a Alumna celerem quo rapis tectis pedem?
resiste et iras conprime ac retine impetum.
b Incerta qualis entheos gressus tulit 385
cum iam recepto maenas insanit deo

---

359 *transp. R.P.* || 360 rates *A* ratem *E* || 362 hui *E* huius *A* || 369 remis *A* remos ϵ || 372 metus *E* notus *α* motus *ψ* || 373 nouos *A* noua *E* nouas *E t. Gron.* † 374 *posui post* 375. || 376 377 *eiecit R.P.* || 381 tiphysque *A* thetisque *E* || 385 pentheos *E* entheos *A* || cursus *A* gressus *E* ||

Pindi niualis uertice aut Nysae iugis
furoris ore signa lymphati gerens: 389
b′ Talis recursat huc et huc motu effero: 388
flammata facies spiritum ex alto citat
proclamat oculos uberi fletu rigat
renidet. omnis specimen adfectus capit.
b Haeret minatur aestuat queritur gemit
. . . .
quo pondus animi uergat ubi ponat minas.
ubi se iste fluctus franget? exundat furor.
b′ Non facile secum uersat aut medium scelus:
se uincet, irae nouimus ueteris notas.
magnum aliquit instat efferum inmane inpium:
uultum furoris cerno. di fallant metum.

c MED. Si quaeris odio misera quem statuas modum,
imitare amorem. regias egone ut faces
inulta patiar? segnis hic ibit dies
tanto petitus ambitu tanto datus?
d Dum terra caelum media libratum feret
nitidusque certas mundus euoluet uices
numerusque harenis derit et solem dies
noctem sequentur astra, dum siccas polus
uersabit arctos flumina in pontum cadent:
d′ Numquam meus cessabit in poenas furor
crescetque semper. quae ferarum inmanitas
quae Scylla quae Charybdis ausonium mare
siculumque sorbens quaeue anhelantem premens
titana tantis Aetna feruebit minis?

387 iugalis *A* niualis ϵ*R* || *uu.* 388 389 *conmutandos putaui.* || 391 o superi oculos *A* oculos uberi *EME* || 392 omne *ci. NHs.* || *ante u.* 394 *uersum periisse, id quod censuit R.P., docet scriptura codicis E u. seq.* || 394 quo pondus istud uerget ubi ponet *A* quopondus animi uergat ubi ponat *E* || 396 aut induit scelus *ME* || 397 se iungit *E* se uincet *A* || 401 ēmitare *E* imitare *A* || 411 ionium *A* ausonium *E* || 412 quaeque *A* quaeue *E* || 413 ferueseit *ci. Lips.* ||

c′ Non rapidus amnis non procellosum mare
pontusue coro saeuus aut uis ignium
adiuta flatu possit inhibere impetum
irasque nostras: sternam et euertam omnia. Quat. VII
d Timuit Creontem ac bella thessalici ducis? F. LVII
amor timere neminem uerus potest.
sed cesserit coactus et dederit manus:
adire certe coniugem extremo adloqui
sermone potuit, hoc quoque extimuit ferox.
d′ Laxare certe tempus inmitis fugae
genero licebat: liberis unus dies
datus est duobus. — non queror tempus breue:
multum patebit. faciet hic faciet dies
quod nullus umquam taceat. inuadam deos
et cuncta quatiam.
c″ NVTR. Recipe turbatum malis
era pectus. animum mitiga.
MED. sola est quies
mecum ruina cuncta si uideo obruta.
mecum omnia abeant. trahere cum pereas libet.
a′ NVTR. Quam multa sint timenda si perstas uide
nemo potentes aggredi tutus potest.

IASON. IDEM.

a O dura fata semper et sortem asperam
cum saeuit et cum parcit ex aequo mala
remedia quotiens inuenit nobis deus
periculis peiora. si uellem fidem

---

415 pontusque *A* pontusue *E* || 420 conuictus *A* coactus *E* || 421 et coniugem *A* coniugem et *E* et *om. Bo.* || 425 est *E om. A* || 426 hic dies faciet *E* (*transposuit 2 uel 3 m.*) hic faciet dies *A* || 428 reprime *conieci.* || 433 potentem *E* potentes *A* || IASON · IDEM *E* (*cf. u.* 571 *sqq.*) IASON · MEDEA *A* || 435 exaequat *ci. Gron.* || malum *A* mala *E* || 436 toties *A* quotiens *E* || 437 uellem uicem *ci. Gron.* ||

praestare meritis coniugis: leto fuit
caput obferendum, si mori nollem: fide
misero carendum. non timor uicit fidem
sed trepida pietas: quippe sequeretur ne*ce*
proles paren*te*m.
a′ O sancta si caelum incolis
Iustitia numen inuoco ac testor tuum,
gnati patrem uicere. quin ipsam quoque
etsi ferox est corde nec patiens iugi
consulere natis malle quam thalamis reor.
constituit animus precibus iratam aggredi.
atque ecce uiso memet exiluit furit:
fert odia prae se totus in uultu est dolor.'
b⁰ MED. Fugimus Iason fugimus. hoc non est nouum
mutare sedes, causa fugiendi noua est:
pro te solebam fugere. discedo exeo
penatibus profugere quam cogis tuis.
a Ad quos remittis? Phasin et Colchos petam
patriumque regnum quaeque fraternus cruor
perfudit arua? quas peti terras iubes?
quae maria monstras? pontici fauces freti
per quas reuexi nobilem regum manum
adulterum secuta per Symplegadas?
paruamne Iolcon thessala an Tempe petam?
quascumque aperui tibi uias clausi mihi.
a′ Quo me remittis? exul exilium imperas
nec das. eatur. regius iussit gener:
nihil recuso. dira supplicia ingere:
merui. cruentis paelicem poenis premat
regalis ira uinculis oneret manus
clausamque saxo noctis aeternae obruat:

---

439 nolim *A* nollem *E* || 440 carendum est *A* est *om. E* || uincit uirum *A* uicit (*t. Gr.*) fidem *E* || 441 necem *A* neci *E* nece *Gron.* || 442 parentum *ω* parentem *Gron.* || 456 *Quintilianus IX. 2. 8:* 'ut Medea apud Senecam: quas peti terras iubes?' || 458 nobiles r. manus *A* nobilem r. manum *E* || 459 adalterum *E* || 460 colchon *ψ* colcon *ER* iolcon *α* || ante paepetam *E* an tempe petam *A* || 462 exuli *A* exul *E* ||

minora meritis patiar. — ingratum caput. 468
tibi patria cessit tibi pater frater pudor. 491
c Reuoluat animus igneos tauri halitus 469
. . . .
. . . .
interque saeuos gentis indomitae metus
[*armifero in aruo flammeum Aeetae pecus*]
hostisque subiti tela: cum iussu meo
terrigena miles mutua caede occidit.
c′ Adice expetita spolia phrixei arietis
somnoque iussum lumina ignoto dare
insomne monstrum, traditum fratrem neci
et scelere in uno non semel factum scelus
iussasque natas fraude deceptas mea
secare membra non reuicturi senis.
d Aliena quaerens regna deserui mea. F. LVIII
per spes tuorum liberum et certum larem,
per uicta monstra, per manus pro te quibus
numquam peperci perque praeteritos metus,
per caelum et undas coniugi testes mei
miserere. redde supplici felix uicem.
d′ Ex opibus illis quas procul raptas Scythae
usque a perustis Indiae populis agunt
quas quia referta uix domus gazas capit
ornamus auro nemora, nil exul tuli
nisi fratris artus, hos quoque inpendi tibi,
hac dote nupsi. redde fugienti sua. 492
e IAS. Perimere cum te uellet infestus Creo
lacrimis meis euictus exilium dedit.
MED. poenam putabam, munus ut uideo est fuga.

---

491 *huc reuocandum censuit R.P.* || tibi frater *E* tibi *om. A* || 470 referque *ci. Henneberger, lacunam statuit R.P.* || 471 oethe *uel* oete ψ aetae *E* Aeetae α *hunc u. ante* 469 *ponendum esse censet Henneberger, ego delendum duxi.* || 475 summoque *E* somnoque *A* || 478 ausasque *ci. NHs.* || 480 aliena sequens ψ alienaque sequens α aliena querens *E* || 487 petunt *A* agunt *E* || 488 quasque referta ψ referta quasque *A* quas quia referta *E* || 491 *conlocaui ante u.* 469. ||

e′ IAS. Dum licet abire profuge teque hinc eripe:
grauis ira regum est semper.
MED. hoc suades mihi,
praestas Creusae: paelicem inuisam amoues.
f IAS. Medea amores obicit?
MED. et caedem et dolos.
IAS. Obicere tandem quod potest crimen mihi?
MED. quodcumque feci.
IAS. restat hoc unum insuper,
tuis ut etiam sceleribus fiam nocens.
f′ MED. Tua illa tua sunt illa: cui prodest scelus,
is fecit. omnes coniugem infamem arguant:
solus tuere, solus insontem uoca.
tibi innocens sit quisquis est pro te nocens.
g IAS. Ingrata uita est cuius acceptae pudet.
g′ MED. Retinenda non est cuius acceptae pudet.
h IAS. Quin potius ira concitum pectus doma.
placare natis.
MED. abdico eiuro abnuo.
meis Creusa liberis fratres dabit?
h′ IAS. Regina natis exulum adflictis potens.
MED. non ueniat umquam tam malus miseris dies,
qui prole foeda misceat prolem inclitam.
[*Phoebi nepotes Sisyphi nepotibus.*]
h IAS. Quid misera meque teque in exitium trahis?
abscede quaeso.
MED. supplicem audiuit Creo.
IAS. quid facere possim loquere.
MED. pro me? uel scelus.
h′ IAS. Hinc rex et illinc.
MED. est et his maior metus:
Medea. nos conflige. certemus sine,

---

499 mores *E* amores *A* || objicis *A* obicit ψε || 500 obijcere crimen quod potes tandem mihi *A* obicere tandem quod potest crimen michi *E* || 512 IAS. *om.* *A* || 513 MED. *om.* *A* || malus *A* malus *corr. ex* malis E^1 || 515 *deleui uersum uitio deformem.* || 516 exilium *E*ψ exitium α || 520 confligere ω conflige α (*i. e. confer, conpara cf. Bad. ad h. l.*) ||

sit pretium Iason.
IAS. cedo defessus malis.
h Et ipsa casus saepe iam expertos time.
MED. fortuna semper omnis infra me stetit.
IAS. Acastus instat —
MED. propior est hostis Creo.
h′ Vtrumque profuge. non ut in socerum manus
armes nec ut te caede cognata inquines
Medea cogit: innocens mecum fuge.
i IAS. Et quis resistet gemina si bella ingrauant
Creo atque Acastus arma si iungunt sua?
i′ MED. His adice Colchos adice et Aeeten ducem
Scythas Pelasgis iunge: demersos dabo.
k IAS. Alta extimesco sceptra.
MED. ne cupias uide.
k′ IAS. Suspecta ne sint longa conloquia amputa.
l MED. Nunc summe toto Iuppiter caelo tona.
intende dextram. uindices flammas para
omnemque ruptis nubibus mundum quate.
l′ Nec diligenti tela librentur manu F. LVIIII
uel me uel istum: quisquis e nobis cadet
nocens peribit, non potest in nos tuum
errare fulmen.
m IAS. Sana meditari incipe
et placida fare. si quod ex soceri domo
potest fugam leuare: solamen pete.
MED. contemnere animus regias ut scis opes
potest soletque, liberos tantum fugae
habere comites liceat in quorum sinu
lacrimas profundam. te noui gnati manent.
m′ IAS. Parere precibus cupere me fateor tuis,

---

523 intra *A* infra *ER* || 524 MED. *E om. A* || 525 MED. utr. *A* MED. *om. E* || nolo *A* non *E* || 528 ingruant *A* ingrauant *E* || 529 iungant *A*ϵ iungunt *scripsi.* || 530 adijce Aeetem *A* adice et aetem *E* || 537 manum *E* manu *A* || 538 in me *A* uel me *E* || 541 si quid *A* si quod *E*ψ ||

pietas uetat: namque istud ut possim pati
non ipse memet cogat et rex et socer.
haec causa uitae est hoc perusti pectoris
curis leuamen, spiritu citius queam
carere membris luce.
MED. sic gnatos amat?
bene est: tenetur, uulneri patuit locus. —
o Suprema certe liceat abeuntem loqui
mandata, liceat ultimum amplexum dare:
gratum est et illud. uoce iam extrema peto
ne si qua noster dubius effudit dolor
maneant in animo uerba. melioris tibi
memoria nostri sedeat, haec irae data
oblitterentur.
IAS. omnia ex animo expuli
precorque et ipsa feruidam ut mentem regas
placideque tractes: miserias lenit quies.
p MED. Discessit. itane est? uadis oblitus mei
et tot meorum facinorum? excidimus tibi?
numquam excidemus. hoc age omnis aduoca
uires et artes. fructus est scelerum tibi
nullum scelus putare. uix fraudi est locus:
p′ Timemur. hac aggredere qua nemo potest
quicquam timere. perge. nunc aude incipe
quicquid potest Medea quicquid non potest.
tu fida nutrix socia maeroris mei
uariique casus misera consilia adiuua.
o′ Est palla nobis munus aetherium domus
decusque regni pignus Aeetae datum
a Sole generis, est et auro textili

---

548 haud possum *A* ut possim *E* || 549 non si ipse *A* non ipse *E* || 552 si hic natos *A* signatos *E* || 558 melior tibi *ψ* sed melior tibi *A* melioris tibi *E* || 559 subeat *A* sedeat *E* || 561 ipse *Eψ* ipsa *A* || 565 excides *E* excidemus *A* || 568 quam *α* (qua *ind. err.*) || 570 potes *A* potest *E* || Medea *om. E* || potes *A* potest *E* || 573 etheree *ψ* aetheriae *α* aetherium *E* || 574 oete *uel* oethe *ψ* aete *E* Aeetae *α* || 575 gemmis *A* generis *E* ||

monile fulgens quodque gemmarum nitor
distinguit aurum quo solent cingi comae.
haec nostra nati dona nubenti ferant
sed ante diris inlita ac tincta artibus.
uocetur Hecate. sacra letifica appara:
statuantur arae flamma iam tectis sonet.

CHORVS.

a^0 Nulla uis flammae tumidiue uenti
tanta nec teli metuenda torti
quanta cum coniunx uiduata taedis
ardet et odit.

a Non ubi hibernos nebulosus imbres
auster aduexit properatque torrens
hister et iunctos uetat esse pontes
ac uagus errat.

a' Non ubi inpellit Rhodanus profundum,
aut ubi in riuos niuibus solutis
sole iam forti medioque uere
tabuit Haemus.

a'' Caecus est ignis stimulatus ira
nec regi curat patiturue frenos,
haut timet mortem: cupit ire in ipsos
obuius enses.

a^0 Parcite o diui. ueniam precamur F. LX
uiuat ut tutus mare qui subegit.
sed furit uinci dominus profundi
regna secunda.

---

576 quique *ci. Gron.* || 580 luctifica *A* loetifica *E* || 581 struantur *A* statuantur *E* || 582 tumidique *A* tumidiue *E* || 584 taetlis *E* || 590 pellit *E* impellit *A* || 599 qui *E supra lin.* ||

a Ausus aeternos agitare currus
inmemor metae iuuenis paternae
quos polo sparsit furiosus ignes
ipse recepit.

a′ Constitit nulli uia nota magno.
uade qua tutum populo priori,
rumpe nec sacro uiolente sancta
foedera mundi.

b^0 Quisquis audacis tetigit carinae
nobiles remos nemorisque sacri
Pelion densa spoliauit umbra,
quisquis intrauit scopulos uagantes
et tot emensus pelagi labores
barbara funem religauit ora
raptor externi rediturus auri:
exitu diro temerata ponti
iura piauit.

b Exigit poenas mare prouocatum.
Tiphys in primis domitor profundi
liquit indocto regimen magistro:
litore externo procul a paternis
occidens regnis tumuloque uili
tectus ignotas iacet inter umbras.
Aulis amissi memor inde regis
portubus lentis retinet carinas
stare querentes.

b′ Ille uocali genitus Camena,
cuius ad chordas modulante plectro
restitit torrens siluere uenti,

608 sancti uiolenta mundi *A* sacro uiolente sancta *E* sacro *mihi suspectum.* || 609 foedera sacra *A* foedera mundi *E* || 611 mobiles *ci. Gron.* nemoris sacrati *A* nemorisque sacri *ψE* || 622 extremo *Bo. cum cod. mogunt.* || 625 auris amissae *A* aulis amissi ϵ || reges *A* regis ϵ || 626 carina *α* || 630 siluę reuertenti *E* siluere uenti *A* ||

cui suo cantu uolucris relicto
adfuit tota comitante silua,
thracios sparsus iacuit per agros.
at caput tristi fluitauit Hebro:
contigit notam Styga Tartarumque
non rediturus.

b Strauit Alcides Aquilone natos,
patre Neptuno genitum necauit
sumere inuersas solitum figuras:
ipse post terrae pelagique pacem,
post feri Ditis patefacta regna,
uiuus ardenti recubans in Oeta
praebuit saeuis sua membra flammis
tabe consumptus gemini cruoris
munere nuptae.

b′ Strauit Ancaeum uiolentus ictu
saetiger. fratrem Melagre matris
inpius mactas: moreris que dextra
matris iratae. meruere cuncti
morte quod crimen tener expiauit
Herculi magno puer inrepertus?
raptus heu tutas puer inter undas.
ite nunc fortes perarate pontum
*f*onte timendo.

b̈ Idmonem quamuis bene fata nosset
condidit *pestis* libycis harenis.
omnibus uerax sibi falsus uni
concidit Mopsus caruitque Thebis.

---

631 uolucres *E* uolucris *A* || 634 ad caput tractu (tractus *ψ*) fluuialis hebri *A* ad caput tristis fluuitauit hebri *E corr. Gron.* || 639 innumeras *ω* inuersas *scripsi ex coniectura Burmanni.* || 644 prioris *E* cruoris *A* || 646 antheum *ψ* antaeum *E* Ancaeum *α* || 647 fratres *A* fratrem *E* || 652 est *A* heu *E* 'inrepertus, raptus — undas?' *sic distinxit Bad.* || 654 sorte timenda *A* ponte timendo *E corr. Gron.* || 656 serpens *A* sepi *E corr. R.P.* || 658 morsus *E* Mopsus *A* ||

ille si uere cecinit futura:
exul errabit Thetidis maritus, 660
fulmine et ponto moriens Oileus 664
— · — — — patrioque pendet 663
crimine poenas.

b′ Igne fallaci nociturus Argis 661
Nauplius praeceps cad*e*t in profundum. 662
coniugis fatum redimens pheraei F. LVI 665
uxor inpend*es* animam marito.
ipse qui praedam spoliumque iussit
aureum prima reuehi carina
arsit accenso Pelias aeno.
[*ustus angustas uagus inter undas*] 670
iam satis diui mare uindicastis:
parcite iusso.

NVTRIX.

a Pauet animus horret magna pernicies adest.
inmane quantum augescit et semet dolor
accendit ipse uimque praeteritam integrat. 675
uidi furentem saepe et aggressam deos
caelum trahentem, maius his maius parat
Medea monstrum.
a′ Namque ut attonito gradu
euasit et penetrale funestum attigit:
totas opes effudit et quicquid diu 680

---

660 errauit *Aϵ* errabit *ci. Grut.* || 664 *huc reuocauit R.P.* || 661 ille *E* igne *A* || 662 cadit *Aϵ* cadet *ci. Grut.* || 663 patrio pendit crimine poenas *A* patrioque pend& crimine poenas *E prius sapphici hemistichium intercidisse uidit R.P.* || 666 impendit *A* impendens *E corr. Gron.* || 669 ustus ω arsit *scripsi. hunc u. tollendum esse censet R.P.* || 670 arsit ω ustus *scripsi. uersum eieci.* || 672 iusso *Aϵ* uino *ME* diuo *ci. Lips.* || NVTRIX · MEDEA *Eψ* NVTRIX *A.* || 674 augessit *E* || 677 caelo *ci. NHs.* ||

etiam ipsa timuit promit atque omnem explicat
turbam malorum: arcana secreta abdita.
b Et triste laeua conprecans sacrum manu
pestes uocat quascumque feruentis creat
harena Libyae quasque perpetua niue
Taurus cohercet frigore arctoo rigens
et omne monstrum . . . .
. . . .
. . . . tracta magicis cantibus
squamifera latebris turba desertis adest.
b′ Hic saeua serpens corpus inmensum trahit
trifidamque linguam exertat et quaerit quibus
mortifera ueniat, carmine audito stupet
tumidumque nodis corpus aggestis plicat
cogitque in orbes. 'parua sunt' inquit 'mala
et uile telum est ima quod tellus creat:
caelo petam uenena. iamiam tempus est
aliquid mouere fraude uulgari altius.
c Huc ille uasti more torrentis iacens
descendat anguis cuius inmensos duae
maior minorque sentiunt nodos ferae
[*maior pelasgis apta sidoniis minor*]
pressasque tandem soluat ophiucus manus
uirusque fundat. adsit ad cantus meos
lacessere ausus gemina Python numina.
c′ Et hydra et omnis redeat herculea manu
succisa serpens caede se reparans sua.
tu quoque relictis peruigil Colchis ades
sopite primum cantibus serpens meis.'
postquam euocauit omne serpentum genus:
congerit in unum frugis infaustae mala:

---

683 en *scripserim* || complicans *A* comprecans *E* || 684 feruenti *EA* feruentis *R14* || 686 arcto oriens *E* || 687 *lacunam significaui auctore R.P.* || 688 sqamea *A* squamifera *E* || 689 sera *A* saeua *Eg* || 690 querens *A* quaerit *E* || 695 iam nunc tempus *A* iam tempus *E* iam iam t. *E t. Gr.* || 700 *eieci.* || 702 FANDAT *Rescr.* || 704 manus *E* manu *A* || 705 sęde *E* C.DE *Rescr.* caede *A* || 709 INFAVTAE *Rescr.* ||

c Quaecumque generat inuius saxis Eryx,
quae fert opertis hieme perpetua iugis
sparsus cruore Caucasus promethei
[*pharetraque pugnax Medus aut Parthi leues*]
et quis sagittas diuites Arabes linunt
aut quos sub axe frigido sucos legunt
lucis Suebae nobiles hyrcaniis.
c′ Quodcumque tellus uere nidifico creat
aut rigida cum iam bruma decussit decus
nemorum et niuali cuncta constrinxit gelu,
quodcumque gramen flore mortifero uiret
dirusue tortis sucus in radicibus
causas nocendi gignit: attrectat manu.
c Haemonius illas contulit pestes Athos
has Pindus ingens illa Pangaei iugis
teneram cruenta falce deposuit comam,
haec passa ferrum est dum parat Phoebus diem F.LXII
illius alta nocte succisus frutex,
at huius ungue secta cantato seges.
c′ Has aluit altum gurgitem Tigris premens
Danuuius illas has per arentes plagas
tepidis Hydaspes gemmifer currens aquis
. . . .
nomenque terris qui dedit Baetis suis
hesperia pulsans maria languenti uado.
c″ Mortifera carpit gramina ac serpentium
saniem exprimit miscetque et obscenas aues
maestique cor bubonis et raucae strigis
execta uiuae uiscera. haec scelerum artifex

---

710 inuiis *ci. Gron.* || 712 sparsas *E* sparsus *A* || 713 *del. R.P. post* 714 *posuerat Gron.* || Parthus leuis *A* parthi leues *E* || 714 qui *Eψ* queis *α* || 715 quo *E* quos *A* || 716 sueui *A* suebae *E* || herciniis *A* hyrcaneis *uel* hercaneis *ψ* hyrcaniis *E* || 717 quotcumque *E* || 718 discussit *EA corr. Gron.* || 721 uirusque *E* dirusue *A* || 724 panchęi *E* pangaei *A* || 731—733 *huic loco restituit R.P.* || 728 GEMMIFERICVRRENS *Rescr. uersum intercidisse uidit R.P.* || 734 ac *om. E* ||

discreta ponit: his rapax uis ignium
his gelida pigri frigoris glacies inest.
d Addit uenenis uerba non illis minus 740
metuenda. sonuit ecce uaesano gradu
canitque. mundus uocibus primis tremit.

MEDEA.

α Conprecor uulgus silentum uosque ferales deos
et chaos caecum atque opacam Ditis umbrosi domum,
Tartari ripis ligatos squalidae mortis specus. 745
supplicis animae remissis currite ad thalamos nouos.
α′ Rota resistat membra torquens, tangat Ixion humum.
Tantalus securus undas hauriat Pirenidas. 748
uos quoque urnis quas foratis inritus ludit labor 751
Danaides coite: uestras hic dies quaerit manus: 752
α″ Grauior uni poena sedeat coniugis socero mei. 749
lubricus per saxa retro Sisyphum uoluat lapis. 750
nunc meis uocata sacris noctium sidus ueni 753
pessimos induta uultus fronte non una minax.

a Tibi more gentis uinculo soluens comam 755
secreta nudo nemora lustraui pede
et euocaui nubibus siccis aquas
egique ad imum maria et Oceanus graues
interius undas aestibus uictis dedit. 759
a′ Die relicto Phoebus in medio stetit 771
hyadesque nostris cantibus motae labant 772
pariterque mundus lege confusa aetheris 760
et solem et astra uidit et uetitum mare
tetigistis ursae. temporum flexi uices.

---

738 dis *E* || 740 istis *α* illis *Eψ* || 743 uos precor *A* comprecor *E* || 747 oxyon *E* || 751 752 *transposuit Bo.* || 757 rupibus *ci. NHs. Bad. confert Luc. IV. 331:* siccis uultus in nubibus haerent. || 751 uosque quas urnis *A* uos quoque urnis quas ϵ || 749 grauior pena *ψ* grauiorque poena *α* grauior uni poena *E* || 771 772 *huc reuocauit R.P.* ||

a Aestiua tellus floruit cantu meo,
coacta messem uidit hibernam Ceres.
uiolenta Phasis uertit in fontem uada
et Hister in tot ora diuisus truces
conpressit undas omnibus ripis piger.
a′ Sonuere fluctus tumuit insanum mare
tacente uento. nemoris antiqui domus
amisit umbras uocis imperio meae.

. . . .
adesse sacris tempus est Phoebe tuis.

b Tibi haec cruenta serta texuntur manu
nouena quae serpens ligat:
tibi haec Typhoeus membra quae discors tulit
qui regna concussit Iouis.
b′ Vectoris istic perfidi sanguis inest
quem Nessus expirans dedit.
oetaeus isto cinere defecit rogus
qui uirus herculeum bibit.
b Piae sororis inpiae matris facem
ultricis Althaeae uides.
reliquit istas inuio plumas specu
Harpyia dum Zeten fugit.
b′ His adice pinnas sauciae Stymphalidos
lernaea passae spicula.
sonuistis arae. tripodas agnosco meos
fauente conmotos dea.

a Video Triuiae currus agiles
non quos pleno lucida uultu
pernox agitat,

---

763 horruit *ci. Markland.* || 764 messem coacta *A* coacta messem *E* || 769 antiqui domus *A* antiqui decus domus *E* || 770 umbram *A* umbras *E* || 776 qui *A* quae *E* dissors *ci. NHs.* || 778 sanies *ci. Scaliger. At* sanguis *ultima producta legitur Tib. I, 6. 67. Ou. met. XII. 127. Pescennius Niger ap. Spartianum c. VIII* || 785 h///pyia [a] *E* || zetum *A* zeten *E* || 788 a. e. (ά. έ. *t. Gr.*) *E* arae *A* ||

sed quos facie lurida maesta,
cum thessalicis uexata minis
caelum freno propiore legit.
b Sic face tristem pallida lucem
funde per auras.
horrore nouo terre populos F. LXIII
inque auxilium Dictynna tuum
pretiosa sonent aera Corinthi.
c Tibi sanguineo caespite sacrum
solemne damus.
tibi de medio rapta sepulchro
fax nocturnos sustulit ignes,
tibi mota caput
flexa uoces ceruice dedi,
c′ Tibi funereo de more iacens
passos cingit uitta capillos,
tibi iactatur
tristis stygia ramus ab unda,
tibi nudato pectore maenas
sacro feriam bracchia cultro.
d Manet noster sanguis ad aras.
adsuesce manus stringere ferrum
carosque pati posse cruores.
sacrum laticem percussa dedi.
e Quodsi nimium saepe uocari
quereris: uotis ignosce precor,
causa uocandi
Persei tuos saepius arcus
una atque eadem semper Iason.
e′ Tu nunc uestes tinge Creusae,
quas cum primum sumpserit, imas
urat serpens flamma medullas.
ignis fuluo
latet obscurus clusus in auro,

793 metat *E* moesta *A* || 799 inqaue *E* || 808 uincit *A* cingit *E* || 821 eadem est *A* est *om.* ϵ || 823 inmas *E* || 826 clusus in auro latet obscurus (obscura *E*) ω *hemistichia transposui auctore R.P.* ||

f Quem mihi caeli qui furta luit
uiscere feto,
dedit et docuit · · — · · —
condere uires arte Prometheus.
f′ Dedit et tenui sulfure tectos
Mulciber ignes,
et uiuacis fulgura flammae
de cognato Phaethonte tuli,
e″ Habeo flammas
usto tauri gutture raptas,
habeo mediae dona Chimaerae
qua*e* permixto felle Medusae
tacitum iussi seruare malum.
b′ Adde uenenis
stimulos Hecate donisque meis
semina flammae condita serua
fallant uisus tactusque ferant
meet in pectus uenasque calor,
a′ Stillent artus ossaque fument
uincatque suas
flagrante coma noua nupta faces.
uota tenentur: ter latratus
audax Hecate dedit et sacros
edidit ignes face luctifera.

Peracta uis est omnis: huc gnatos uoca,
pretiosa per quos dona nubenti feras.
ite ite nati matris infaustae genus
placate uobis munere et multa prece
dominam ac nouercam. uadite et celeres domum
referte gressus: ultimo amplexu ut fruar.

---

829 artem *A* arte *E* || 830 at tenuit *A* et tenui ϵ || 835 habeo mediae dona Chimaerae (clymerae *E*) | habeo flammas. usto Tauri | gutture raptas · quas permixto (permisto *A*) ω *ordinem restituit*, quae (838) *scripsit R.P.* || 845 stillet *E* || 850 lucifera *E* || 855 et *A* ac *E* ||

CHORVS.

a Quonam cruenta Maenas
praeceps amore saeuo
rapitur? quod inpotenti
facinus parat furore?

b Vultus citatus ira
riget et caput feroci
quatiens superba motu
regi minatur ultro.
quis credat exulem?

a Flagrant genae rubentes, F. LXIIII
pallor fugat ruborem:
nullum uagante forma
seruat diu colorem.

c Huc fert pedes et illuc,
ut tigris orba natis
cursu furente lustrat
gangeticum nemus.

a′ Frenare nescit iras
Medea non amores,
nunc ira amorque causam
iunxere: quid sequetur?

a′ Quando efferet pelasgis
nefanda Colchis aruis
gressum metuque soluet
regnum simulque reges?

---

861 c≡ecatus *E* citatus *A* || 865 exulantem *α* exulem *Eψ* || 873 gantici cum *E* gangeticum *A* nemus. sic *α* sic *om.* *Eψ* ||

b′ Nunc Phoebe mitte currus
nullo morante loro.
nox condat alma lucem,
mergat diem timendum
dux noctis Hesperus.

NVNTIVS. CHORVS. NVTRIX. MEDEA. IASON.

a NVNT. Periere cuncta. concidit regni status.
gnata atque genitor cinere permixto iacent.
CHO. qua fraude capti?
NVNT. qua solent reges capi:
donis.
CHO. in illis esse quis potuit dolus?
NVNT. et ipse miror uixque iam facto malo
potuisse fieri credo.
CHO. quis cladis modus?
a′ NVNT. Auidus per omnem regiae partem furit
ut iussus ignis: iam domus tota occidit,
urbi timetur.
CHO. unda flammas opprimat.
NVNT. et hoc in ista clade mirandum accidit:
alit unda flammas quoque prohibetur magis,
magis ardet ignis, ipsa praesidia occupat.
b NVTR. Effer citatum sede pelopea gradum
Medea. praeceps quaslibet terras pete.
b′ MED. Egone ut recedam? si profugissem prius:
ad hoc redirem. nuptias specto nouas.
c Quid anime cessas? sequere felicem impetum
pars ultionis ista qua gaudes quota est?
amas adhuc furiosa si satis est tibi

886 hesperus ω hesperugo *ed. Lugdunensis?* || NVNTIVS · CHORVS · MEDEA · IASON *E* NVNCIVS · CHORVS · NVTRIX · MEDEA · IASON *A* || 890 CHO. donis in illis *E* Donis. CHO. in illis *A* || 894 inmissus *ci. Gron.* || 899 NVTR. *A om. E* || pelopeia *A* pelopea *E* ||

caelebs Iason: quaere poenarum genus
haut usitatum iamque sic temet para:
c′ Fas omne cedat, abeat expulsus pudor.
uindicta leuis est quam ferunt purae manus:
incumbe in iras teque languentem excita
penitusque ueteres pectore ex imo impetus
uiolentus hauri. quicquid admissum est adhuc,
pietas uocetur.
d Hoc age et faxo sciant
quam leuia fuerint quamque uulgaris notae
quae conmodaui scelera. prolusit dolor
per ista noster. quid manus poterant rudes
audere magnum? quid puellaris furor?
Medea nunc sum, creuit ingenium malis.
c Iuuat iuuat rapuisse fraternum caput,
artus iuuat secuisse et arcano patrem
spoliasse sacro, iuuat in exitium senis
armasse natas. quaere materiam dolor:
ad omne facinus non rudem dextram adferes.
c′ Quo te igitur ira mittis, aut quae perfido
intendis hosti tela? nescio quid ferox
decreuit animus intus et nondum sibi
audet fateri. stulta properaui nimis
. . . .
d′ Ex paelice utinam liberos hostis meus
aliquos haberet. quicquid ex illo tuum est,
Creusa peperit. placuit hoc poenae genus
meritoque placuit: ultimum, agnosco, scelus
anim*e* parandum est. liberi quondam mei
uos pro paternis sceleribus poenas date. —

---

906 c//elebs (a *eras.*) *E* || qu//ere (a *eras.*) *E* p//enarum (e *eras.*) *E* || 907 haustu citatum *E* haud usitatum *A* || 909 paruae *A* purae *E* || 912 adhuc est *E* est adhuc *A* || 914 not//e (a *eras.?*) *E* || 915 praelusit *A* prolusit ϵ || 920 ortus *E* || 921 exit$\overset{i}{u}$m *E* || 927 *lacunam statui cum R.P.* || 929 aliquot α aliquos ψϵ || 930 pepirit *E* || 931 magno *A* agnosco *E* || 932 animo *A*ϵ anime *ci. Gron.* || parendum *E* parandum *A* patrandum *ci. Gron.* ||

e Cor pepulit horror membra torpescunt gelu
pectusque tremuit. ira discessit loco
materque tota coniuge expulsa redit.
egone ut meorum liberum ac prolis meae
fundam cruorem? melius a demens furor.
incognitum istud facinus ac dirum nefas Quat. VIII F. LXV
a me quoque absit. quod *scelus* miseri luent?
e′ *Scelus* est Iason genitor, est maius *scelus*
Medea mater. — occidant. non sunt mei. —
pereant? mei sunt, crimine et culpa carent. —
sunt innocentes fateor: et frater fuit.
quid anime titubas? ora quid lacrimae rigant
uariamque nunc huc ira nunc illuc amor
diducit, anceps aestus incertam rapit?
f Vt saeua rapidi bella cum uenti gerunt
utrimque fluctus maria discordes agunt
dubiumque feruet pelagus: haut aliter meum
cor fluctuatur. ira pietatem fugat
iramque pietas. cede pietati dolor.
g Huc cara proles, unicum adflictae domus
solamen, huc uos ferte et infusos mihi
coniungite artus. habeat incolumes pater,
dum et mater habeat. — urguet exilium ac fuga.
f′ Iam iam meo rapientur auulsi e sinu.
flentes gementes oc*i*us pereant patri,
periere matri. rursus increscit dolor
et feruet odium. repetit inui*t*am manum
antiqua Erinnys. ira qua ducis sequor.
g′ Vtinam superbae turba Tantalidos meo
exisset utero bisque septenos parens

---

937 ac *delendum censet Bo.* || 938 ah demens *A* ah *om. E* || 946 huc *sup. lin. E* || 947 deducit *E* diducit *A* || 950 pelagus feruet *A* feruet pelagus *E* || 957 euulsi sinu *A* (e sinu *ψ*) auulsi e sinu *E* || 958 gementes oculis *ψ E t. Gr.* gem. sed oculis *α* osculis *ΜΕ* occulis *un. ex Pall.* ocius *ci. IGron.* || 959 matris *A* matri *E* || 960 inuisam *A* ϵ *corr. Gron.* || 961 mentis ira *A* erinis ira *E* ||

gnatos tulissem. sterilis in poenas fui.
fratri patrique quod sat est, peperi duos.
h Quonam ista tendit turba furiarum inpotens?
quem quaerit aut quo flammeos ictus parat?
aut cui cruentas agmen infernum faces
intentat? ingens anguis excusso sonat
tortus flagello. quem trabe infesta petit
Megaera? cuius umbra dispersis uenit
incerta membris? frater est. poenas petit.
i Dabimus, sed omnes. fige luminibus faces.
lania. perure. pectus en furiis patet. —
discedere a me frater ultrices deas
manesque ad imos ire securas iube:
mihi me relinque et utere hac frater manu
quae strinxit ensem. uictima manes tuos
placamus ista.
h′ Quid repens adfert sonus?
parantur arma meque in exitium petunt.
excelsa nostrae tecta conscendam domus
caede inchoata. perge tu mecum comes.
tuum quoque ipsa corpus hinc mecum aueham.
nunc hoc age anime. non in occulto tibi est
perdenda uirtus, approba populo manum.
k IAS. Quicumque regum cladibus fidus doles
concurre, ut ipsam sceleris auctorem horridi
capiamus, huc huc fortis armiferi cohors
conferte tela. uertite ex imo domum.
i′ MED. Iam iam recepi sceptra germanum patrem
spoliumque Colchi pecudis auratae tenent.
rediere regna. rapta uirginitas redit.
o placida tandem numina. o festum diem.

---

967 squameos *ci. Bo.* || rictus *ci. Hs.* || 969 ign sanguis *E* ingens anguis *A* || 977 relinquere utere *E* || 979 placamus *Aε* placemus *Ortel.* || 983 ipse *A* ipsa *E* || auehe *A* aueham *E* || 985 perpenda *E* || 986 regum es *A* es *om. E* || dolens *A* doles *E* || 988 armigeri *A* armiferi *E* || 990 recipi *E* || 993 nomina *E* ||

o nuptialem. uade: perfectum est scelus,
uindicta nondum. perage dum faciunt manus.
h Quid nunc moraris anime? quid dubitas? potes.
iam cecidit ira. paenitet facti pudet.
quid misera feci? misera paeniteat licet,
feci. — uoluptas magna me inuitam subit
et ecce crescit. derat hoc unum mihi,
spectator iste. nihil adhuc facti reor,
quicquid sine isto fecimus sceleris, perit.
h′ IAS. En ipsa tecti parte praecipiti inminet.
huc rapiat ignes aliquis, ut flammis cadat
suis perusta.
MED. congere extremum tuis
gnatis Iason funus ac tumulum strue:
coniunx socerque iusta iam functis habent
a me sepulti. gnatus hic fatum tulit,
hic te uidente dabitur exitio pari.
k IAS. Per numen omne perque communes fugas
torosque quos non nostra uiolauit fides,
iam parce nato. si quod est crimen, meum est:
me dedo morti, noxium macta caput.
k′ MED. Hac qua recusas qua doles, ferrum exigam.
i nunc superbe, uirginum thalamos pete.
relinque matres.
IAS. unus est poenae satis.
MED. si posset una caede satiari *haec* manus:
nullam petisset.
k′ Vt duos perimam: tamen
nimium est dolori numerus angustus meo.
in matre si quod pignus etiamnunc latet,
scrutabor ense uiscera et ferro extraham.

---

994 est scelus *A* scelus est *E* || 996 p̃otens *E* potens *α* potes *ψ* || 999 magna me et inuitam *E* et *om. A* magna et inuitam *ci. Henneberger.* || 1001 ipse *A* iste *E* || factum *A* facti *E* || 1013 dede *A* dedo *E* || 1017 satiari manus *A* satiari a manus *E corr. Gron.* ||

k IAS. Iam perage coeptum facinus — haut ultra precor —
moramque saltem supplicis dona meis.
MED. perfruere lento scelere ne propera dolor.
meus dies est: tempore accepto utimur.
l IAS. Infesta memet perime.
MED. misereri iubes.
bene est: peractum est. plura non habui dolor
quae tibi litarem. lumina huc tumida adleua
ingrate Iason. coniugem agnoscis tuam?
sic fugere soleo: patuit in caelum uia:
l′ Squamosa gemini colla serpentes iugo
submissa praebent. recipe iam gnatos parens.
ego inter auras aliti curru uehar.
IAS. per alta uade spatia sublimi aetheris.
testare nullos esse qua ueheris deos.

1022 perge *E* || 1024 scelere *A* sceleri *E* || 1034 uadit *α* uade *ψε* uades *ci. Bo.* || aetheris *MEA* aetheri *E* || MARCI · LVCII · ANNEI · SENECAE · MEDEA · EXPLICIT · INCIPIT · PHAEDRA. *E* Explicit Medea tragedia septima feliciter die scd'o Iullij MCCCLXXXXj. dum do' Iohannes aucuth hostilit^{r} militaret ut alias scriptuȝ est territoriuȝ cremonese. ~ *R* ||

INCERTI

AGAMEMNO

PERSONAE

I CLYTEMESTRA
II THYESTIS VMBRA
AEGISTHVS
AGAMEMNO
STROPHIVS
III CASSANDRA
IIII NVTRIX
EVRYBATES
ELECTRA

ORESTES } TACITI
PYLADES }

CHORVS I MYCENAEARVM
CHORVS II ILIADVM

SCAENA MYCENIS

THYESTIS VMBRA.

Opaca linquens Ditis inferni loca
adsum profundo Tartari emissus specu
incertus utras oderim sedes magis:
fugio Thyestes inferos, superos fugo.
inhorret animus et pauor membra excutit:
uideo paternos immo fraternos lares.
Hoc est uetustum pelopiae limen domus.
hinc auspicari regium capiti decus
mos est Pelasgis, hoc sedent alti toro
quibus superba sceptra gestantur manu.
locus hic habendae curiae, hic epulis locus.
Libet reuerti. nonne uel tristes lacus
incolere satius? nonne custodem Stygis
trigemina nigris colla iactantem iubis
ubi ille celeri corpus euinctus rota
in se refertur, ubi per aduersum inritus
redeunte totiens luditur saxo labor,

INCIPIT | AGAMEMNO · THYESTIS · VM|BRA *E* Marci Lucij Anei Senece Agamenonia Tragedia octa|ua feliciter Incipit. *R*

Vmbra Thiestis loquitur *R* Vmbra Thiestis *G* Thyestes *A* || 5 In horret *E* En horret *A* Heu h. *R* || 9 alte *E* || 13 Adcolere *Bo.* || 14 Trigemina *EA* Terg. *ψ* || nigris *A* nimis *E* || 15 rota *EA* rote *ψ* ||

Vbi tondet ales auida fecundum iecur
et inter undas feruida exustus siti F. CIII
aquas fugaces ore decepto appetit
poenas daturus caelitum dapibus graues?
Sed ille nostrae pars quota est culpae senex?
reputemus omnes quos ob infandas manus
quaesitor urna gnosius uersat reos:
uincam Thyestes sceleribus cunctos meis,
a fratre uincar. liberis plenus tribus
in me sepultis uiscera exedi mea.
Nec hactenus fortuna maculauit patrem,
sed maius aliud ausa conmisso scelus,
gnatae nefandos petere concubitus iubet.
non pauidus hausi dicta, sed cepi nefas.
Ergo ut per omnis liberos irem parens,
coacta fatis gnata fert uterum grauem
me patre dignum. uersa natura est retro.
auo parentem pro nefas patri uirum
gnatis nepotes miscui nocti diem.
Sed sera tandem respicit fessos malis
post fata demum sortis incertae fides:
rex ille regum ductor Agamemnon ducum
cuius secutae mille uexillum rates
iliaca uelis maria texerunt suis,
post decima Phoebi lustra deuicto Ilio
adest daturus coniugi iugulum suae.
Iamiam natabit sanguine alterno domus.
enses securem tela diuisum graui
ictu bipennis regium uideo caput.
iam scelera prope sunt iam dolus caedes cruor.
Parantur epulae. causa natalis tui
Aegisthe uenit. quid pudor uultus grauat,
quid dextra dubio trepida consilio labat,

23 repetamus *ψ* || 35 Auo nepotem *ψ* A. parentem *EMERA* || 38 incertae *EME* incestae *A* || 42 decima *E* dena *ψ* bina *α* || 45 securem *E* secures *A* || 48 tuus *NHs.* |

quid ipse temet consulis torques rogas
an deceat hoc te? respice ad matrem: decet.
Sed cur repente noctis aestiuae uices
hiberna longa spatia producunt mora
aut quid cadentes detinet stellas polo?
Phoebum moramur. redde iam mundo diem.

CHORVS.

a O regnorum magnis fallax
fortuna bonis in praecipiti
dubioque locas nimis excelsos.
numquam placidam sceptra quietem
certumue sui tenuere diem,
alia ex aliis cura fatigat
uexatque animos noua tempestas.

a′ Non sic libycis syrtibus aequor
furit alternos uoluere fluctus,
non Euxini turget ab imis
commota uadis
unda niuali uicina polo,
ubi caeruleis inmunis aquis
lucida uersat plaustra Bootes.

b Vt praecipites regum casus
fortuna rotat.
metui cupiunt metuique timent.
non nox illis alma recessus
praebet tutos, non curarum
somnus domitor pectora soluit.

51 timet *E* || 52 ad ϵ *Ortel.* at *A* an ψ || 56 reddo *Gron.* || 57 O *om.* ψ || 59 D. l. excelsos nimis *E* nimis excelsos *LMueller.* D. nimis excelsa locas *A* excelsa nimis *Bo.* || 62 ex aliis ω ex alia *Regiomontani liber* || 63 uexat (*om.* que) *E* || 66 euxini) eu *in ras.* E^3 ||

b′ Quas non arces scelus alternum
dedit in praeceps, inpia quas non
arma fatigant? iura pudorque
et coniugii sacrata fides
fugiunt aulas. sequitur tristis
sanguinolenta Bellona manu,

c Quaeque superbos urit Erinys
nimias semper comitata domos,
quas in planum quaelibet hora F. CIIII
tulit ex alto.
licet arma uacent cessentque doli,
sidunt ipso pondere magna
ceditque oneri fortuna suo.

d Vela secundis inflata notis
uentos nimium timuere suos.
nubibus ipsis inserta caput
turris pluuio uapulat austro
densasque nemus spargens umbras
annosa uidet robora frangi.

c Feriunt celsos fulmina colles,
corpora morbis maiora patent
et cum in pastus armenta uagos
uilia currant,
placet in uulnus maxima ceruix.
quicquid in altum
fortuna tulit, ruitura leuat.

d′ Modicis rebus longius aeuum est.
felix mediae quisquis turbae
sorte quietus

---

80 fides) e *in ras.* E^2 || 81 Faciunt *E* || 84 Nimias *EM̸E* Tumidas *A* || 85 quaelibet *EA* qual. *ψRg* || 88 onere *Rψ* || 97 patent) e *in ras.* E^2 || 99 currant *ERgψ* currunt *A* || 104 quisquis mediae *E* || 105 Sorte *EM̸ERmg.IPal.* Parte *A* ||

aura stringit litora tuta
timidusque mari credere cumbam
remo terras propiore legit.

CLYTEMESTRA. NVTRIX.

Quid segnis anime tuta consilia expetis?
quid fluctuaris? clausa iam melior uia est.
licuit pudicos coniugis quondam toros
et sceptra casta uidua tutari fide.
periere mores ius decus pietas fides
et qui redire, cum perit, nescit pudor.
da frena et omnem prona nequitiam incita:
per scelera semper sceleribus tutum est iter.
Tecum ipsa nunc euolue femineos dolos,
quod ulla coniunx perfida atque inpos sui
amore caeco, quod nouercales manus
ausae, quod ardens inpia uirgo face
phasiaca fugiens regna thessalica trabe:
ferrum uenena. uel mycenaeas domos
coniuncta socio profuge furtiua rate.
quid timida loqueris furta et exilium et fugas?
soror ista fecit. te decet maius nefas.
NVTR. Regina Danaum et inclitum Ledae genus
quid tacita uersas quidue consilii inpotens
tumido feroces impetus animo geris?
licet ipsa sileas, totus in uultu est dolor.
proin quicquid est, da tempus ac spatium tibi.
quod ratio non quit, saepe sanauit mora.

Clytemestra *ubique ERG* || 109 anime) e *in ras.* E^2 || 112 uidua *ε Regiomontani liber* iuncta *A* || 121 th. graue *E* || 122 micaeneas domos *E* miceneam domum *G* Mycenaea domo *A uersus om. g* || 125 Soror *E Ge.Fabricius* Sors *A* || 126 et *om. ε* || 127 consilia *E* || 130 Proinde quicquid *ω* Proin quid *α* Proin quicquid *Lipsius* || 131 non quit *E* nequit *ψ* nequiit *α* ||

CLYT. Maiora cruciant quam ut moras possim pati.
flammae medullas et cor exurunt meum,
mixtus dolori subdidit stimulos timor,
inuidia pulsat pectus. hinc animum iugo
premit cupido turpis et uinci uetat
et inter istas mentis obsessae faces
fessus quidem et deuictus et pessumdatus
pudor rebellat.
Fluctibus uariis agor,
ut, cum hinc profundum uentus hinc aestus rapit,
incerta dubitat unda cui cedat malo.
proinde omisi regimen e manibus meis.
quocumque me ira, quo dolor, quo spes feret,
hoc ire pergam. fluctibus dedimus ratem.

Vbi animus errat, optimum est casum sequi.
NVTR. caeca est temeritas quae petit casum ducem.
CLYT. Cui ultima est fortuna, quid dubiam timet?
NVTR. tuta est latetque culpa, si pateris, tua.
CLYT. Perlucet omne regiae uitium domus.
NVTR. piget prioris et nouum crimen struis?
CLYT. Res est profecto stulta nequitiae modus. Quat. XIII
NVTR. quod metuit, auget qui scelus scelere obruit. F. CV
CLYT. Et ferrum et ignis saepe medicinae loco est.
NVTR. extrema primo nemo temptauit loco.
CLYT. Rapienda rebus in malis praeceps uia est.
NVTR. at te reflectat coniugi nomen sacrum.
CLYT. Decem per annos uidua respiciam uirum?
NVTR. meminisse debes sobolis ex illo tuae.

---

132 ut *om. E* q. m. p. ut pati *NHs.* || 134 Iixtus (*sed i in u mutato m. sec.*) *E* || 135 pectus) cecus *E* || 138 deuinctus *E* deuictus *ψ* deiectus *α* || 139 uagor *R* || 144 Hoc *E* Huc *A* || dedimus *E* dedam *ψ* dedi *α* || 147 quid *ω* quis *Bo.* || dubiam *E Lips. Pal.* dubium *A* || 152 metuit *Eψ* meruit *α* || obruit *Eψ* obstruit *α* || 155 Rapienda *E aliquot Delriani* Capienda *α* || 156 coniugii *εA* coniugis *Burdegal.* ||

CLYT. Equidem et iugales filiae memini faces
et generum Achillem. praestitit matri fidem.
NVTR. Redemit illa classis inmotae moras
et maria pigro fixa languore inpulit.

CLYT. Piget doletque. Tyndaris caeli genus
lustrale classi doricae peperi caput.
reuoluit animus uirginis thalamos meae
quos ille dignos pelopia fecit domo,
cum stetit ad aras ore sacrifico pater.
Quam nuptiales. horruit Calchas suae
responsa uocis et recedentes focos.
o scelera semper sceleribus uincens domus.
cruore uentos emimus, bellum nece.
NVTR. sed uela pariter mille fecerunt rates.
CLYT. Non est soluta prospero classis deo:
eiecit Aulis inpias portu rates.
sic auspicatus bella non melius gerit.
[*amore captae captus inmotus prece*]
zminthea tenuit spolia phoebei senis
ardore sacrae uirginis iam tum furens.
Non illum Achilles flexit indomitus minis,
non ille solus fata qui mundi uidet
in nos fidelis augur in captas leuis,
non populus aeger et relucentes rogi.
inter ruentis Graeciae stragem ultimam
sine hoste uictus marcet ac Veneri uacat
reparatque amores
Neue desertus foret

159 Et quidem *ER* || 161 *Clytemestrae dant nonnulli Pall.* || 162 lango *E* langore *A* || 163 Piget doletque *E* Pudet pigetque *A* || 164 peperi *E g* peperit *A* || 167 sacrifico *EA* sacrilego *ψ* || 168 Quam *E* Quasi *A* || 172 NVTR. *A om. E ψ* || bella *E* uela *A* || 173 CLYT. *A om. E ψ* || 174 alio *E* Aulis *A* || 176 *post u.* 177 *R 10 deleui propter uu.* 178 190 192 || 177 senis *E R mg. m. pr.* ducis *A* || 178 Ardorem *ψ* || tantum *ψ* || ferens *ψ* || 179 indomitis *α* ||

a paelice umquam barbara caelebs torus,
ablatam Achilli diligit Lyrnesida
nec rapere puduit e sinu auulsam uiri.
En Paridis hostem. nunc nouum uulnus gerens
amore phrygiae uatis incensus furit
et post tropaea troica ac uersum Ilium
captae maritus remeat et Priami gener.
Accingere anime: bella non leuia apparas.
scelus occupandum est. pigra quem expectas diem?
pelopia phrygiae sceptra dum teneant nurus?
an te morantur uirgines uiduae domi
patrique Orestes similis? horum te mala
uentura moueant turbo quis rerum inminet.
Quid misera cessas? en adest gnatis tuis
furens nouerca. per tuum, si aliter nequit,
latus exigatur ensis et perimat duos.
misce cruorem, perde pereundo uirum.
mors misera non est conmori cum quo uelis.
NVTR. Regina frena temet et siste impetum
et quanta temptes, cogita. uictor uenit
Asiae ferocis ultor Europae, trahit
captiua Pergama et diu uictos Phrygas.
hunc fraude nunc conaris et furto aggredi.
Quem non Achilles ense uiolauit fero,
quamuis procacem toruus armasset manum,
non melior Aiax morte decreta furens,
non sola Danais Hector et bello mora,
non tela Paridis certa, non Memnon niger
non Xanthus armis corpora inmixta *ag*ger*a*ns
fluctusque Simois caede purpureos agens,

186 barbara celebs *E Regiomontani liber R mg. pr. m.* b. a c c. *NHs.* uel suus caelebs *A* || 187 Lyrnesida *E* Briseida *A* briseidam *ψ* || 188 auulsam *E* uulsam *A* || 189 Hem *α* En rapidis *E* || 200 aliter *E IPal.* aliud *A* aliquid *ψ* || 202 perde perfunde *E* || 205 temptes *E* tentas *A* || 208 et furto *E ME Regiomontani liber.* insana aggr. *A* || 214 immixtis *A* immixta *Eψ* || gerens *ω* aggerens *IGron.* aggerans *scripsi* ||

non niuea proles Cycnus aequorei dei,
non bellicoso Thressa cum Rheso phalanx,
non picta pharetras et securigera manu
peltata Amazon: hunc domi reducem paras F. CVI
mactare et aras caede maculare inpia?
Victrix inultum Graecia hoc facinus feret?
equos et arma classibusque horrens fretum
propone et alto sanguine exundans solum
et tota captae fata dardaniae domus
regesta Danais. conprime adfectus truces
mentemque tibimet ipsa pacifica tuam.

AEGISTHVS. CLYTEMESTRA. NVTRIX.

Quod tempus animo semper ac mente horrui,
adest profecto rebus extremum meis.
quid terga uertis anime? quid primo impetu
deponis arma? crede perniciem tibi
et dira saeuos fata moliri deos.
oppone cunctis uile suppliciis caput
ferrumque et ignes pectore aduerso excipe.
Aegisthe non est poena sic nato mori.
Tu nos pericli socia tu Leda sata
comitare tantum: sanguinem reddet tibi
ignauus iste ductor ac fortis pater.
sed quid trementes circuit pallor genas,
iacensque uultus languido optut*u* stupet?
CLYT. Amor iugalis uincit ac flectit retro.
refer*amur* illuc, unde non decuit prius
abire. uel nunc casta repetatur fides.

---

221 Victrix *E* Vltrix *A* || 223 Propone ϵ *R Basil. mg.* Praepone *A* || 226 ipsa) p *in ras. E*[2] || NVTRIX *add. E om. A* || 230 permitti tibi *E* || 234 CLY. *A om. E* || 235 AEG. *A om. E* || 239 uultus ϵ *Lipsius* uultu *A* || optutus *E* obtutus *A* obtutu *Lipsius.* || 241 Referemus *E* Referamur *I Gron.* Remeemus *A* || 242 sed nunc *EA* uel nunc *in optimo t. Gron.* ||

nam sera numquam est ad bonos mores uia.
quem paenitet peccasse, paene est innocens.
AEG. Quo raperis amens? credis aut speras tibi
Agamemnonis fidele coniugium? ut nihil
subesset animo quod graues faceret metus,
tamen superba et inpotens flatu nimis
fortuna magno spiritus tumidos daret.
Grauis ille sociis stante adhuc Troia fuit.
quid rere ad animum suapte natura trucem
Troiam addidisse? rex Mycenarum fuit,
ueniet tyrannus: prospera animos efferunt.
effusa circa paelicum quanto uenit
turba apparatu. sola sed turba eminet
tenetque regem famula ueridici dei.
Feresne thalami uicta consortem tui?
at illa nolet. ultimum est nuptae malum
palam marita*m* possidens paelex domum.
nec regna socium ferre nec taedae sciunt.
CLYT. Aegisthe quid me rursus in praeceps agis
iramque flammis iam residentem incitas?
permisit aliquid uictor in captam sibi:
nec coniugem hoc respicere nec dominam decet.
Lex alia solio est alia priuato in toro.
quid quod seueras ferre me leges uiro
non patitur animus turpis admissi memor.
det ille ueniam facile cui uenia est opus.
AEG. Ita est? pacisci mutuam ueniam licet?
ignota tibi sunt iura regnorum haut noua.
nobis maligni iudices aequi sibi

---

244 poenae *α* || 255 sola sed turba eminet *E* sola sed longe em. *A* turba sed longe em. *ME* || 256 regnum *ME* || 258 nollet *E* || 259 marita *ex corr. pr. m. E* mariti *A* maritam *NHs.* || 261 CLY: *A om. E*[1] *sed* Cl. *add. E*[3] || agis *E* rapis *A* || 262 incitas *E Voss. ψ* excitas *α* || 263 aliquis *E* aliquid *A* || captam *EA* captas *Mog.* || 264 Non — non — '*o. v. l.*' *Delr.* || 265 solio *EA* socio *ψ* || priuata *E* priuato *A* || in toro *Eψ* in *om. A* || 270 aut *E R Ortel.* haud *A* ||

id esse regni maximum pignus putant,
si quicquid aliis non licet, solis licet.
CLYT. Ignouit Helenae: iuncta Menelao redit
quae Europam et Asiam paribus adflixit malis.
AEG. sed nulla Atriden uenere furtiua abstulit
nec cepit animum coniugi obstrictum suae.
iam crimen ille quaerit et causas parat.
nihil esse crede turpe conmissum tibi:
quid honesta prodest uita flagitio uacans
ubi dominus odit? fit nocens, non quaeritur.
Spartamne repetes spreta et Eurotan t*u*um
patriasque sedes profuga? non dant exitum
repudia regum. spe metus falsa leuas. F. CVII
CLYT. Delicta nouit nemo nisi fidus mea.
AEG. non intrat umquam regium limen fides.
CLYT. Opibus merebor, ut fidem pretio obligem.
AEG. pretio parata uincitur pretio fides.
NVT. Surgit residuus pristinae mentis pudor.
quid obstrepis, quid uoce blandiloqua mala
consilia dictas? scilicet nubet tibi
regum relicto rege generosa exuli?
AEG. et cur Atrida uideor inferior tibi
gnatus Thyestae?
NVT. si parum est, adde et nepos.
AEG. auctore Phoebo gignor. haud generis pudet.
NVT. Phoebum nefande stirpis auctorem uocas
quem nocte subita frena reuocantem sua
caelo expulistis? quid deos probro addimus?
subripere doctus fraude genialis toros

---

279 Nichil *E* Nil *A* || 280 uacans *E* carens *A* || 282 Spartam *E* Sparten *A* || ne *EA* num *ψ* || et euro tantum *E* Eurotan tuum *Gron.* et a tanto uiro *A* || 284 metus *E* metum *A* || 289 294 296 NVT. *E* CLYT. *A* || 291 nubet *EA* nubam *Voss.* || 292 generoso *E* generosa *A* || 296 nefande *E* nefandae *α* || 298 addimus *E* aduocas *A* || 299 Sub rupe reductus *E* Surripere doctus *A* || genialis *E* geniales *ψ* genitales *α* || tori *E* toros *A* ||

quem uenere tantum scimus inlicita uirum,
facesse propere ac dedecus nostrae domus
asporta ab oculis: haec uacat reg*i* uiro.
AEG. Exilia mihi sunt haud noua. adsueui malis.
si tu imperas regina, non tantum domo
Argisue cedo, nil moror iussu tuo
aperire ferro pectus aerumnis graue.
CLYT. Siquidem hoc cruenta Tyndaris fieri sinam.
quae iuncta peccat, debet et culpae fidem.
secede mecum potius, ut rerum statum
dubium ac minacem iuncta consilia explicent.

CHORVS.

a Canite o pubes inclita Phoebum 311
. . — . . —
quaeque Erasini gelidos fontes 319
quaeque Eurotan 320
quaeque uirenti tacitum ripa
bibis Ismenon:
quam fatorum praescia Manto
sata Tiresia
latonigenas monuit sacris 325
celebrare deos. 326

a′ Tibi festa caput turba coronat 312
. . — . . —
tibi uirgineas laurum quatiens
de more comas
innuba fundit . . — . . — 315

301 Facesse *E* Secede *A* || ac *E om. A* || nostrae *E* clarae *A* || 302 regia *Eψ* regi ac *A* regi et *R* regi uiro *scripsi.* || 307 sinam) am *syll. detersa E* || 308 iuncta *Mog.* inuita ϵ*A* || *Ordinem uu.* 312—316 (Tibi festa — inachia) 319—326 (Quaeque — deos) *conmutaui lacunis indicatis post uu.* 311 312 315 316 || 319 quaeque Eurotae gelidos fontes (*deletis uocibus* quaeque Erasini) *coniecerat GR.* || 325 sacri *E* sacris *A* || 315 fudit *E* fundit *A* ||

stirps inachia.
. . — . . — . . — . . —
. . — . . —
arcus uictor pace relata
Phoebe relaxa.

b Vmeroque graues leuibus telis
pone pharetras
resonetque manu pulsa citata
uocale chelys.
nil acre uelim magnumque modis
intonet altis,
sed quale soles leuiore lyra
flectere carmen
simplex, lusus cum docta tuos
Musa recenset.

b′ Licet et chorda grauiore sones
quale canebas,
cum Titanas fulmine uictos
uidere dei
uel cum montes montibus altis
superinpositi
struxere gradus trucibus monstris,
stetit inposita
Pelion Ossa, pinifer ambos
pressit Olympus. F. CVIII

c Ades o magni [*soror et coniunx*] consors sceptri
regia Iuno:
tua te colimus turba Mycenae.
tu sollicitum

---

316 stirpis inachiae *E* stirpis *g* stirps Inachia *A* || 317 318 *ante* 323 *ponendos esse censuerat GR.*, *post u.* 377 *transposui* || 327 pace relata *om.* ψ || 337 lusus *EA* usus ψ uersus ψ || 339 $\overset{e}{\text{sonos}}$ *E*[1] || 341 f. uictos uidere dei *EME* f. misso fregere dei *A* || 349 soror et coniunx *deleui* ||

supplexque tui numinis Argos
  sola tueris,
tu bella manu pacemque regis,
  . . — . . —
tu nunc laurus agamemnonias
  accipe uictrix.

c′ Tibi multifora tibia buxo
  solemne canit,
tibi fila mouent docta puellae
  carmine molli,
tibi uotiuam matres graiae
  lampada iactant,
ad tua coniunx candida tauri
  delubra cadit
nescia aratri nullo collum
  signata iugo.

d Tuque o magni gnata tonantis
  inclita Pallas
quae dardanias cuspide turres
  saepe petisti,
te permixto matrona minor
  maiorque choro
colit et reserat ueniente dea
  templa sacerdos.
tibi nexilibus turba coronis
  redimita uenit. 377

d′ Tu quoque nostros thebais hospes 317
  comitare choros. 318

* * *

post 355 *lacunam statui.* || 356 laurus *E* lauros *A* claros *ψ* || agamemnonias ϵ Agamemnonios *A* || 365 cadet *E* cadit *A* || 370 cuspide turres | Sepe petisti *E* saepe petisti | Cuspide turres *A* || 317 thebana manus *A* thebais hospes *EM̃E de Venere haec intellegenda cf. Pausanias VIIII 16,* 2 || *uu.* 378—381 *post u.* 398 *transposui* ||

e Et te Triuiam nota memores 382
uoce precamur.
tu maternam sistere Delon
Lucina iubes 385
huc atque illuc prius errantem
Cyclada uentis.
nunc iam stabilis fixa terras
radice tenet,
respuit auras religatque rates 390
adsueta sequi.

e′ Tu Tantalidos funera matris
uictrix numeras.
stat nunc Sipyli uertice summo
flebile saxum 395
et adhuc lacrimas marmora fundunt
antiqua nouas.
[*maesta aeternum marmora manant*] 398
tibi grandaeui lassique senes 378
conpote uoto
reddunt grates libantque manu
uina trementi. 381

f Colit inpense femina uirque
numen geminum 399
tuque ante omnis pater ac rector 400
fulmine pollens
cuius nutu simul extremi
tremuere poli,

---

382 triuiam nota *E* Triuia grata *A* || 386 errante *E* || 394 sypili *EA* siphili *ψ* sisiphi *ψ* || 395 flebile saxum et adhuc lacrimas *om. g* || 396 Et adhuc lacrimas marmora fundunt | Antiqua nouas | Lacrimas maesta aeternum | Marmora manant *E et eodem fere modo R 10 11 G g V Pall.* fundunt) sudant *Coloniensis.* manant) mittunt *II Pall. R 11 R 10 suprascr.* '*Possis suspicari adscriptum orae fuisse Ouidii uersum M. VI 312*' *Gron. sustuli posteriora* || 379 *Priscianus inst. l. VI 68* 'Seneca in Phaedra: Hippolyte me nunc compŏtem uoto facis. in Agam. [in eadem *libri. corr. Welcker.*] Compŏte uoto.' || 401 teque *ψ* ||

generis nostri Iuppiter auctor
cape dona libens
abauusque tuam non degenerem
respice prolem.

Sed ecce uasto concitus miles gradu
manifesta properat signa laetitiae ferens
namque hasta summo lauream ferro gerit
fidusque regi semper Eurybates adest. F. CVIIII

EVRYBATES. CLYTEMESTRA. CHORVS.

Delubra et aras caelitum et patrios lares
post longa fessus spatia uix credens mihi
supplex adoro. uota superis soluite:
telluris altum remeat argolicae decus
tandem ad penates uictor Agamemnon suos.
CLYT. Felix ad aures nuntius uenit meas.
ubinam petitus per decem coniunx mihi
annos moratur? pelagus an terras premit?
EVR. incolumis auctus gloria laude inclitus
reducem expetito litori inpressit pedem.
CLYT. Sacris colamus prosperum tandem diem
et si propitios attamen lentos deos.
tu pande uiuat coniugis frater mei
et pande teneat quas soror sedes mea.
EVR. meliora uotis posco et obtestor deos:
nam certa fari sors maris dubii uetat.
Vt sparsa tumidum classis excepit mare,
ratis uidere socia non potuit ratem.
quin ipse Atrides aequore inmenso uagus
grauiora pelago damna quam bello tulit
remeatque uicto similis exiguas trahens
lacerasque uictor classe de tanta rates.

406 caede *E* cape *A* || 410 ferens *E* gerens *A* || CHORVS *add.* *E* *om.* *A* ||

CLYT. Effare, casus qui rates hausit meas,
aut quae maris fortuna dispulerit duces?
EVR. Acerba fatu poscis, infaustum iubes
miscere laeto nuntium. refugit loqui
mens aegra tantis atque inhorrescit malis.
CLYT. Exprome. clades scire qui refugit suas,
grauat timorem. dubia plus torquent mala.

EVR. Vt Pergamum omne dorica cecidit face,
diuisa praeda est. maria properantes petunt.
iamque ense fessum miles exonerat latus.
neglecta summas scuta per puppes iacent,
ad militares remus aptatur manus
omnisque nimium longa properanti mora est.
Signum recursus regia ut fulsit rate
et clara lentum remigem monuit tuba,
aurata primas prora designat uias
aperitque cursus mille quos puppes secent.
Hinc aura primo lenis inpellit rates
adlapsa uelis. unda uix actu leui
tranquilla zephyri mollis adflatu tremit
splendetque classe pelagus et pariter latet.
iuuat uidere nuda Troiae litora,
iuuat relicti sola Sigei loca.
Properat iuuentus omnis adductos simul
lentare remos, adiuuat uentos manu
et ualida nisu bracchia alterno mouet.
sulcata uibrant aequora et latera increpant
dirimuntque canae caerulum spumae mare.
Vt aura plenos fortior tendit sinus,

---

435 Effare casus quis rates hausit meas *E* Quis fare nostras hauserit casus rates *A* || 436 dispulerit *ω* dispulerat *Bo.* || 437 iubens *Bo.* || 445 summa *E* || 449 remigem *E Regiom. 1Pal. mg.*. remigen *R* regimen *A* || mouit *E* monuit *E t. Gron. Regiom. plerique Delriani* euomit *R Mog.* emouit *Voss. ψ* emonuit *α* || 450 designat *EMÆ* signauit *A* || 453 actu leui *E* tactu leuis *A* || 454 Tranquillo *ψ* ||

posuere tonsas. credita est uento rates
fususque transtris miles aut terras procul,
quantum recedunt uela, fugientes notat
aut bella narrat Hectoris fortis minas
currusque et empto redditum corpus rogo
sparsum cruore regis herceum Iouem.
Tum qui iacente reciprocus ludit salo
tumidumque pando transilit dorso mare
tyrrhenus omni piscis exultat freto
agitatque gyros et comes lateri adnatat
anteire naues laetus et rursus sequi.
nunc prima tangens rostra lasciuit chorus,
millesimam nunc ambit et lustrat ratem.
Iam litus omne tegitur et campi latent F. CX
et dubia parent montis idaei iuga.
et id quod unum peruicax acies uidet,
iliacus atra fumus apparet nota.
iam lassa Titan colla releuabat iugo,
in astra iam lux prona, iam praeceps dies:
Exigua nubes sordido crescens globo
nitidum cadentis inquinat Phoebi iubar.
suspecta uarius occidens fecit freta.
nox prima caelum sparserat stellis, iacent
deserta uento uela. tum murmur graue
maiora minitans collibus summis cadit
tractuque longo litus ac petrae gemunt.
Agitata uentis unda uenturis tumet.
cum subito luna conditur, stellae latent,
in astra pontus tollitur, caelum perit.
nec una nox est: densa tenebr*i*s obruit

---

464 rates *E* ratis *A* || 465 miles *E Regiom.* nauita *A* || 469 hercaeum *E* Herceum *α* herculeum *ψ* || 470 Tunc *E* Tum *A* || 472 omni *Eψ* omnis *A* || 473 Agitatque *E* Agitque *A* || 477 omnē *E corr. E*[3] || 478 parent *EA* patent *ψ* || 479 Et id *E* Et iam *A* || 491 subito luna *Eψ* luna subito *AME* || latent *EME* cadunt *A* || 493 Nec una nox est *EA* Nec est nox una *uel* Nec est una nox *ψ* || tenebras *ω* tenebris *scripsi* tenebrarum *NHs.* ||

caligo et omni luce subducta fretum
caelumque miscet. undique incumbunt simul
rapiuntque pelagus infimo euersum solo
aduersus euro zephyrus et boreae notus.
  Sua quisque mittit tela et infesti fretum
emoliuntur. turbo conuoluit mare:
strymonius altas aquilo contorquet niues
libycusque harenas auster ad syrtes agit.
nec manet in austro: fit grauis nimbis notus,
imbre auget undas, eurus orientem mouet
nabataea quatiens regna et eoos sinus.
  Quid rabidus ora corus oceano exerens?
mundum reuelli sedibus totum suis
ipsosque rupto crederes caelo deos
decidere et atrum rebus induci chaos.
uento resistit aestus et uentus retro
aestum reuoluit. non capit sese mare
undasque miscent imber et fluctus suas.
  Nec hoc leuamen denique aerumnis datur
uidere saltem et nosse quo pereant malo:
premunt tenebrae lumina et dirae Stygis
inferna nox est. excidunt ignes tamen
et nube dirum fulmen elisa micat
miserisque lucis tanta dulcedo est malae:
hoc lumen optant.
                    Ipsa se classis premit
et prora prorae nocuit et lateri latus.
illam dehiscens pontus in praeceps rapit
hauritque et alto redditam reuomit mar*i*,

---

496 Rapuitque *ψ* || infimum euerso polo *E* infimo euersum solo *A* || 497 Aduerso (v supra o) *E*[1] || 498 mittit *E R Heinsianus* mittunt *A* || 501 ad *E ME IIPall. g? Germanicus* ac *A* || 504 ete o os *(prius* o *m. tert.) E* || sonus *E*[1] sinus *E*[3] || 505 rabidus *E* rapidus *A* || 506 reuellit *E* reuelli *A* || 507 ruptos *g* raptos *R* || 508 Decedere *E* || 512 datur *E* datum est *A* est *om. R* || 517 male (*sc.* optant) *Bo.* || 521 mare *ω* mari *Gron. et NHs.* ||

haec onere sidit, illa conuulsum latus
submittit undis, fluctus hanc decimus tegit,
haec lacera et omni decore populato leuis
fluitat nec illi uela nec tonsae manent
nec rectus altas malus antemnas ferens,
sed trunca toto puppis ionio natat.
  Nil ratio et usus audet, ars cessit malis.
tenet horror artus, omnis officio stupet
nauita relicto, remus effugit manus.
in uota miseros ultimus cogit timor
eademque superos Troes et Danai rogant.
  Quid fata possunt. inuidet Pyrrhus patri,
Aiaci Vlixes, Hectori Atrides minor,
Agamemno Priamo. quisquis ad Troiam iacet,
felix uocatur, cadere qui meruit gradu,
quem fama seruat, uicta quem tellus tegit.
  Nil nobile ausos pontus atque undae ferent?
ignaua fortes fata consument uiros?
perdenda mors est? quisquis es nondum malis
satiate tantis caelitum, tandem tuum
numen serena. cladibus nostris daret
uel Troia lacrimas. odia si durant tua F. CXI
placetque mitti doricum exitio genus,
quid hos simul perire nobiscum iuuat
quibus perimus? sistite infestum mare:
uehit ista Danaos classis et Troas uehit.
  Nec plura possunt, occupat uocem mare.
ecce alia clades. fulmine irati Iouis

---

522 sidit ϵ*A* sedit ψ || 524 latera *E* || populata ψ || 527 trunca *E Regiom IPal. G?* truncta *IPal.* structa ψ fracta *AÆ* || puppis ϵ*A* turpis ψ || 528 ars cessit malis *E* in magnis malis *A* || 535 Agamemnon priamo *E* Agamenon pr. ψ *corr. Gron.* Priamo Agamemnon α || 536 meruit *EA* potuit ψ || gradu *E* manu *A* || 537 tegit *EA* premit *Fabricius* || 538 ferunt *E R10 suprascr.* ferent *A* || 539 consumunt *R10* || 540 Perdenda *E*ψ Pudenda *A* || 546 p[illegible] et sistite *E* sistito *Bo.* || 547 et troas uehit ϵ*Æ* et T.

armata Pallas quicquid aut hasta minax
aut aegide *et* furore gorgoneo potest,
aut igne patrio temptat et caelo nouae
spirant procellae.
Solus inuictus malis
luctatur A i a x. uela cogentem hunc sua
tento rudente flamma perstrinxit cadens.
libratur aliud fulmen. hoc toto impetu
certum reducta Pallas excussit manu
imitata patrem. transit Aiacem et ratem
ratisque partem secum et Aiac*em* tulit.
Nil ille motus ardua ut cautes salo
ambustus extat, dirimit insanum mare
fluctusque rumpit pectore et nauem manu
conplexus in se traxit et caeco mari
conlucet A i a x. omne resplendet fretum.
tandem occupata rupe furibundum intonat
superasse nunc se pelagus atque ignes. 'iuuat
uicisse caelum Palladem fulmen mare.
Non me fugauit bellici terror dei
et Hectorem una solus et Martem tuli
phoebea nec me tela pepulerunt gradu.
cum Phrygibus istos uicimus. tene horream?
aliena inerti tela mittis dextera.
quid si ipse mittat?'
Plura cum auderet furens,
tridente rupem subruit pulsam pater
Neptunus imis exerens undis caput
soluitque montem quem cadens secum tulit
terraque et igne uictus et pelago iacet.

---

551 aut furore ϵ*A* et *Gron. ed. 1661.* || 555 Tento *E* Tenso *A* || 557 Tortum *Iouianus Pontanus ex cod. ut uidetur.* || 559 et magis *E* et Aiacis *A* et Aiacem *Pontanus. Mog.* || 563 in se ω ipse *Bo.* || 565 furibundus *R g Mog.* || 566 nunc se *A* se *om. E* || 571 tene horream *EMÆ* tandem h. *A* || 572 Aliena inerti tela pepulerunt gradu *E* Al. i. tela mitti dextera *A* t. mittis dextera *MÆ* tela perdentem manu *Gron.* iaculantem *uel* mittentem manu *NHs.* || 577 Terra) *corr. ex* torra *E* ||

Nos alia maior naufragos pestis uocat.
est humilis unda scrupeis mendax uadis
ubi saxa rapidis clausa uerticibus tegit
fallax Caphereus. aestuat scopulis fretum
feruetque semper fluctus alterna uice.
Arx inminet praerupta quae spectat mare
utrimque geminum. Pelopis hinc oras tui
et Isthmon arto qui recuruatus solo
ionia iungi maria phrixeis uetat,
hinc scelere Lemnon nobilem, hinc Chalc*o*dona
tardamque ratibus Aulin. hanc arcem occupat
Palamedis ille genitor et clarum manu
lumen nefanda uertice e summo efferens
in saxa ducit perfida classem face.
Haerent acutis rupibus fixae rates.
has inopis undae breuia conminuunt uada.
pars uehitur huius prima, pars scopulo sedet,
hanc alia retro spatia relegentem ferit
et fracta frangit. iam timent terram rates
et maria malunt. cecidit in lucem furor.
postquam litatum est Il*i*o, Phoebus redit
et damna noctis tristis ostendit dies.
CLYT. Vtrumne doleam laeter an reducem uirum?
remeasse laetor, uulnus at regni graue
lugere cogor. redde iam Grais pater
altisona quatiens regna placatos deos.

---

580 uerticibus *Eψ* uorticibus *A* || 581 chaphereus *E* Caphareus *A* || 583 arsx *E* || 586 leninon *E* || nobilem et calchedona *E* n. hinc calcedona *ψ* n. et hinc *ψ* n. et hinc Chalcida *α* n. hinc Chalcodona *IGron.* || 588 artem *E* || 590 e summo *ϵR* ex s. *A* || 591 ducit *ϵA* duxit *Gron. ed. 1661.* || 597 Et maria malunt *E IPal.* Maluntque maria *ME IPal. Ortel.* Voluntque maria *A* Voluuntque maria *ψ* || cecidit *Eψ* cedit *A* || in lucem *Eψ* in luctum *α* || 598 P. l. est illo phoebus redit *E* Ilio *Gron.* illico *Besselius* P. l. est, Phoebus in lucem redit *A* || 600 doleam an laetaere red. u. *E* d. laeter an r. u. *A* || 601 laetor *ϵA* [illegible] at *A* || 602 grais *EA* graijs *ψ* ||

Nunc omne laeta fronde ueletur caput,
sacrifica dulces tibia effundat modos
et niuea magnas uictima ante aras cadat.
Sed ecce turba tristis incomptae comas
Iliades adsunt quas super celso gradu
effrena phoebas entheas laurus quatit. F. CXII

CHORVS ILIADVM. CASSANDRA.

A a Heu quam dulce malum *men*tibus additum
uitae dirus amor, cum pateat mal*i*
effugium et miseros libera mors uocet
portus aeterna placidus quiete.

b Nullus hunc terror (*quatit*) inpotentis
— . — — — · · nec procella
(*saeua*) fortunae mouet aut iniqui
flamma tonantis.

b′ Alta pax — — · · — · nullos
ciuium coetus timet aut *in*anis
— · uictoris · · — · iras
— · · — —

604 fronte *E* fronde *A* || uelletur *α* || 609 entheas *ϵA* eritheas *ψ* || CHORVS ILIADVM *E* Ch. troyanorum *G* CHORVS *A* CASSANDRA *EA* CASANDRA *R om.* *ψ* ||

E CHO. Heu quam dulce malum mortalibus additum
Vitae dirus amor: cum pateat malis
Effugium et miseros libera mors uocet
Portus aeterna placidus quiete.
Nullus hunc terror nec impotentis
Procella fortunae mouet aut iniqui
Flamma tonantis.
Paxalta nullos ciuium coetos
Timet aut minas uictoris iras

uersum finiri lineola, cohaerere cum sequenti arcu significaui. quae in contextu dedi, partim sunt mea partim Swobodae. || 610 Quam mortalibus heu d. m. a. *α* || 611 durus *ψ* || 614 impotens *A* || 616 mouet | *A* || iniqui◡ *A* || *post u.* 617 *inserendos GR. putat uu.* 628—633 || 619 coetus *A* || minaces *A* nimias *R12* ||

c (*Non*) — · — —, non maria asperis
insana coris, non acies feras
(*non*) puluer*em* nubemque motam
barbaricis equitum cateruis. 624

b Omne perrumpet · · — seu*erus* 628
— · contemptor leuium deorum
— · — — — · · — · — —
— · · — —

b′ Qui uidet uultus Acherontis atri 630
qui(*que*) non tristis Styga tristem (*adire*)
audet *et* uitae · · — · — —
ponere finem.

c′ Par ille regi, par superis erit
— — · — — — · · — · —
— — · — — — · — —
— · · — · · — · — —

B O quam miserum est nescire mori 635

* * *

E Non maria asperis insana choris 621
Non aties feras pulueramue nubem
Mota barbaricis equitum cateruis, 624
Nonurbe cum tota populos cadentes 625
Hostica muros populante flamma
Indomitumue bellum.
Perrumpet omne seruitium contemtor 628
Leuium deorum
Qui uultus acherontis atri qui styga tristem 630
Non tristis uidet audetque uitae
Ponere finem. par ille regi par superis erit.
O quam miserum est 635
Nescire mori.

621 coris *A* choris *ψ* || 622 acies *A* || -que *A* || 623 motam *A* || 627 ue *om.* *ψ* || bellum◡ *A* || 628 omne | Solus contemptor◡ *A* || 630 Ille qui *G* || atri | *A* || tristem◡ *A* || 631 uidet | *A* || uitae◡ *A* || 633 finem | *A* || 635 est◡ *A* ||

C a Vidimus (*Troes*) patriam ruentem 636
nocte funesta · · — · — — 637
[*non*] urbe cum tota populos cadentes 625
hostica muros populante flamma 626
— · — — indomitumque bellum, 627
dorici cum — raperetis ignes 638
dardana tecta.

b Illa non armis *neque* uicta bello. 640
rursus Alcidae cecidit pharetra
Pelei quam non Thetidisque natus
uicit — — — · · — · — —
(*qui*)que Pelidae nimium feroci
carus acceptis *radians* (*in*) armis 645
troa*de*s fudit · · — · (*turbas*)
falsus Achilles.

b′ [*Aut cum*] Ipse Pelides animos feroces
sustulit luctu celeremque saltu
Troades summis timuere muris. 650
perdidit [*in malis*] *sum*mum decus — · — —
fortiter uinci · · — · — —

E Vidimus patriam ruentem nocte funesta 636
Cum dardana tecta dorici raperetis ignes.
Non illa bello uicta non armis. 640
Vt quondam herculea cecidit pharetra
Quam non pelei thetidisque natus
Carusque pelidae nimium feroci uicit
Acceptis cum fulsit armis fuditque troas 645
Falsus achilles.
Aut cum ipse pelidos animos feroces.
Sustulit luctu
Celeremque saltu troades summis 650
Timuere muris. perdidit inmalis
Extremum decus fortiter uinci.

638 raperent *A* raperetis *ψ* || 640 nec *A* non *R12* || 644 feroci | Vicit‿ *A* || 645 armis | *A* || Troas‿ *A* || 648 pelides *A* || luctu‿ *A* || 649 saltu | *A* || summis‿ *A* || 650 muris | *A* || malis‿ *A* || 651 decus | *A* || uinci‿*A* ||

unius noctis peritura furto
Troia bis quinis (*Danaum furori*)
restitit annis.

a′ Vidimus (*Troes*) simulata dona
molis inmensae Danaumque [*fatale*] munus
duximus nostra · · — (*in urbem*)
creduli dextra tremuitque saepe
limine in primo sonipes cauernis
conditos reges · · — · gestans
bell*a*que (*saeua*)

c′ — — · — — et licuit dolos
uersare ut ipsi — · · — · —
— — · — — — · — —
fraude sua caderent Pelasgi.

c′ Saepe conmotae sonuere parmae.
(*rumor heus*) aures tacitumque murmur
percu*l*it (*nostras*) fremuit*que* (*dirum*)
subdolo parens male — · — —
Pyrrhus Vlixi.

E Restitit quinis bis annis uuius noctis
Peritur afu r to.
Vidimus simulata dona molis immensae
Danaumque fatale munus duximus
Nostra creduli dextra tremuitque saepe
Limine inprimo sonipes cauernis
Conditos reges bellumque gestans.
Et licuit dolos uersare ut ipsi fraude sua
Caderent pelasgi saepe commotae.
Souuere parmae tacitumque murmur
Percussit aures et fremuit male subdolo
Parens pyrrus ulixi.

654 *sqq.* bis quinis *Et. Ribbeckio* || Fortiter uinci, restitit annis | Troia bisquinis unius n. p. fato *A* || noctis | *R12* || furto *Æg* || 658 duximus‿ *A* || nostra | *A* || 663 uersare dolos ut ipsi | *A* || F. sua capti cad. Pelasgi | S. commotae son. parmae | T. murmur perc. aures | et f. m. subdolo parens | Pyrrhus Vlyssi *A* || subdolo *R12* || Et f. m. s. p. p. ulixi *ψ* ||

D a Secura metus troica pubes
sacros gaudet tangere funes.
hinc aequaeui gregis Astyanax,
hinc haemonio desponsa rogo
ducunt turmas,
haec femineas ille uiriles.

a′ Festae matres
uotiua ferunt munera diuis,
festi patres adeunt aras,
unus tota est uultus in urbe:
et quod numquam post hectoreos
uidimus ignes, laeta est Hec*a*be.

b Quid nunc primum dolor infelix
quidue extremum deflere paras?
moenia diuum fabricata manu
diruta nostra
an templa deos super usta suos?

b′ Non uacat istis lacrimare malis:
te magne parens flent Iliades.
uidi uidi Quat. XIIII
senis in iugulo | telum Pyrrhi F. CXIII
uix exiguo sanguine tingi.

CAS. Cohibete lacrimas omne quas tempus petet
Troades et ipsae uestra lamentabili
lugete gemitu funera. aerumnae meae
socium recusant. cladibus questus meis
remouete. nostris ipsa sufficiam malis.

c CHO. Lacrimas lacrimis miscere iuuat.
magis exurunt

---

671 metus $\epsilon\psi$ metu *A* || 680 u. t. u. in urbe est *Bo.* || 682 hecubae *E* Hecube *A* hecuba *R10* Hecabe *Bo.* || 684 deferre *E* || 689 flectent *E* || 693 petit ψ ||

quos secretae lacerant curae.
iuuat in medium deflere suos.
nec tu quamuis dura uirago
patiensque mali
poteris tantas flere ruinas.

d Non quae uerno mobile carmen
ramo cantat tristis aedon
Ityn in uarios modulata sonos,
non quae tectis bistonis ales
residens summis
inpia diri furta mariti
garrula narrat lugere tuam
poterit digne conquesta domum.

d′ Licet ipse uelit
clarus niueos inter olores
Histrum cycnus Tana*n*que colens
extrema loqui
licet alcyones Ceyca suum
fluctu leuiter plangente sonent,
cum tranquillo male confisae
credunt iterum pelago audaces:
[*fetusque suos*
nido pauidae titubante fouent.]

c′ Non si molles imitata uiros
tristis laceret bracchia tecum
quae turritae turba parenti
pectora rauco concita buxo
furit ut phrygium lugeat Attin,

---

702 nec tu *E* nec enim *A* || 704 ferre *ci. GR.* || 705 mobile *E* nobile *A* || 706 aedom *E* aedon *A* edonis *ψ* || 708 bistonos *E* bistonis *A* || 709 summis *ϵÆA* siluis *ψ* || 711 narrat *EÆ* deflet *A* || 713 ipsa *E* || 715 tanaimque *ω* Tanainque *Bo.* || 721 722 *deleui* || 726 pectora *EÆR* pectore *A* || buxo *EÆR* buxum *A* || 727 Furit *E* Ferit *ÆA* || atin *E* Atym *A* Attin *Gron.* ||

non est lacrimis Cassandra modus,
quia quae patimur uicere modum.
[*miseris colendos maxime superos putem*]

CAS. Vicere nostra iam metus omnis mala.
equidem nec ulla caelites placo prece
nec si uelint saeuire, quo noceant habent.
fortuna uires ipsa consumpsit suas.
Quae patria restat quis pater quae iam soror?
bibere tumuli sanguinem atque arae meum.
quid illa felix turba fraterni greg*e*s?
exhausta nempe. regia miseri senes
uacua relicti totque per thalamos uident
praeter Lacaenam ceteras uiduas nurus.
Tot illa regum mater et regimen Phrygum
fecunda in ignes Hecuba fatorum nouas
experta leges induit uultus feros:
circa ruinas rabida latrauit suas
Troiae superstes Hectori Priamo sibi.
CHO. Silet repente phoebas et pallor genas
creberque totum possidet corpus tremor,
stetere uittae, mollis horrescit coma,
anhela corda murmure incluso fremunt,
incerta nutant lumina et uersi retro
torquentur oculi, rursus inmites rigent.
nunc leuat in auras altior solito caput
graditurque celsa, nunc reluctantis parat
reserare fauces, uerba nunc clauso male
custodit ore maenas inpatiens dei.
CAS. Quid me furoris incitam stimulis noui,

---

u. 730 *post* 795 *transposuit Swoboda* || *u.* 731 *in marg. adscr. R deleui coni. u.* 733 || CAS. *E om. A* || putē *E* reor *A* || 732 CAS. *A om. E* || nostrā *E* || 738 fratrum *ψ* || gregis *ω* greges *IGron.* || 739 exhaustu *E* || regia *ER* regiam *A* || senes *E* senis *A* || 740 uacua *E* uacuam *A* || 747 phoeba *E* || 751 micant *ψ* || CASANDRA *supra u.* 757 *R* ||

quid mentis inopem sacra Parnasi iuga
rapitis? recede Phoebe, iam non sum tua.
extingue flammas pectori infixas meo. F. CXIIII
cui nunc uagor uaesana, cui bacchor furens?
iam Troia cecidit. falsa quid uates agor?
Vbi sum? fugit lux alma et obscurat genas
nox alta et aether abditus tenebris latet.
sed ecce gemino sole praefulget dies
geminumque duplices Argos attollit domos.
idaea ceruo nemora. fatalis sedet
inter potentes arbiter pastor deas.
timete reges moneo furtiuum genus.
agrestis ille alumnus euertet domum.
Quid ista uaecors tela feminea manu
destricta praefert? quem petit dextra uirum
Lacaena cultu ferrum amazonium gerens?
quae uersat oculos alia nunc facies meos?
uictor ferarum colla sublimis iacet
ignobili sub dente marmaricus leo
morsus cruentos passus audacis leae.
Quid me uocatis sospitem solam e meis
umbrae meorum? te sequor tota pater
Troia sepulte. frater auxilium Phrygum
terrorque Danaum, non ego antiquum decus
uideo aut calentes ratibus exustis manus,
sed lacera membra et saucios uinclo graui

---

762 ago ω agor *NHs.* || 764 abditus *Eψ* abditis *ψ* obditus *A* || 765 praefulget *EA* perfulget *Rg* || 766 *S. Aldhelmus de septenario (p. 588 Mai):* Lucius Anneus Seneca in sexto uolumine tetrametro brachycatalecto sic ait: 'geminumque d. A. attollit domus.' et infra: 'dubia l. c., f. attollite' (*u.* 824) || 767 Idaecerno *E* || 768 patentes *DHs.* || 769 Timete *EA* Timere *ψ* || 772 Destricta *E* Districta *A* || 773 uultu *E* cultu *A* ritu *et* Amazonidum *L.Mueller.* || 774 alia *εψ* alta *A* || 775 sublimis *E* uexatus *A* || 779 te sequor tota *A* testis uel tota *E* || 780 sepulte *Eψ* sepulta *A* || 782 ratibus exustis *A* rupta bustis *E* || 783 membra et laceros uinclo graui *A* menbra connectens uinculo graui *E* ||

illos lacertos. te sequor nimium cito
congresse Achilli Troile. incertos geris
Deiphobe uultus coniugis munus nouae.
Iuuat per ipsos ingredi stygios lacus,
iuuat uidere Tartari saeuum canem
auidique regna Ditis. haec hodie rates
Phlegethontis atri regias animas uehet
uictamque uictricemque. uos umbrae precor,
iurata superis unda te pariter precor,
reserate paulum terga nigrantis poli,
leuis ut Mycenas turba prospiciat Phrygum.
spectate miseri: fata se uertunt retro.
CHO. sed cur sacratas deripis capiti infulas? 730

a *Cas.* Instant sorores squalidae, 796
*a*nguinea iactant uerbera.

b Fert laeua semustas faces
turgentque pallentes genae
et uestis atri funeris
exesa cingit ilia.

b′ Strepuntque nocturni metus
et ossa uasti corporis
corrupta longinquo situ
palude limosa iacent.

b″ E*n* ecce defessus senex
ad ora ludentes aquas

---

784 Illos lacertos *E* Fortes lacertos *A* || te sequor nimium cito *A* te sequitur tuum cito *E* || 785 Troile *A* troia *E* || 786 Deiphoebe *EA* Deiphebe *ψ corr. ed. Lugd.?* || 787 *post* 788 *posuit Bo. cum ed. Fern.* || 787 tartan////seuum (s *in. ras. m. sec.*) *E* || 789 rates *E* ratis *A* || 790 uehit *Eg* uehet *A* || 730 deripis *E* diripis *A* || *CAS. Swoboda.* || *dimetris E tetrametris A* || 797 sanguinea *ω* anguinea *NHs. conl. Herc. I u. 88.* || 798 semustas E^1 *A* semiustas *ψ* || 799 turgentque *EME* ardentque *A* || 800 En uestis arcte funebris *NHs.* || 803 En ossa *NHs.* || 806 Et *ω* En *GR.* ||

non captat oblitus sitim
maestus futuro funere.

a′ Exultat et ponit gradus
pater decoros Dardanus.

CHO. Iam peruagatus ipse se fregit furor
caditque flexo qualis ante aras genu
ceruice taurus uulnus incertum gerens.
releuemus artus. en deos tandem suos
uictrice lauru cinctus Agamemnon adit
et festa coniunx obuios illi tulit
gressus reditque iuncta concordi gradu.

AGAMEMNO. CASSANDRA.

Tandem reuertor sospes ad patrios lares.
o cara salue terra. tibi tot barbarae
dedere gentes spolia, tibi felix diu
potentis Asiae Troia submisit manus.
Quid ista uates corpus effusa ac tremens
dubia labat ceruice? famuli attollite,
refouete gelido latice. iam recipit diem F. CXV
marcente uisu.
Suscita sensus tuos,
optatus ille portus aerumnis adest,

Festus dies est.
CAS. festus et Troiae fuit.

---

808 sitim *E* sitis *A* || 809 furore E^1 *corr.* E^2 || CHORVS TROIANORVM *Coloniensis.* CHORVS ψ CH. *sinistro mg.* *A om.* *E* || 813 genu *E* gradu *A* || 814 incertum *E* incisa *A* || 815 endeos *E* entheos *A* eritheos ψ || 816 lauru *E* lauro *A* || 817 Et festa coniux *EÆ* Coniuxque pariter *A* || obuias *ut uidetur* *E* || 823 Quid *E* Cur *A* || 824 *S. Aldhelmus* ... *ario (p. 588 Mai) uid. ad u.* 766. ||

AGAM. Veneremur aras.
CAS. cecidit ante aras pater.
AGAM. Iouem precemur pariter.
CAS. herceum Iouem?
AGAM. Credis uidere te Ilium?
CAS. et Priamum simul.
AGAM. Hic Troia non est.
CAS. Helena ubi est, Troiam puto.
AGAM. Ne metue dominam famula.
CAS. libertas adest.
AGAM. Secura uiue.
CAS. mihi mori est securitas.
AGAM. Nullum est periclum tibi met.
CAS. at magnum tibi.
AGAM. Victor timere quid potest?
CAS. quod non timet.

AGAM. Hanc fida famuli turba dum excutiat deum,
retinete, ne quid inpotens peccet furor.
At te pater qui saeua torques fulmina
pellisque nubes, sidera et terras regis,
ad quem triumphi spolia uictores ferunt,
et te sororem cuncta pollentis uiri
argolica Iuno pecore uotiuo libens
Arabumque donis supplice et fibra colam.

* * *

---

830 hercęum *E* Herceum *A* herculeum ψ || 831 et *delendum censet GR.* || 832 Vbi Helena est ω H. ubi est *BSchm.* || 834 mihi mori est *E* mors mihi est *A* || 835 periculum ψ || magnum tibi est *A* est *om. E* || 842 cunctipollentis *NHs.* || *post u.* 844 *totam scaenam interisse suspicor.* ||

CHORVS. CASSANDRA.

a Argos * [*nobilibus nobile ciuibus*]
Argos iratae *placit*um nouercae
semper ingentes (*genetrix*) alumnos
educas — — numerum deorum
inparem aequasti · · — · — —
— · — — — · · — · — —

b — · — (*ciuis*) tuus ille (*quondam*)
— · bis seno meruit labore
adlegi caelo (*superumque mensae*)
magnus Alcides cui lege mundi
Iuppiter rupta geminauit horas

E

CHORVS. CASSANDRA.

Argos nobilibus nobile ciuibus
Argos iratae carum nouercae
Semper ingentes alumnos
Educas. numerum deorum
Imparem aequasti. tuus ille
Bisseno meruit labore
Adlegi caelo.
Magnus Alcides cui lege mundi
Iuppiter rupta geminauit horas

A

CHORVS.

Argos nobilibus nobile ciuibus,
Argos iratae carum nouercae,
Semper ingentes educas alumnos
Imparem aequasti numerum deorum.
Tuus ille bisseno meruit labore
Allegi coelo magnus Alcides
Cui lege mundi Iuppiter rupta

CHORVS *GRAECORVM* α CHORVS ψ || 848 numero α || 850 ille *om.* ψ || 852 adlegi ψ || 853 Ippiter *E t. Ribb.* ||

roscidae noctis celeresque iussit
tardius currus agitare Phoebum
et tuas lente remeare bigas
pallida Phoebe.

b′ (*Paruit iussis*) retulitque *gressum*
nomen alternis (*uicibus diei*)
stella quae mutat · · — · — —
seque mirata est · · — · — —
Hesperum dici · · — · — —
ad uices Aurora mouet s*ue*tas
— · — — — caput et relabens
i*n* (*sinus rursus*) posuit seni*li*s
coll*a* marit*a*.

a′ — · — — — · · sensit ortus
sensit occasus · · — · — —

E

Roscidae noctis iussitque phoebum
Tardius celeres agitare currus
Et tuas lente remeare bigas
Pallida phoebe.
Retulit pedem nomen alternis
Stella quae mutat seque mirata est
Hesperum dici. aurora mouet
Ad solitas uices
Caput et relabens imposuit seni
Collum marito.
Sensit ortus sensit occasus

A

Roscidae noctis geminauit horas
Iussitque Phoebum tardius celeres
Agitare currus et tuas lente
Remeare bigas candida Phoebe.
Retulitque pedem alternis nomen
Stella quae mutat seque mirata est
Hesperum dici. Aurora mouit
Ad solitas uices caput et relabens
Imposuit senis humero mariti.
Sensit ortus, sensit occasus

858 pallida *Æ R12 g?* || 864 865 ad uices Eos solitas. — — | mouit auratum caput et rel. *ci. GR.* ||

Herculem nasci. uiolentus ille
nocte non una poterat creari.
substitit mundus tibi concitatus
o puer (*magnum*) subiture caelum.

c Te sensit arto — Neme*ae* (*timor*)
pressus lacerto fulmineus leo
— — · — — — · — —
ceruaque Parrhasis — · — —

c′ Arcad*i* sensit populator agri
— · — — — gemuitque taurus
dictaea linquens — · — —
horridus arua · — · — —

d Morte fecundum domuit draconem
stipite incusso uetuitque collo
— · — — — pereunte nasci

E Herculem nasci.
Violentus ille
Nocte non una poterat creari.
Tibi concitatus substitit mundus,
O puer subiture caelum.
Te sensit nemeus arto
Pressus lacerto fulmineus leo
Ceruaque parrahsis.
Sensit arcadii populator agri
Gemuitque taurus dictaea linquens
Horridus arua.
Morte fecundum domuit draconem
Vetuitque collo pereunte nasci

870 nasci⌣ || 871 potuit *ψ* || 873 O p. magnum s. c. ∼ *G* || 874 nemeus *ψ* Nemeaeus *α* || 876 Parrhasis *A* ||

— · — — — geminosque fratres
pectore ex uno tria monstra natos
fregit insultans · · — · — —
— · · — —

e — — · — — — · · — · —
duxitque ad ortus hesperium pecus
— — · — — — · — —
Gerionae spolium triformis.

e′ Egit — · · — threicium gregem,
quem non strymonii gramine fluminis
Hebriue ripis — · — —
pauit · — · · — tyrannus.

d′ Hospitum dirus stabulis cruorem
praebuit saeuis · · — · — —
— · — tinxit · · — · crudos
ultimos rictus · · — · — —
sanguis aurigae · · — · — —
— · — — — · · — · — —
— · · — —

E Geminosque fratres pectore ex uno
Tria monstra natos stipite incusso
Fregit insultans duxitque ad ortus
Hesperium pecus geryonę
Spolium triformis.
Egit threcium gregem quem non
Strimonii gramine fluminis hebriue
Ripis pauit tyrannus.
Hospitum dirus stabulis cruorem
Prebuit saeuistrinxitque crudos
Vltimos rictus sanguis aurigae

885 ab uno *A* ab imo *ψ* ab uno ex imo *R12* || 887 duxitque *ψ* que *om. A* || hesperiumque *ψ* || gerionis *E t. Ribb. ψ* Geryonei *A* || 889 Threicium *A* traicium *ψ* || gregem | Quem non st. g. f. | Hebriue r. p. t. | *A sed R12 cum E* || 895 crudus *ψ* cruentos *ψ* || 896 Vltimus *A* ||

f — uidit — — Hippolyte ferox
— pectore — — e medio rapi [*spolium et*]
— nube percussa sagittis
— — · — Stymphalis alto
decidit — · · — · caelo

f′ Arborque pomis fertilis aureis
— — · — — extimuit manus
insueta carpi — · · — · —
— — · — fugitque in auras
— · · — leuiore ramo.

g — · audiuit sonitum · — —
frigidus custos crepetante lamna
nescius somni · · — · — —
linqueret cum iam nemus omne fuluo.
plenus Alcides uacuum metallo.

g′ Tractus ad caelum canis inferorum
— · — — — triplici catena
— · — — — tacuit nec ullo

E Vidit hyppolite ferox
Pectore e medio rapi
Spolium et sagittis
Nube percussa stymphalis alto
Cecidit caelo.
Arborque pomis fertilis aureis
Extimuit manus insueta carpi
Fugitque in auras leuiore ramo.
Audiuit sonitum crepetante lamna
Frigidus custos nescius somni
Linqueret cum iam nemus omne fuluo
Plenus alcides uacuum metallo.
Tractus ad caelum canis inferorum
Triplici catena tacuit nec ullo

899 rapi◡ *A* || 900 sagittas *A* sagittis *g* || 902 Decidit *A* Cecidit *quidam Delriani.* || 909 crepitante *A* || flamma *A* lamna *etiam Coloniensis* || 911 fuluo *add. sec. uel tertia manu E* ||

ore latrauit · · — · — —
lucis ignotae metuens colorem.

d″ Succidit mendax duce te · — —
Dardan*i* — — domus — · — —
et (*tuos*) arcus iterum timendos
sensit — — — duce te · — —
concidit — — totidem diebus
Troia quot — — (*Danaum furori*)
(*restitit*) annis.

CAS. Res agitur intus magna par annis decem.
eheu quid hoc est? anime consurge et cape
pretium furoris: uicimus uicti Phryges.
bene est, resurgis Troia. traxisti iacens
pares Mycenas, terga dat uictor tuus.
Tam clara numquam prouidae mentis furor
ostendit oculis: uideo et intersum et fruor.
imago uisus dubia non fallit meos.
Spectemus. epulae regia instructae domo
quales fuerunt ultimae Phrygibus dapes
celebrantur. ostro lectus iliaco nitet
merumque in auro ueteris Assaraci trahunt.

Latrauit ore lucis ignotae
Metuens colorem.
Te duce succedit mendax
Dardaniae domus et sensit arcus.
Iterum timendo te duce concidit
Totidem diebus troia quot annis.

917 M. colorem te duce succidit | M. d. d. | Et s. a. i. timendos | Te d. c. t. d. | T. q. a. *A sed R12 plane ut E uersus distinguit* ||

925 per annos *E* par annis *A* || 926 Eheu ε*A* Heu *ψ* || quid est hoc *R* || anima *E* anime *A* || 928 resurgit *ER* resurgis *A* || 929 parens *E* pares *A* || 930 pudor *ψ* || 931 i. et fruor *A* et *om. E* || 933 Spectemus *E* Spectamus *A* || 936 Assarici *A* assaraci ε *R G? g?* || tr^{h}aunt *E* ||

E*n* ipse picta ueste sublimis iacet
Priami superbas corpore exuuias gerens.
detrahere cultus uxor hostiles iubet,
induere potius coniugis fidae manu
textos amictus.
horreo atque animo tremo.
regemne perimet exul et adulter uirum?
uenere fata, sanguinem extremae dapes
domini uidebunt et cruor baccho incidet.
Mortifera uinctum perfidae tradet neci
induta uestis: exitum manibus nega*nt*
caputque laxi et inuii cludunt sinus.
haurit trementi semiuir dextra latus
nec penitus egit: uulnere in medio stupet.
At ille ut altis hispidus siluis aper
cum casse uinctus temptat egressus tamen
artatque motu uincla et incassum furit,
cupit fluentes undique et caecos sinus
disicere et hostem quaerit inplicitus suum.
Armat bipenni Tyndaris dextram furens
qualisque ad aras colla taurorum p*i*us
designat oculis ante quam ferro petat:
sic huc et illuc inpiam librat manum.
habet, peractum est. pendet exigua male
caput amputatum parte et hinc trunco cruor
exundat, illinc ora cum fremitu iacent.
Nondum recedunt. ille iam exanime *in*petit
laceratque corpus, illa fodientem adiuuat, F. CXVII
uterque tanto scelere respondet suis:
est hic Thyest*a*e gnatus haec Helenae soror.
stat ecce Titan dubius emerito die
suane currat an thyestea uia.

937 Et ω En *NHs.* || 945 perfid& (o supra &) *E*[1] || 946 negat ω negant *NHs.* || 947 inuli *E* inuii *A* || 949 egit *E* agit ψ adigit *A* || 956 prius ω pius *Ascensius* || 962 exanimȩ *E* exanimem *A* || petit ω impetit *NHs.* || 965 Est hic *E* Hic Thyeste *EA* Thyestae *Gron.* ||

ELECTRA FVGIENS. ORESTES TACITVS.

Fuge o paternae mortis auxilium unicum,
fuge et scelestas hostium uita manus.
euersa domus est funditus, regna occidunt.
Quis iste celeres concitus currus agit?
germane uultus ueste furabor tuos.
quid anime demens refugis? externos times,
domus timenda est. pone iam trepidos metus
Oresta, amici fida praesidia intuor.

STROPHIVS. ELECTRA. ORESTES *PYLADES TACITI.*

Phocide relicta Strophius elea inclutus
palma reuertor. causa ueniendi fuit
gratari amico cuius inpulsum manu
cecidit decenni marte concussum Ilium.
Quaenam ista lacrimis lugubrem uultum rigat
pauetque maesta? regium agnosco genus.
Electra fletus causa quae laeta in domo est?
EL. Pater peremptus scelere materno iacet,
comes paternae quaeritur gnatus neci,
Aegisthus arces uenere quaesitas tenet.
STROPH. O nulla longi temporis felicitas.

ELECTRA · FVGIENS · ORESTES TACITVS *E* ELECTRA *A* || 968 ELE. *E om. A* || 969 Fuge et sc. ϵ *ψ?* Fuge scel. *Fabricius* Fugito *A* || uita *E* euita *A* || 971 Quis iste hospes concitus c. a. *E* Q. iste celeres concitus c. a. *A* Hospes quis iste concitos c. a. *Gron.* || 973 Quid *EME* Quos *A* || externos times *E* externos metus *ME* ext. fugis *A* || 975 horesta *ψ ubique.* || STROPHIVS · ELECTRA · ORESTES *E PYLADES TACITI addidi* (*cf. u.* 999.) STROPHILVS · ELECTRA *A (at* STROPHIVS *R)* || 976 STR. *E om. A* || Strophius *E R1110* Strophilus *A* || indutus *E* inclytus *A* || 979 Ilium ϵ*A* || 982 fletus *E* luctus *A* ||

EL. per te parentis memoriam obtestor mei
per sceptra terris nota per dubios deos,
recipe hunc Oresten ac pium furtum occule.
STROPH. Etsi timendum caesus Agamemnon docet,
aggrediar et te Oresta furabor libens.
[*fidem secunda poscunt, aduersa exigunt.*]
cape hoc decorum ludicri certaminis
insigne frontis. laeua uictricem tenens
frondem uirenti protegat ramo caput
et ista donum palma pisaei Iouis
uelamen eadem praestet atque omen tibi.
Tuque o paternis adsidens frenis comes
condisce Pylade patris exemplo fidem.
uos Graecia nunc teste ueloces equi
infida cursu fugite praecipiti loca.
EL. Excessit abiit. currus effreno impetu
effugit aciem. tuta iam opperiar meos
hostes et ultro uulneri opponam caput.
Adest cruenta coniugis uictrix sui
et signa caedis ueste maculata gerit.
manus recenti sanguine etiamnunc madent
uultusque prae se scelera truculenti ferunt.
concedam ad aras. patere me uittis tuis
Cassandra iungi paria metuentem tibi.

CLYTEMESTRA. ELECTRA. AEGISTHVS.
CASSANDRA.

Hostis parentis inpium atque audax caput
quo more coetus publicos uirgo petis?
EL. adulterorum uirgo deserui domum.

---

990 quid sit *E* caesus *A* || 992 secundam *E* *corr.* E^{3} secunda *A* Poscunt f. s. at a. e. *α* *deleui* || 996 donum *EME Noricus Gronouii* demum *A* || 1002 habiit *E* || 1007 etiamnunc *Eψ* etiamnum *α* ||

CLYT. Quis esse credat uirginem?
EL. gnatam tuam.
CLYT. modestius cum matre.
EL. pietatem doces.
CLYT. Animos uiriles corde tumefacto geris,
sed agere domita feminam disces malo.
EL. nisi forte fallor feminas ferrum decet.
CLYT. Et esse demens te parem nobis putas?
EL. uobis? quis iste est alter Agamemnon tuus?
ut uidua loquere, uir caret uita tuus.
CLYT. Indomita posthac uirginis uerba inpiae
regina frangam. citius interea mihi
edissere, ubi sit gnatus, ubi frater tuus. F. CXVIII
EL. Extra Mycenas.
CLYT. redde nunc gnatum mihi.
EL. et tu parentem redde.
CLYT. quo latitat loco?
EL. Tuto quietus regna non metuens noua.
dixi, parenti satis.
Clyt. at iratae parum.
morieris hodie.
EL. dummodo hac moriar manu.
Recedo ab aris. siue te iugulo iuuat
mersisse ferrum, praebeo iugulum tibi,
seu more pecudum colla resecari placet,
intenta ceruix uulnus expectat tuum.
scelus paratum est. caede respersam uiri
atque obsoletam sanguine hoc dextram ablue.

1015 Pietatem *EA* Eia tandem *ψ* || 1017 semitam *E* feminam *A* || 1018 Nisi *E* Ni *A* || 1020 Vobis *EM̄E* Nobis *A* || *u.* 1021 *abest M̄E Ortel., post* 1023 (Regina — mihi) *positus A*, *recte conlocant E Mog. g* || Vt *Eψ* Tu *A* || 1022 posthac *E* post haec *A* || 1023 citius *EA* mitius *ψ* || EL. Interea mihi | *A* EL. *om. Eψ* || 1025 Extra *E* Exiit || 1027 noua) a *deterso E* || 1028 CLY. Dixi parenti satis atiratae (auratae *t. Gron.*) parum *E* CLY. *om. A* Iustae p. s. at iratae p. *A CLYT.* At iratae *Bo.* || 1031 tibi *E* uolens *A* || 1034 paratum est *E G Mog.* peractum est *A* || 1035 obsoletam *εA* absoletam *ψ* ||

CLYT. Consors pericli pariter ac regni mei
Aegisthe gradere. gnata genetricem inpie
probris lacessit, occulit fratrem abditum.
AEG. furibunda uirgo uocis infandae sonum
et aure uerba indigna materna opprime. 1040
EL. Etiam monebit sceleris infandi artifex
per scelera natus nomen ambiguum suis
idem sororis gnatus et patris nepos?
CLYT. Aegisthe cessas inpium ferro caput
demetere? fratrem reddat aut animam statim. 1045
EL. Concede mortem. 1052
AEG. si recusares darem.
rudis est tyrannus morte qui poenam exigit.
EL. mortem aliquid ultra est?
AEG. uita, si cupias mori.
Abripite famuli monstrum et auectam procul 1055
ultra Mycenas ultimo in regni angulo
uincite saeptam nocte tenebrosi specus,
ut inquietam uirginem carcer domet. 1058
Abstrusa caeco carcere et saxo exigat 1046
aeuum et per omnes torta poenarum modos.
referre quem nunc occulit forsan uolet
inops egens inclusa paedore obruta.
uidua ante thalamos exul inuisa omnibus 1050
aethere negato sero succumbet malis. 1051
CLYT. At ista poenas capite persoluet suo 1059
captiua coniunx regii paelex tori. 1060
trahite, ut sequatur coniugem ereptum mihi.
CAS. Ne trahite. uestros ipsa praecedam gradus.

1037 gradere *E R IIPal.* gaudes *A* || gnatam *E* || 1038 occulit fratrem abditum *E* abd. fr. occ. *A* || 1042 natus *Eψ* nactus *A* || *uu.* 1046—1051 *post u.* 1058 *traieci auctore Delrio.* || 1052^b AEG. ε *ψ? IPal.* CLY. *A* || 1054 Morte *E ed. Basil.* Mortem *A* || 1054^b AEG. ε *g? IPal.* CLY. *A* || 1055 CLY. ε *g? om. A* || Abripite εψ Arripite *A* || 1056 mecenas *E* || 1046 AEG. ε *g? IPal. om. A* || 1047 et per *E* et *om. A* || 1048 forsam *E* || 1049 obsita *A* obruta *E* || 1059 CLY. *E* a *E* ista *A* || persoluet *Eψ* persoluat *A* ||

perferre prima nuntium Phrygibus meis
propero repletum ratibus euersis mare
captas Mycenas mille ductorem ducum,
ut paria fata troicis lueret malis,
perisse dono feminae stupro dolo.
Nihil moramur, rapite. quin grates ago.
tantum iuuat uixisse post Troiam, iuuat.
LCYT. furiosa morere.
CAS. ueniet et uobis furor.

1066 lueret *EME* tulerit *A* || 1069 Tantum *E* Iam iam *A* || 1070 Furiosa *E* Furibunda *A* || MARCI · LVCII · ANNEI · SENECAE · | AGAMEMNON · EXPLICIT · INCIPIT | THYESTES · *E* || Explicit Agamenonia Tragedia octaua feliciter die VIIII° | Iullij 1391. dum do' Ioh'es aucuth cum gentibȝ lige ꝛc̄ nupīe | se paduaȝ transtulisset cum maxima iumetoruȝ preda. | Marci Lucij Anei Senece Octauia Tragedia nona Incipit. *R* ||

INCERTI

HERCVLES [OETAEVS]

PERSONAE

I HERCVLES
II IOLE
DEIANIRA
III NVTRIX
ALCMENA
IIII HYLLVS
NVNTIVS
PHILOCTETES } TACITI
LICHAS }

CHORVS I OECHALIARVM VIRGINVM
CHORVS II AETOLARVM MVLIERVM

SCAENA I AD OECHALIAM
II TRACHINE ATQVE IN OETA MONTE

1 HERCVLES.

Sator deorum cuius excussum manu
utraeque Phoebi sentiunt fulmen domus,
secure regna. protuli pacem tibi.
quacumque Nereus porrigi terras uetat
non est tonandum. perfidi reges iacent
saeui tyranni. fregimus quicquid fuit
tibi fulminandum. sed mihi caelum parens
adhuc negatur? parui certe Ioue
ubique dignus teque testata est meum
patrem nouerca. quid tamen nectis moras?
numquid timemur? numquid inpositum sibi
non poterit Atlas ferre cum caelo Herculem?
2 quid astra genitor quid negas? mors me tibi
certe remisit, omne concessit malum
quod terra genuit pontus aer inferi.
nullus per urbes errat ar*golic*as leo,
Stymphalis icta est, Maenali nulla est fera,

HERCVLES *E V Voss.* Mors Herculis *(?) cod. lugduno-batauus n. 373* HERCVLES OETAEVS *A*

INCIP̄ HERCVLES *E* Incipit quae dicitur Hercules *(et hoc rubrica) Voss.* || 1 excelsum *ψ* || 14 concessit *ϵMÆ IPal. R13* concesset *IPal.* cum cessit *E g* cum cesset *A* cum esset *ψ* cessat (*om.* cum *uel* con) *R* || 15 Quodcumque terra *ψ* || 16 arcadias *EA* argolicas *1Gron.* ||

inuasit omnis ecce iam caelum fera
meque antecessit. uictor e terris meos
specto labores. astra portentis prius
ferisque Iuno tribuit, ut caelum mihi
faceret timendum. sparserit mundum licet
caelumque terris peius ac leuius Stygе
irata faciat, dabitur Alcidae locus.
si post feras post bella post stygium canem
nondum astra merui: siculus hesperium latus
tangat Pelorus, [*una iam tellus erit.*
illinc fugabo] maria si iungi iubes,
conmittat undas Isthmos et iuncto salo
noua ferantur atticae puppes uia.
mutetur orbis, uallibus currat nouis
Hister nouasque Tanais accipiat uias.
da da tuendos Iuppiter saltem deos.
illa licebit fulmen a parte auferas
ego quam tuebor. siue glacialem polum
seu me tueri feruidam partem iubes,
hac esse superos parte securos puta.
cirrhaea Paean templa et aetheriam domum
serpente caeso meruit. *a* quotiens iacet
Python in hydra. Bacchus et Perseus deis
iam se intulere, sed quota est mundi plaga
oriens subactus aut quota est Gorgon fera.
quis astra natus laudibus meruit suis
ex te et nouerca? quem tuli mundum peto.
sed tu comes laboris herculei Licha
perfer triumphos Euryti uictos lares
stratumque regnum. uos pecus rapite ocius

---

76 Faceret *ER* Laceret *Voss.* faciat *A* || 77 peius ac leuius *E* peius ac peius *A* || 80 Haud (*om.* dum?) *E* Nondum *A* || 81 una iam t. *EΛEψ* una si t. *R13* et una iam t. *R10* et una sic t. *Ortel.* ut una iam *α* || erit *EΛEψ* erat *α* || *haec uerba* Una iam tellus erit. Illinc fugabo *deleui.* || 93 O quotiens *E* at q. *A* a *scripsi.* || 99 Lyca *A* || 100 Perfer *E Voss.* *ψ* Praefer *α* || labores *E* ||

qua *petr*a pollens ar*ce* cenaei Iouis
austro timendum spectat euboicum mare.

CHORVS.

a Par ille est superis cui pariter dies F. CXXXVIII
et fortuna fuit. mortis habet uices
lente cum trahitur uita gementibus.
quisquis sub pedibus fata rapacia
et puppem posuit fluminis ultimi,
non captiua dabit bracchia uinculis
nec pompae ueniet nobile ferculum.
[*numquam est ille miser cui facile est mori.*]

a′ Illum si medio decipiat ratis
ponto, cum borean expulit africus
aut eurus zephyrum: qu*ae* mare diuidunt
non puppis lacerae fragmina conligit,
ut litus medio speret in aequore.
uitam qui poterit reddere protinus,
solus non poterit naufragium pati.

b⁰ Nos turpis macies et lacrimae tenent
et crinis patrio puluere sordidus.
nos non flamma rapax, non fragor obruit
[*felices sequeris mors, miseros fugis.*]
. . . .
. . . .

102 templa ω (tela *R*) || pollens *E* tollens *A* || ara ω acra *Scaliger* acta *Rutgersius* area *Schultingius* ora *Bo.* *scripsi* qua petra pollens arce c. I. *conl. Herc. II 783 Ag. 562 Oed. fr. 67* || 103 Austro *E Voss. ME* ψ Astro *A* || CHORVS *EA* || 108 fluminis *ER* luminis ψ liminis *A* || *u.* 111 *deleui* || 113 borean ε*A* boream ψ || 114 eurus *in ras.* E^2 || cum *EA* qui *Bo.* quae *scripsi.* || 116 Ut *EA* AVt *g* Aut *Bo.* || modio *E* medio *A* || speret *EA* sperat *Mog. Bo.* || 118 non poterit naufragium pati *E* naufr. non pot. pati *A* || *u.* 122 *deleto lacunam aliquot uersuum statui. proodum aut stropharum bb′ aut cc′ uu.* 119 *sqq. contineri sententia docet.* ||

b Stamus. nunc patri*u*s messibus heu locus
et siluis dabitur lapsaque sordidae
fient templa casae. iam gelidus Dolops
hac ducet pecudes qua tepet obrutus
stratae qui superest Oechaliae cinis.

b′ Illo thessalicus pastor in oppido
indocta referens carmina fistula
cantu nostra canet tempora flebili
et dum pauca deus saecula contrahet,
quaeretur, patriae quis fuerit locus.

c Felix incolui non steriles focos
nec ieiuna soli iugera thessali.
ad Trachina uocor saxa rigentia
et dumeta iugis horrida torridis
[*uix gratum pecori montiuago nemus.*]

c′ At si quas melior sors famulas uocat,
illas aut uolucer transferet Inachus
aut dircaea colent moenia, qua fugit
Ismenos tenui flumine languidus.
[*hic mater tumidi nupserat Herculis.*]

c Quae cautes Scythiae, quis genuit lapis?
num Titana ferum te Rhodope tulit,
te praeruptus Athos, te fera Caspias
quae uirgata tibi praebuit ubera?

---

123 nec ϵ*A* nunc *ψ* || patriis messibus *E* patriae moenibus *A* patrius *Swoboda* || heu ϵ*A* hic *Bo.* || *fort.* focus *scribendum.* || 124 Et *EA* At *Scaliger.* || 126 patet *E* tepet *A* | 127 superest≡echaliae *E* Oecaliae *A* etholie *ψ* || 131 contrahet *R* contrahit *A* || 133 focos *E* locos *A* || 135 Adtrochina *E* Ad Trachyna *A* cartina *ψ* || 137 *deleui* || 139 transfert *ψ* || 140 fugit *A*ϵ fluit ϵ*MEψ* || 140 colent ϵ*A* colunt *ψ* || 141 Ismenon *E* Hismenon *R13* Ismenos *A* || 142 *deleui* At m. t. hic n. H. *Swoboda.* || 144 ferum≡terhodope *(literae* ter *in ras. m. pr.) E* ferum *quidam Pall.* al' ferum *R* Rh. *A* || 145 caspias *E* Caspia *A* caseta *ψ* ||

c′ Falsa est de geminis fabula noctibus,
aether cum tenuit sidera longius,
conmisitque uices lucifer hespero
et solem uetuit Delia tardior.

d Nullis uulneribus peruia membra sunt.
ferrum sentit hebes, lentior est chalybs.
in nudo gladius corpore frangitur
et saxum resilit fataque neglegit
et m*a*rtem indomito *pect*ore prouocat.

e Non illum poterant figere cuspides,
non arcus scythica tensus harundine,
non quae tela gerit Sarmata frigidus
aut qui soliferae suppositus plagae
uicino *Batan*ae uulnera dirigit
Parthus gnosiacis certior ictibus.

d′ Muros Oechaliae corpore propulit.
nil obstare ualet. uincere quod parat
iam uictum est. quota pars uulnere concidit?
pro fato patuit uultus iniquior
et uidisse sat est herculeas minas.

e′ Qui uastus Briareus, qui tumidus Gy*as*
supra thessalicum constitit aggerem

---

148 contenuit *uel* continuit *ψ* || 150 solem *E R* (m *in ras.*) *Cruser.* soles *A* || 151 membra *EMͤ* monstra *A* || 152 sentit *EMͤ* sensit *A* || 155 mortem *ω* martem *scripsi* || corpore *ω* pectore *LMueller* || 160 uicino) *ultima uocis litera quae uidetur* o *fuisse lineolis deleta supra scriptum* o *m. tertia E* uicino *A* uicinus *ψ* || nabatae *E* Nabathae *A* Batanae *ex Stephano Byz. reposui.* || 162 oecaliae *E* Oechaliae *A* etholie *ψ* || 165 patuit *E Mog. R13* potuit *AMͤ* || 166 uidisse ϵ *MͤE* uicisse *A* || herculeas minas ϵ *MͤE R* Herculeis minis *A* || 167 Quis ... quis *E* Qui ... qui *A* || gigans *E* gigas *ψ* Gyges *α* Gyas *Delrio* || 168 Subter thessalicum stetit (stitit *t. Gron.*) aggerem *E* Supra Thessalicos constitit aggeres *A* quum stetit *Gron.* ||

caeloque inser*ui*t uipereas manus,
hoc uultu riguit? commoda cladibus F. CXXXVIIII
magnis magna patent. nil superest mali.
iratum miserae uidimus Herculem.

IOLE.

a At ego infelix non templa suis
conlapsa deis sparsosue focos,
natis mixtos arsisse patres
hominique deos templa sepulcris,
nullum querimur commune malum.
alio nostras fortuna uocat
lacrimas, alias flere ruinas
mea fata iubent.
quae prima querar? quae summa gemam?
pariter cunct*os* | deflere iuuat F. CLVIIII b
nec plura dedit pectora tellus,
ut digna sonent uerbera fatis.

a′ Me uel sipylum flebile saxum
fingite superi
uel in Eridani ponite ripis,
ubi maesta sonat
phaethontiadum silua sororum.
me uel siculis addite saxis,
ubi fata gemam thessala Siren

---

169 Caeloque *E* Celo ut *ψ* Vt caelo *α* || insereret *ω* inseruit *Gron.* || minas *E* manus *A* || 172 miseri *E* miserae *A* || IOLE *EA* Iole Chorus *R13* || 180 Mea *ω* Me *Raphelengius* || 182 cuncta *A om. E scripsi* cunctos || 182b—228 *suo loco omissi continentur folio minore a quaternione alieno quod est intermissum inter fol. CLVIIII et CLX E* || 184 satis *E* (fatis *t. Gron.*) planctu *A* || 185 siphum *E* (Sipylum *t. Gron.*) Sipyli *A* sisiphi *ψ* || 186 fingite *EMЕ* figit e *R* figite *Delrio* figat *A* || 189 phoetontia dum *E* phet. *ψ corr. α* || silua *E* turba *A* || 191 gemam *E* gemit *A* || sirenę *E* ||

uel in edonas tollite siluas
qualis natum daulias ales
solet ismaria flere sub umbra.
formam lacrimis aptate meis
resonetque malis aspera Trachin.

a″ Cyprias lacrimas Myrrha tuetur,
raptum coniunx Ceyca gemit,
sibi Tantalis est facta superstes,
fugit uultus Philomela suos
natumque sonat flebilis Atthis.
cur mea nondum
capiunt uolucres bracchia plumas?
felix felix
cum silua domus nostra feretur
patrioque sedens ales in agro
referam querulo murmure casus
uolucremque Iolen fama loquetur.

b Vidi uidi
miseranda mei fata parentis,
cum letifero stipite pulsus
tota iacuit sparsus in aula.
pro si tumulum fata dedissent,
quotiens genitor quaerendus eras.

b′ Potuine tuam spectare necem
nondum teneras uestite genas

---

192 edonias *EA* edonas *E t. Gron.* || ponite *E* tollite *A* || 193 daulias *EA* daunias *ψ* || 197 Cypria *E* Cyprias *A* || myrtha *E* || 200 fylomela *E* philomena *ψ corr. α* || 201 atthis *E* Itym *A* || 206 sed^{n}es *E* || 207 casus *EME* questus *A* || 208 fama *E* ʻ*in meo*ʼ *Lipsius (quod de Orteliano quo etiam Raphelengius est usus, non de ME intellegendum)* turba *A* || 210 fama *E* fata *A* || 211 laetifero *E* letifero *A* luctifero *R* || 213 Pro *om. E* ||

necdum forti sanguine Toxeu?
quid uestra queror fata parentes
quos in tutum mors aequa tulit?
mea me lacrimas fortuna rogat.

c Iamiam dominae captiua colus
fusosque legam. pro saeue decor
formaque mortem paritura mihi,
tibi cuncta domus concidit uni,
dum me genitor negat Alcidae
atque herculeus socer esse timet.
sed iam dominae tecta petantur.

CHORVS.

c′ Quid regna tui clara parentis
proauosque tuos respicis amens F. CXXXVIIII u. 14
fugiat uultus fortuna prior.
felix quisquis nouit famulum
regemque pati
[*uultusque suos uariare potest*]
rapuit uires pondusque malis
casus animo qui tulit aequo.

---

217 forti *E* fortis *A* || toxtum *E* Thoxeu *A* toxeu *ψ* thoseu *R* texeu *g* theseu *G Mog.* || 218 queror *E* querar *A* || 220 *om. R 1013* || 221 colus *E* colos *A* || 222 saeue *E Colon. IPal.* scaeue *Æ* saepe *A* || decor *EÆ* dolor *A* || 224 concipit *E* concidit *A* contigit *ψ* || CHORVS *A om. E* || 228 CH. *E om. A* || 229 Casusque *E* Proauosque *A* || 231 Felix *E IPal. g?* Patiens *A* Sapiens *DHs.* || *Bis h. u. exhibet Mog. sic:* Felix q. n. f. r. pati Vultusque s. u. p. Patiens q. n. f. r. pati Pepulit *et q. s.* || 233 Vultusque suos uariare potest *E R g? Basil. mg. Fabricii liber Mog. IIPal. t. Grut. totus uersus abest A deleui.* || 234 rapuit uires *ER* pepulit uires *ψ* uires pepulit *α* || mali *EA* malo *Gron.* malis *Bo.* || *post* mali *add.* nec seruit inops *scripti Lugdunenses Delrii.* ||

NVTRIX. DEIANIRA. *LICHAS TACITVS.*

O quam cruentus feminas stimulat furor,
cum patuit una paelici et nuptae domus.
Scylla et Charybdis sicula contorquens freta
minus est timenda, nulla non melior fera est.
namque ut reluxit paelicis captae decus
et fulsit Iole qualis innubis dies
purisue clarum noctibus sidus micat:
stetit furenti similis ac toruum intuens
herculea coniunx, feta ut armenia iacens
sub rupe tigris hoste conspecto exilit
aut iussa thyrsum quatere conceptum *fu*rens
maenas Lyaeum dubia quo gressus ferat.
haesit parumper, tum per herculeos lares
attonita fertur, tota uix satis est domus,
incurrit errat sistit. in uoltus dolor
processit omnis, pectori paene intimo
nihil est relictum. fletus insequitur minas
nec unus habitus durat aut uno furit
contenta uoltu: nunc inardescunt genae,
pallor ruborem pellit et formas dolor
errat per omnes: queritur inplorat gemit.
sonuere postes: ecce praecipiti gradu
secreta mentis ore confuso exerit.
DEIAN. quamcumque partem sedis aetheriae premis
coniunx tonantis, mitte in Alciden feram
quae mihi satis sit. si qua fecundum caput
palude tota uastior serpens mouet,

NVTRIX · DEIANIRA *EA LICHAE nomen addidi cum edd.* || 236 NVT. *E* Nutrix *R om. A* || furor *E* dolor *A* || 240 decus *ω* decor *NHs. conl. u.* 222 || 241 in nubes *E* || 242 Purisue clarum *EM* Purumue claris *A* || 244 fera *Rg* || armenia *EM Lugd. mg. Ascensius* armento *A* || 246 ferens *ω* furens *scripsi.* || 247 ferat *E* agat *A* || 249 Attonita fertur *E* Lymphata rapitur *A* || 252 minas *E* genas *A* || 258 exferit *E* || 259 Quamcūque *Eψ* Quacunque *A* ||

ignara uinci, si quid excessit feras
inmane dirum horribile quo uiso Hercules
auertat oculos: h*u*c specu inmenso exeat.
uel si ferae negantur: hanc animam precor
conuerte in ali*u*d. quodlibet possum malum
hac mente fieri. conmoda effigiem mihi
parem dolori: non capit pectus minas.
quid excutis telluris extremae sinus
orbemque uersas? quid rogas Ditem mala?
omnes in isto pectore inuenies feras
quas timuit: odiis accipe hoc telum tuis:
*age d*um nouerca perdere Alciden potes:
profer manus quocumque. quid cessas dea?
utere furente. quod iubes fieri nefas?
reperi. quid haeres? ipsa iam cesses licet,
haec ira satis est.
NVTR. pectoris sani parum
alumna questus conprime et flammas doma.
frena dolorem. coniugem ostende Herculis. F. CXXXX
DEIAN. Iole meis captiua germanos dabit
natis Iouisque fiet ex famula nurus?
num flamma cursus pariter et torrens feret
et ursa pontum sicca caeruleum bibet?
non ibo inulta. gesseris caelum licet
totusque pacem debeat mundus tibi:
est aliquid hydra potius iratae dolor
nuptae. quis ignis tantus in caelum furit
ardentis Aetnae? quicquid est uictum tibi

---

264 quod *E* quo *A* || Herculis *E*[1] *corr. E*[1] || 265 hoc *ω* huc *NHs.* || specu *EA* sinu *ψ* || 267 aliquod *EA* aliquid *ψ* aliud *NHs.* || possum *ω* possit *α* || 272 inuenies *E Delriani* inuenias *A* || 273 timuit *E* timeat *A* || 274 Ego sum *ω* Aequum *NHs.* Agedum *scripsi.* || 275 Perfer *EA* Profer *Basil. mg.* Fer fer *uel* Offer *NHs.* || 276 fieri *ω* fiet *A* || 277 Reperi *EA* Peperi *ψ* || 278 fati est *E* satis est *A* || 281 Iole *EA* Illi *ψ* || 282 ex *EA in ind. err.* || 283 Num *ϵR Pall. omnes* Non *A* || feret *EA* ferent *Pall. ut uidetur.* || 286 michi *E* tibi *A* || 287 potius *ϵψ* peius *A* || 289 q. in-[illegible] *IIPal.* q. inuictum est tibi *Scaliger* ||

hic uincet animus. capta praeripiet toros?
adhuc timebam monstra, iam nullum est malum.
cessere pestes, in locum uenit ferae
inuisa paelex. summe pro rector deum
et clare Titan Herculis tantum fui
coniunx timentis. uota quae superis tuli,
cessere captae, paelici felix fui.
illi meas audistis o superi preces.
incolumis illi remeat. o nulla dolor
contente poena quaere supplicia horrida
incogitata infanda. Iunonem doce
quid odia ualeant: nescit irasci satis.
pro me gerebas bella, propter me uagas
Achelous undas sanguine infecit suo,
cum lenta serpens fieret, in taurum trucem
nunc flecteret serpente deposita minas,
ut mille in hoste uinceres uno feras.
iam displicemus, capta praelata est mihi.
non praeferetur: qui dies thalami ultimus
nostri est futurus, hic erit uitae tuae.
quid hoc? recedit animus et ponit minas,
iam cess*at* ira. quid miser langues dolor?
perdis furorem, coniugis tacitae fidem
mihi reddis iterum. quid uetas flammas ali?
quid frangis ignes? hunc mihi serua impetum. —
pares eramus, non erat uotis opus.
aderit nouerca quae manus nostras regat
nec inuocata.
NVTR. quod paras demens scelus?
perimes maritum cuius extremus dies
primusque laudes nouit et caelo tenus
erecta terras fama suppositas habet?

---

293 protector ω proh rector *Lipsius.* || 306 Et ω Vt *scripsi.* || 308 perferetur *Bo.* || 310 recedit ω resedit *Wuestemannus* || 311 cessit ϵ*A* cecidit *uel* cessat *Iortinus* || 312 tacitae *E* sanctae *A* || 315 patres *E* pares *A* || erimus *E R1011* eramus *A* || erit ϵ*A* erat *R Bo.* ||

rogos in istos terra consurget parens
domusque soceri prima et aetolum genus
sternetur omne, saxa iam dudum ac faces
in te ferentur, uindicem tellus suum
defendet omnis. una quot poenas dabis?
effugere terras crede et humanum genus
te posse, fulmen genitor Alcidae gerit.
iam iam minaces ire per caelum faces
specta et tonantem fulmine excusso diem.
mortem quoque ipsam quam putas tutam time:
dominatur illic patruus Alcidae tui.
quocumque perges misera cognatos deos
ill*i* uidebis.
DEIAN. maximum fieri scelus
et ipsa fateor, sed dolor fieri iubet.
NVTR. moriere.
DEIAN. moriar Herculis nempe incluti
coniunx nec ullus nocte discussa dies
uiduam notabit nec meos paelex toros
captiua capiet. ante ab occasu dies
nascetur, Indos ante glacialis polus
Scythasue tepida Phoebus inficiet rota
quam me relictam thessalae adspiciant nurus.
meo iugales sanguine extinguam faces.
aut pereat aut me perimat. elisis feris F. CXXXXI
et coniugem addat. inter herculeos licet
me quoque labores numeret: Alcidae toros

---

321 Angor inistos *E* Rogos in istos *A* || larés *E* parens *A* || 323 Sternetur omne. saxa iam dudum ac faces | Inte ferentur. uindicem tellus suum | Defendet *E ÆE g 1Pal. Fabricii liber.* (saxa i. et faces *Æ?* saeua iam dudum faces *Fabricianus*) Sternetur omne . nam tuum gens Herculem | Defendit *A* (nam dudum genus Herculem *G*) || 325 Defendet є *Fabricianus Mog. Pall.* Defendit *Ag* || 329 Specto *NHs.* || 333 Illic ω Illi *Gron.* || 335 NVN. *E* || nempe *om. E* || 339 indos *E* Indis *A* || glatialis polus *EÆ* (glacialis) glacialem polum *A* || 340 inficiet *E* afficiet *A* || 341 inspiciant *E* [illegible] *A* ||

moritura certe corpore amplectar meo.
ire ire ad umbras Herculis nuptam libet
sed non inultam. si quid e nostro Hercule
concepit Iole: manibus auellam meis
ante et per ipsas paelicem inuadam faces.
me nuptiali uictimam feriat die
infestus, Iolen dum supra exanimem ruam.
felix iacet, quicumque, quos odit, premit.
NVTR. quid ipsa flammas pascis et uastum foues
ultro dolorem misera? quid cassum times?
dilexit Iolen nempe, cum staret parens
regisque natam peteret. *en* famulae *in* locum
regina cecidit: perdidit uires amor
ulcusque ab illo traxit infelix statu.
inlicita amantur, excidit quicquid licet.
DEIAN. fortuna amorem peior inflammat magis.
amat uel ipsum, quod caret patrio lare,
quod nudus auro crinis et gemma iacet,
ipsas misericors forsan aerumnas amat.
NVTR. hoc usitatum est Herculi, captas amat.
dilecta Priami nempe dardanii soror
concessa famula est. adice quot nuptas prius
quot uirgines dilexit: errauit uagus.
arcadia nempe uirgo palladios choros

---

347 herculis *E* Herculi *AME* || nuptam (nubtam *t. Gron.*) *E Basil. mg.* iunctam *ψ* uictam *A* || 348 e nostro *εg?* ex nostro *A* || 349 auellam *E 'alii' t. Commelino.* euellam *A* || 355 casum *ω* cassum *edd. Venetae et Herbip. Lipsius.* || 356 cum staret parens *E* dum starent lares *A* || 357 in famulae *A* enim fam. *E* en famulae in locum *scripsi.* || 359 Vulcumque *uel* Vultumque *E g* || ab illo *ω* || status *εA* statu *R 10 11* || Vultumque anilem t. i. status *Gron. conl. u.* 397. Multumque ab illa carpsit i. status *NHs.* Vulnusque *uel* Vlcusque ab illo t. i. status *LMueller* Cultumque ab illa t. i. status *ego antea et GR.* Vlcusque ab illo t. i. statu *scripsi.* || 362 ipsum *ε g? ME* ipsam *A* || 365 *om. sed in mg. adscr. m. sec. uel tertia. E* || 366 priami *εRA* priamo *uel* primo *ψ* || dardani *E* || 367 famula *Eψ* famulo *A* ||

dum nectit Auge, uim stupri passa excidit
nullamque amoris retinet herculei notam.
referam quid alias? nempe Thespiades uacant
breuique in illas arsit Alcides face.
hospes Timoli lydiam fouit nurum
et amore captus ad leues sedit colos
u*d*um feroci stamen intorquens manu.
nempe illa ceruix spolia deposuit ferae
crinemque mitra pressit et famulus stetit
hirtam sabaea marcidus myrrha comam.
ubique caluit, sed leui caluit face,
haerere amantes post uagos ignes solent.
famulamne et hostis praeferet natam tibi?
DEIAN. ut alta siluas forma uernantes habet
quas nemore nudo primus inuestit tepor,
at cum solutos expulit boreas notos
et saeua totas bruma decussit comas,
deforme solis adspicis truncis nemus:
sic nostra longum forma percurrens iter
deperdit aliquid semper et fulget minus
nec illa uenus est. quicquid in nobis fuit
olim petitum cecidit et partu labat
materque multum rapuit ex illo mihi,
aetas citato senior *inru*pit gradu.
uides ut altum famula non perdat decus?
cessere *c*ultus penitus et paedor sedet,
tamen per ipsas fulget aerumnas decor

---

371 herculis *E* Herculei *A* || 372 nempe thespides uacant *E* mene Thespiades uocant *A* || 373 in illis *NHs.* || 375 Meroque *NHs. conl. u.* 575 || 376 Colum feroci *E* Vnum f. *A* Vdum f. *GCanter* || 377 Nemeaea ceruix *NHs.* || 381 NVT. Haerere *(puncta m. sec. uel tert.) E uersus* Deianirae *est A* Nutrici *dedit Lipsius.* || 382 Nutricis *nota praefixa A om. E* || Famulam nec et h. *E* || galatam *E* || 383 alia *NHs.* || habet *E* alit *A* || 385 expulit *εA* extulit *R VPall.* excutit *R 10* || 387 solis *E ME ψ* foliis *α* || aspicit *E* aspicis *A* || 390 Nec illa uenus est *E* Malisque minus est *A* || 391 pariter *E* partu *A* || 393 Metas *E* Aetas *A* || eripuit *ω* (senio erripuit *R*) irrupit *NHs.* || 395 uultus *εA* cultus *DHs.* ||

nihilque ab illa casus et fatum graue
nisi regna traxit. hic meum pectus timor
altrix lacessit, hic rapit somnos pauor.
praeclara totis gentibus coniunx eram
thalamosque nostros inuido uoto nurus
optabat omnis: [*quaeue mens quicquam deos*
orabat ullos. nuribus argolicis fuit
mensura uoti.] quem Ioui socerum parem
altrix habebo? quis sub hoc mundo mihi
dabitur maritus? ipse qui Alcidae imperat
facibus suis me iungat Eurystheus licet,
minus est toris cr*e*uisse regnantis, leue est,
alte illa cecidit quae uiro caret Hercule. F. CXXXXII
NVTR. conciliat animos coniugum partus fere.
DEIAN. sic ipse forsan diuidet partus toros.
NVTR. famula illa trahitur interim donum tibi.
DEIAN. hunc quem per urbes ire praeclarum uides
et uiua tergo spolia gestantem ferae,
qui regna miseris donat et celsis rapit
uasta grauatus horridam claua manum,
cuius triumphos ultimi Seres canunt
et quisquis alius orbe conpos*i*to iacet:

---

398 hic *E* hinc *A* || 399 hic *E* hinc *A* || 401 uoto *E* fato *A* || 402 obtabat *E* || quȩue mens *E ME g IPal. IDelrianus Mog.* (quȩ mens) *R 10 mg.* (al'q̄ ne meus) quae tumens *Gron.* quo nimis *A* quae nimis *ψ* || quicquam *uel* quidquam *E ME g Mog. R 10 mg.* quisquam *idem Pal.* quisqȝ *R IIPall.* quisquis *A* || 403 fuit *E g* fui *A* || 402^b 403 404^a *expunxi.* || 404 M. uoti iuno. quem socerum parem *E* M. uoti. quem Ioui socerum parem *A* || 405 qui *E* quis *A* || 408 toris *EME* toros *A* || caruisse *EME* meruisse *A* creuisse *scripsi.* || regnante *E* regnantem *ME* regnantis *A* || 409 Altȩ iam c. *E* Alte illa c. *A* || *desunt in E qui secuntur XXXIII uersus a u.* 410 *usque ad* 442 defic̄ h' ml'tum *mg.* E^3 || 410 coniugium *R* || 412 illa *om. R* do/num *R* domum *g* || 413 Hic *A* Hunc *Voss. et IV alii t. Gron. G? g?* || 414 uiua *A* fulua *NHs.* uicta *Gron.* rigida *ego* opima *GR.* || 418 consepto *A* concepto *ψ* consumpto *Grotius et NHs.* || confecto (*uel* orbis incertus) *Gron.* conposito (*uel* conposto) *scripsi.* ||

leuis est nec illum gloriae stimulat decor.
errat per orbem, non ut aequetur Ioui
nec ut per urbes magnus argolicas eat,
quod amet requirit, uirginum thalamos petit.
si qua est negata rapitur, in populos furit,
nuptas ruinis quaerit et uitium inpotens
uirtus uocatur. cecidit Oechalia inclita
unusque Titan uidit atque unus dies
stantem et cadentem. causa bellandi est amor.
totiens timebit, Herculi natam parens
quotiens negabit: hostis est qu*isquis* socer
fieri recusat, si gener non est, furit.
post haec quid istas innocens seruo manus,
donec furentem simulet ac saeua manu
intendat arcus meque natumque opprimat?
sic coniuges expellit Alcides suas,
haec sunt repudia. nec potest fieri nocens:
terris uideri sceleribus causam suis
fecit nouercam. quid stupes segnis furor?
scelus occupandum est. per*a*ge, dum feruet manus.
NVTR. perimes maritum?
DEIAN. paelicis certe meae.
NVTR. at Ioue creatum.
DEIAN. nempe et Alcmena satum.
NVTR. ferrone?
DEIAN. ferro.
NVTR. si nequis?
DEIAN. perimam dolo.
NVTR. quis iste furor est?
DEIAN. quem meus coniunx docet.

419 *post* 420 *transp. NHs.* Vilis nec illum *NHs.* || 423 Si qua est neg. ω || capitur *A Pall. uetustiores R 10 11 G g* rapitur *A ind. err.* (*α?*) et in p. f. *R* || 425 etholia ψ || 429 quotiens socer ω quisquis socer *NHs. coni. Herc. I u. 1174* || 430 non fit furit *NHs.* furit *A R g? Mog.* ferit ψ fecit *Pall. uetustiores.* || 432 stimulet α (*typographi sphalma*) *mg. Bas.* || 438 perge ω perage *scripsi.* || 440 nempe alc. (*om.* et) *R* ||

NVTR. Quem nec nouerca potuit, hunc perimes uirum?
DEIAN. caelestis ira quos premit, miseros facit,
humana nullos.
NVTR. parce miseranda et time.
DEIAN. contempsit omnes ille qui mortem prius.
libet ire in enses.
NVTR. maior admisso tuus
alumna dolor est: culpa ius proprium exigat.
cur saeua modicis statuis? ut laesa es dole.
DEIAN. leue esse credis paelicis nuptae malum?
quicquid dolorem pascit, hoc nimium puta.
NVTR. amorne clari fugit Alcidae tibi?
DEIAN. non fugit altrix, remanet et penitus sedet
fixus medullis crede, sed magnus dolor
iratus amor est.
NVTR. artibus magicis fera
coniugia nuptae precibus admixtis ligant.
uernare iussi frigore in medio nemus
missumque fulmen stare, concussi fretum
cessante uento, turbidum explicui mare
et sicca tellus fontibus patuit nouis,
habuere motum saxa, discussi fores:
umbrae stetistis et mea iussi prece
manes loquuntur. sonuit infernus canis,
mare terra caelum et tartarus seruit mihi,
nox media solem uidit et noctem dies

443 potuit ϵ *Æ IPal. uetustior et schidae Burdegal.* peremit *α* perimit *ψ* || 445[b] 446 447[a] (NVTR. Parce — in enses) *absunt E* d'fic h[1] *E*[2] *mg.* || 448 culpa propius *E* culpa par odium *A* par pretium *Gron.* prope ius *Bo.* ius proprium *scripsi.* || exigat *EA* exigit *IPal. u. l. Delr.* || 449 modicis *EÆψ* modice *α* || laesaes *EÆ* passa es *A om. g* || 450 pelicem *Gron.* || 451 Nutrix *RG quidam Pall. om.* ϵ*A* || hoc *E* id *A* hunc *Bo.* || nimium ϵ*A* minimum *RG Villerianus* || 452 NVT. ϵ*A om. G R 10 11.* || 455 fare *E* fere *A* uaga *Gron.* fera *scripsi an* ferae? || 458 mixtumque *E* missumque *A* || flumen *E* fulmen *A* || 463 nouit *E* sonuit *A* || 464 *om. E* d'fic · 1 · v (s) *mg. E*[3] || *uu.* 464 465 *conmutauit Bo.* ||

nihilque leges ad meos cantus tenent:
flectemus illum, carmina inuenient iter.
DEIAN. quas Pontus herbas generat aut quae thessala
sub rupe Pindus alit: ubi inueniam malum
cui cedat ille? carmine in terras mago
descendat astris luna desertis licet
et bruma messes uideat et cantu fugax
stet deprehensum fulmen et uersa uice
medius coactis ferueat stellis dies:
non flectet *ill*um.
NVTR. uicit et superos amor.
DEIAN. uincetur uni forsan et spolium dabit
amorque summus fiet Alcidae labor.
sed te per omne caelitum numen precor,
per hunc timorem: quicquid arcani apparo
penitus recondas et fidem tacitam exprimas.
NVTR. quid istud est quod esse secretum petis?
DEIAN. non tela sunt non arma non ignis minax.
NVTR. praestare fateor posse me tacitam fidem,
si scelere careat: interim scelus est fides.
DEIAN. circumspice agedum, ne quis arcana *au*cupet
partemque in omnem uultus inquirens eat.
NVTR. en locus ab omni tutus arbitrio uacat.
DEIAN. est in remoto regiae sedis loco
arcana tacitus nostra defendens specus.
non ille primos accipit soles locus,
non ille seros, cum ferens Titan diem

---

466 legis *NHs.* || tenet *IPal. Scaliger* || 468 quas ϵ*A* que ψ || 469 aluit *E* aut *A* alit *scripsi.* || 470 cedat ϵ*A* cedet ψ? || 471 in astra *E* astris *A* || discedat licet *E* desertis licet *A* || 473 Stet *E ME G? Heinsianus maior* Sit *A* || aduersa *E* et uersa *A* || 474 ferueat *E ME Heinsianus maior* fulxerit *R* fugerit *A* || 475 unum ϵ*A* uirum *R g Basil. mg.* illum *GR.* || 475[b] NVT. *A om. E* || 476 DEI. *A om. E* || 480 fidem tacitam *E* fide tacita *A* || exprimas *E* premas *A* || 481 petis *E* iubes *A* || 482 minax *E* minae *A* non ignis non mine ψ || 484 Sed sc. c. *R* || 485 occupet ω aucupet *Scaliger* || 487 arbitrio *E Pall.* arbitro *A* || 488 regiae sedis ϵ*ME* sedis egregiae *A* || 489 specus ϵ*A* locus ψ ||

lassum rubenti mergit oceano diem,
illic amoris pignus herculei latet.
altrix fatebor: auctor est Nessus mali
quem grauida Nephele thessalo genuit duci,
qua trepidus astris inserit Pindus caput
ultraque nubes Othrys eductus riget.
namque ut subactus Herculis claua horridi
Achelous omnis facilis in species dari
tandem peractis omnibus patuit feris
unoque turpe subdidit cornu caput:
me coniugem dum uictor Alcides habet,
repetebat Argos. forte per campos uagus
Euenos altum gurgitem in pontum ferens
iam paene summ*u*s turbidus siluis erat.
transire Nessus uerticem solitus uadis
pretium poposcit meque iam dorso ferens,
qua iungit hominem spina deficiens equo,
frangebat ipsas fluminis tumidi minas. F. CXXXXIII
iam totus undis Nessus exierat ferox
medioque adhuc errabat Alcides uado
uasto rapacem uerticem scindens gradu.
at ille ut esse uidit Alciden procul:
'tu praeda nobis' inquit 'et coniunx eris.'
pro*u*ehitur undis: *in*que complexus *ru*ens
gressum citabat. non tenent undae Herculem:

---

492 Lassum n. m. o. diem *E* Lassam n. m. o. rotam *A* || 493 Illinc *E* Illic *A* || 494 auctor est nessus *E* Nessus est auctor *A* || 495 nefele *E* nubes *A* || 496 trepidus *EME* celsus *A* || 497 rubet *E* riget *A* || 499 spicies *E* || 501 turpe *EME* turpis *A* || 504 Euenos *E* Euenus *A* Hebenus *ψ* || g. et pontum *ME* || 505 Iam poene *E* Iam pene *A* Par paene *Gron. et NHs.* || summis *ω* summus *scripsi* || siluis *E* ripis *A* || 506 uagus *E* uagum *A* uadis *ME* || 507 tergo *R* || 510 totus *εψ* totis *A* || *an* fere? || 513 At *ER* Ast *A* || 515 Prohibetur *ω* Prouehitur *NHs.* || meque complexus *E* meque complexam *A* || ferens *EA* foris *g* m. complexus furens *GR.* m. conplexu ferens *NHs.* inque conplexus ruens *scripsi conl. Phaed. u. 713* ||

'infide uector' inquit 'inmixti licet
Ganges et Hister uallibus iunctis eant,
uincemus ambos, consequar telo fugam.'
praecessit arcus uerba. cum longum ferens
harundo uulnus tenuit haerentem fugam
mortemque fixit: ille iam quaerens diem
tab*o* fluentem uolneris dextra excipit
traditque nobis ungulae insertam suae
quam forte saeua sciderat auolsam manu.
tum uerba moriens addit. 'hoc' inquit 'magae
dixere amorem posse defigi malo,
hoc docta Mycale thessalas docuit nurus
unam inter omnis luna quam sequitur magas
astris relictis. inlitas uestes dabis
hac' inquit 'ipsa tabe, si paelex tuos
inuisa thalamos tulerit et coniunx leuis
aliam parenti dederit altisono nurum.
hoc nulla lux conspiciat, hoc tenebrae tegant
tantum remotae: sic potens uires suas
sanguis tenebit.' uerba deprendit quies
mortemque lassis inpulit membris sopor.
tu quam meis admittit arcanis fides,
perge, ut nitentem uirus in uestem datum

---

517 uictor *E* uector *A* || immixtus *Eψ* immixti *A* || 518 Ganger *E* || 519 ambos ϵ*A* ambo *Bo.* || consequar ϵ*A* consequitur *ψ* || 520 tum *ω* cum *Bo.* || *u.* 520 *om. R 10 (adscr. tamen in mg.) u.* 521 *om. G, uterque et* 520 *et* 521 *in mg. add. R* || 523 tabum fluentem *E* tabem fluentis *A* tabem fluentem *Burmannus* tabum fluentum *LMueller* tabo fluentem *scripsi (sc. harundinem)* || 524 ungulae i. suae *EÆ* ungula i. sua *A* || insertum *E t. Gron.* insertam ϵ*ÆA* infertam *g* || 526 Tunc *E* Tum *A* || 528 Mychale *A* mich. *uel* micale *ψ* Mycale ϵ *Ge.Fabricius* || docuit ϵ*Æ* monuit *A* mouit *ψ* || 529 magas *E* magam *A* || 534 conspiciat *ω* aspiciat '*o. u. l.*' *t. Delrio.* || 535 Tantum *ω* Antri *uel* Tectum *uel* Tacitum *conl. u.* 489 *uel* Tutum *NHs.* || 536 deprendit ϵ*ψ* deprehendit *A* || 537 impulit *E* intulit *A* || 539 nitentē u. in uestē datum *E* nitentes u. in uestes sa-

mentem per artus adeat et tacitu*m* *intu*mas
intret medullas.
NVTR. ocius iussa exsequar
alumna, precibus tu deum inuictum aduoca
qui certa tenera tela dimittit manu.
DEIAN. te deprecor quem mundus et superi timent
et aequor et qui fulmen aetnaeum quati*s*
timende matri te aliger saeuae puer:
intende certa spiculum uelox manu
non ex sagittis leuibus, ex umero precor
deprome graui*us* quod tuae nondum manus
misere in aliquem: non leui telo est opus,
ut amare possit Hercules. rigid*a* man*u*
intende et arcum cornibus iunctis para.
nunc nunc sagittam prome qua quondam horridum
Iouem petisti, fulmine abiecto deus
cum fronte subita tumuit et rabidum mare
taurus puellae uector assyriae scidit.
inmitte amorem. uincat exempla omnia.
amare discat coniugem. si quas decor
Ioles inussit pectori herculeo faces,
extingue totas: perbibat flammas mei.
tu fulminantem sae*u*e domuisti Iouem,
tu furua nigri sceptra gestantem poli
turbae ducem maioris et dominum Stygis:

---

540 mentemque *RG* lente *uel* sensim *NHs.* || tacitus mas *E* tacitus imas *g* *Heinsianus minor* tactus imas *ME* tactus sinus *A* tactum cicius al' sinus *R* tactu intimas *Lipsius* tacitum intumas *Gron. et NHs.* || 541 Intret ad m. *E* ad *om.* *A* || 544 Te deprecor *E* Te te precor *A* || 545 quatit *ω* quatis *Bo.* || 546 te aliger *E* teliger *A* || 548 ex s. *ω* || ex umero *E* e numero *A* || 549 Grauide prome *E* Grauiore profer *A* Deprome grauius *scripsi* || 551 rigidas manus *εA* rigida manu *NHs.* || 553 condam *E* || horridũ *E* horridus *A* || 555 subita *εA* subito *Ascensius* || tumuit (uit *in ras. pr. m.*) *Eψ* timuit *A* || rabidum *E* rapidum *A* || 556 exscidit *E* scidit *A* || 558 coniugem *E* coniuges *A* || 559 Ioles inussit *E* Immisit Ioles *A* || 560 totus *E t.* *NHs.* Extingue. Totus perbibat *NHs.* totas *εA* || formam mei *ME* || 561 saepe *εA* saeue *scripsi.* || 562 furua *εA* ful

tuque o nouerca grauior irata deus
cape hunc triumphum solus et uince Herculem.
NVTR. prolata uis est quaeque palladia colu
lassauit omnem texta famularum manum.
DEIAN. nunc congeratur uirus et uestis bibat
herculea pestem, precibus augebo malum.
NVTR. in tempore ipso nauus occurrit Lichas.
DEIAN. *u*elanda uis est dira ne pateat doli.
o quod superbae non habent umquam domus
fidele semper regibus nomen Licha
cape hos amictus nostra quos neuit manus, F. CXXXXIIII
dum uagus in orb*e* fertur et uictus mero
tenet feroci lydiam gremio nurum.
nunc poscit Iolen, sed iecur fors horridum
flectam merendo: merita uicerunt malos.
non ante coniunx induat uestes iube
quam ture flammas pascat et placet deos
cana rigentem populo cinctus comam.
ipsa in penates regios gressus feram
precibusque amoris horridi matrem colam.
uos quas paternis expulit comites focis
Calydoniae deflete lugendam uicem.

---

564 Tuqueo *E* Tu que (*om.* o) *ψ* Tu qui *A (α?)* || nouerca es grauior *A (α?)* es *om.* *E ψ* || 565 et uince *E* euince *A* || 566 colu ϵ*A* colo (o *in ras.*) *R* colus *ψ* || 567 tela *Gron.* || fabularum *E* famularem *A* famularum *NHs.* || manus *E* manum *A* || *uu.* 568—571 Nutricis *sunt ω* Deianirae *dedit uu.* 568 569 *et* 571 *Swoboda* || 568 congeratur *EMR* congregetur *A* || et *ER* ut *A* || 570 Intempore *Eψ* E tempore *A* || nouus *E* gnauus *A* nauus *NHs. totus u. om. R* || 571 Celanda uis est *ω* Velanda uis est *scripsi.* || dira ne pateat doli *E* illa ne pateant mala *A* dira ne pateant doli *NHs.* || 572 DEI. *ω* || 575 orbem ϵ*A* orbe *NHs.* || 577 Dum *E* Nunc *A* || forsan *E* fors *A* || 578 merendo *ER* emerendo *A* || merita uicerunt *ER (utramque uocem in ras.)* merita uincunt et m. *A* m. uicere et m. *NHs.* || 579 coniunx i. uestes *E* uestes i. coniunx *A* || 580 pascat et placet *E* spargat et poscat *A* || 581 cinctus *E* uinctus *A* || 582 in pen. *E* ad pen. *A* || 584 expulit *E* extuli *A* || 585 uicem *E* lugendas uices *A* ||

CHORVS.

a Flemus casus Oenei tuos
comitum primos turba per annos,
flemus dubios
. . — . . — ueneranda toros.

b Nos Acheloi tecum solitae
pulsare uadum, q*u*o*m* iam tumidas
uere peracto poneret undas
gracil*i*que gradu serperet aequo*r*
nec praecipitem uolueret amnem
flauus rupt*a* *fr*onte Lycormas.

[*Nos palladias ire per aras*
et uirgineos celebrare choros,]
b′ Nos cadmeis orgia ferre
tecum solitae condita cistis,
q*u*o*m* iam pulso sidere brumae
tertia soles euocat aestas
et spiciferae concessa deae
attica mystas cludit Eleusin.

a′ Nunc quoque casum quemcumque times
fidas comites accipe fatis:

CHORVS *EA* || 586 onee (e *supra*) *E* Oenei *A* || 588^b *excidit hemistichium.* || ueneranda *E* miseranda *A* || 590 quum *E* cum *A* quom *scripsi.* || 591 *om. et in mg. m. sec. add. E* || 592 Gracilisque graduseperet aequo *E* G. uado serperet aequo *A* Gracilique gradu serperet aequor *scripsi an* Gracilisque g. sterneret aequor *(cf. Verg. A. VIII 86 ss.)?* || 594 rupto *E* rapido *A* || fonte *EA* ponte *Bo.* rupta fronte *scripsi et* fronte *est in R 10* || lycornas *E g* licornas *G corr. A* || 595 596 *utrumque deleui.* || 595 palladas *E* || 599 quum *E* cum *A* quom scripsi || 601 spicefere *E* || 602 Attica *Eψ* Actica *A* Athica *ψ* || Eleusin *E* Eleusis *A* || 603 casum quemcumque *E* fatum quodcumque *A* ||

nam rara fides
ubi iam melior fortuna ruit.

c Tu quicumque es qui sceptra tenes,
licet omne tua uulgus in aula
centum pariter limina pulset:
quom tot populis stipatus eas,
in tot populis uix una fides.

c′ Tenet auratum limen Erinys
et quom magnae patuere fores,
intrant fraudes cautique doli
ferrumque latens cumque in populos
prodire paras, comes inuidia est.

c″ Noctem quotiens submouet eos,
regem totiens credite nasci. 618
quota pars moritur tempore fati.
quos felices Cynthia uidit,
uidit miseros enata dies.

d⁰ Pauci reges non regna colunt, 619
plures fulgor concitat aulae.
cupit hic regi proximus ipsi
clarus latas ire per urbes:
urit miserum gloria pectus.

d Cupit hic gazis inplere famem
nec tamen omnis

607 qui regna t. *R* || 608 auia *E* aula *A* || 610 '*al.* In tot' *Commelinus* Quem *E* Cum *A* Quom *scripsi* || stipatus eas *in ras. m. sec. E* '*abest hic u. a uetustioribus*' *Commelinus.* || 611 Intot *EA* Cum tot *ψ* || populos *E g (ex corr.)* || 612 teneat *E* || 613 quom *E* cnm *A* || 616 parant *ω* paras *GR.* || 618 *post h. u. uu.* 643—645 *conlocaui* || 645 abitura *A* vltima *g* enata *E* renata *NHs. an* elata? || 620 concitat *E g?* conuocat *A* || 622 clarus *EA* clarusque *ψ* || totas *E* latas *A E t. Gron.* laetas *Gron.* ||

plaga gemmiferi sufficit Histri 626
nec quae zephyro subdita tellus 628
stupet aurato
flumine clarum radiare Tagum, 630
nec tota sitim Lydia uincit: 627

d′ Nec si totus seruiat Her*m*us 631
ruraque diues iungat Hydaspes
intraque suos currere fines
spectet toto flumine Gangen.
auidis auidis natura parum est. 635

d Colit hic reges regumque lares,
non ut presso uomere semper
numquam cesset curuus arator
uel mille secent arua coloni
solas optat quas pon*a*t opes. 640

d′ Colit hic reges, calcet ut omnes Quat. XVIII
perdatque alios nullumque leuet, F. CXXXXV
tantum ut noceat, cupit esse potens. 643
. . — . . — . . — . . —
. . — . . — . . — . . —

e⁰ Rarum est felix idemque senex. 647
caespes tyrio mollior ostro
solet inpauidos ducere somnos,
aurea rumpunt tecta quietem 650
uigilesque trahit purpura noctes.

---

626 Histri) Indi *Iortinus* Austri *NHs. et Heringa* Euri *NHs.* || 627 *transposui ante u.* 631 || 629 claro *R* || 63[1] Hebrus ω Hermus *Delrio* || 632 iungat *E* cingat *A* 633 Extraque *E* Intraque *A* || 634 spectet ϵ*A* Specte[t] ψ || 636 reges ϵ*A* regem *erratum Scaligeranae uidetur esse* 639 secent arua *A* se centaraia *sed statim corr. E*¹ || 6[40] ponit *E* ponat *Gron.* donet *A* || 642 alios *E edd. Fe[r]nandi et Caietani* aliqnos *A* || p[…] [illegible] …isse *II uers[…]* *patet.* ||

e O si pateant pectora ditum.
quantos intus sublimis agat
fortuna metus. bruttia coro
pulsante fretum lenior unda est.
aurea miscet pocula sanguis.

e′ Pectora pauper secura gerit
tenet et patula pocula fago,
sed non trepida tenet illa manu.
carpit faciles uilesque cibos,
sed non strictos respicit enses.

e Coniunx modico nupta marito
non disposito clara monili
gestat pelagi dona rubentis
nec gemmiferas detrahit aures
lapis eoa lectus in unda

e′ Nec sidonio mollis aeno
repetita bibit lana ruboris
nec maeonia distinguit acu
quae phoebeis subditus euris
legit eois Ser arboribus.

f Quaelibet herbae tinxere colos
quas indoctae neuere manus,
. . — . . — . . — . . —
sed non dubios fouet illa toros.

f′ Sequitur dira lampade Erinys
quarum populi coluere diem.

---

653 agit ε*A* agat *R* || 655 lenior *E* mitior *A* *post h. u. reuocaui u.* 661 || 657 tenet e patula *A* t. et p. *R* t. patula (*om.* e *uel* et) *E* || 658 illa *E* ipsa *A* ipse *R g* || 668 ruboris *sed statim pr. m. mutauit E* rubores *A* || 671 Legut *uitiose α* || arboribus ser *E* Ser arboribus *A* seres arb. *ψ* seges arb. *g* || 672 colos *E*' *A* || *ante u.* 674 *interisse unum* [illegible] || 676 Quarum *Eψ* Quorum *α* ||

nec sibi felix pauper habetur,
nisi felices cecidisse uidet.

g Quisquis medium defugit iter
stabili numquam tramite currit.
dum petit unum praebere diem
patrioque puer constitit axe
nec per solitum decurrit iter,
sed phoebeis ignota secat
sidera flammis errante rota,
secum pariter perdidit orbem.

g′ Medium caeli dum sulcat iter:
tenuit placidas Daedalus oras
nullique dedit nomina ponto,
sed dum uolucres uincere ueras
Icarus audet
patriasque puer despicit alas
Phoeboque uolat proxumus ipsi,
dedit ignoto nomina ponto.

h⁰ Male pensantur magna ruinis.
felix alius magnusque sonet,
me nulla uocet turba potentem.

h Stringat tenuis litora puppis
nec magna meas aura phaselos
iubeat medium scindere pontum.

---

680 currit *E* curret *A* || 682 patrioque p. constitit axe *E* patriosque p. concitat axes *A* || 683 decurrit *E g?* percurrit *A* || 687 dum ε ψ? cum *A* || sulcat *E* pergit *A* peregit *g* peregrat *R* peregerat *uel* percurrat *uel* purgat ψ || 688 placidas *E ME pr. m.?* placitas *Gron.* latias *A ME m. sec.* Secuit p. D. auras *GR.* || 690 Dum licet *R* || 696 sonet *E* uolet *A* || 697 uocent uerba *E* uocet turba *A* || potentem ε*A* potentum ψ || 699 meas *E* ψ? meos *A* ||

nihilque leges ad meos cantus tenent:
flectemus illum, carmina inuenient iter.
DEIAN. quas Pontus herbas generat aut quae thessala
sub rupe Pindus alit: ubi inueniam malum
cui cedat ille? carmine in terras mago
descendat astris luna desertis licet
et bruma messes uideat et cantu fugax
stet deprehensum fulmen et uersa uice
medius coactis ferueat stellis dies:
non flectet *ill*um.
NVTR. uicit et superos amor.
DEIAN. uincetur uni forsan et spolium dabit
amorque summus fiet Alcidae labor.
sed te per omne caelitum numen precor,
per hunc timorem: quicquid arcani apparo
penitus recondas et fidem tacitam exprimas.
NVTR. quid istud est quod esse secretum petis?
DEIAN. non tela sunt non arma non ignis minax.
NVTR. praestare fateor posse me tacitam fidem,
si scelere careat: interim scelus est fides.
DEIAN. circumspice agedum, ne quis arcana *au*cupet
partemque in omnem uultus inquirens eat.
NVTR. en locus ab omni tutus arbitrio uacat.
DEIAN. est in remoto regiae sedis loco
arcana tacitus nostra defendens specus.
non ille primos accipit soles locus,
non ille seros, cum ferens Titan diem

---

466 legis *NHs.* || tenet *1Pal. Scaliger* || 468 quas ϵ*A* que ψ || 469 aluit *E* aut *A* alit *scripsi.* || 470 cedat ϵ*A* cedet ψ? || 471 in astra *E* astris *A* || discedat licet *E* desertis licet *A* || 473 Stet *E ME G? Heinsianus maior* Sit *A* || aduersa *E* et uersa *A* || 474 ferueat *E ME Heinsianus maior* fulxerit *R* fugerit *A* || 475 unum ϵ*A* uirum *R g Basil. mg.* illum *GR.* || 475^b NVT. *A om. E* || 476 DEI. *A om. E* || 480 fidem tacitam *E* fide tacita *A* || exprimas *E* premas *A* || 481 petis *E* iubes *A* || 482 minax *E* minae *A* non ignis non mine ψ || 484 Sed sc. c. *R* || 485 occupet ω aucupet *Scaliger* || 487 arbitrio *E Pall.* arbitro *A* || 488 regiae sedis ϵ*ME* sedis egregiae *A* || 489 specus ϵ*A* locus ψ ||

lassum rubenti mergit oceano diem,
illic amoris pignus herculei latet.
altrix fatebor: auctor est Nessus mali
quem grauida Nephele thessalo genuit duci,
qua trepidus astris inserit Pindus caput
ultraque nubes Othrys eductus riget.
namque ut subactus Herculis claua horridi
Achelous omnis facilis in species dari
tandem peractis omnibus patuit feris
unoque turpe subdidit cornu caput:
me coniugem dum uictor Alcides habet,
repetebat Argos. forte per campos uagus
Euenos altum gurgitem in pontum ferens
iam paene summ*u*s turbidus siluis erat.
transire Nessus uerticem solitus uadis
pretium poposcit meque iam dorso ferens,
qua iungit hominem spina deficiens equo,
frangebat ipsas fluminis tumidi minas. F. CXXXXIII
iam totus undis Nessus exierat ferox
medioque adhuc errabat Alcides uado
uasto rapacem uerticem scindens gradu.
at ille ut esse uidit Alciden procul:
'tu praeda nobis' inquit 'et coniunx eris.'
pro*u*ehitur undis: *in*que complexus *ru*ens
gressum citabat. non tenent undae Herculem:

---

492 Lassum n. m. o. diem *E* Lassam n. m. o. rotam *A* || 493 Illinc *E* Illic *A* || 494 auctor est nessus *E* Nessus est auctor *A* || 495 nefele *E* nubes *A* || 496 trepidus *EM̄E* celsus *A* || 497 rubet *E* riget *A* || 499 spicies *E* || 501 turpe *EM̄E* turpis *A* || 504 Euenos *E* Euenus *A* Hebenus *ψ* || g. et pontum *M̄E* || 505 Iam poene *E* Iam pene *A* Par paene *Gron. et NHs.* || summis *ω* summus *scripsi* || siluis *E* ripis *A* || 506 uagus *E* uagum *A* uadis *M̄E* || 507 tergo *R* || 510 totus *εψ* totis *A* || *an* fere? || 513 At *ER* Ast *A* || 515 Prohibetur *ω* Prouehitur *NHs.* || meque complexus *E* meque complexam *A* || ferens *EA* foris *g* m. complexus furens *GR.* m. conplexu ferens *NHs.* inque conplexus ruens *scripsi conl. Phaed. u. 713* ||

'infide uector' inquit 'inmixti licet
Ganges et Hister uallibus iunctis eant,
uincemus ambos, consequar telo fugam.'
praecessit arcus uerba. cum longum ferens
harundo uulnus tenuit haerentem fugam
mortemque fixit: ille iam quaerens diem
tab*o* fluentem uolneris dextra excipit
traditque nobis ungulae insertam suae
quam forte saeua sciderat auolsam manu.
tum uerba moriens addit. 'hoc' inquit 'magae
dixere amorem posse defigi malo,
hoc docta Mycale thessalas docuit nurus
unam inter omnis luna quam sequitur magas
astris relictis. inlitas uestes dabis
hac' inquit 'ipsa tabe, si paelex tuos
inuisa thalamos tulerit et coniunx leuis
aliam parenti dederit altisono nurum.
hoc nulla lux conspiciat, hoc tenebrae tegant
tantum remotae: sic potens uires suas
sanguis tenebit.' uerba deprendit quies
mortemque lassis inpulit membris sopor.
tu quam meis admittit arcanis fides,
perge, ut nitentem uirus in uestem datum

---

517 uictor *E* uector *A* || immixtus *Eψ* immixti *A* || 518 Ganger *E* || 519 ambos ϵ*A* ambo *Bo.* || consequar ϵ*A* consequitur *ψ* || 520 tum *ω* cum *Bo.* || *u.* 520 *om. R10 (adscr. tamen in mg.) u.* 521 *om. G, uterque et* 520 *et* 521 *in mg. add. R* || 523 tabum fluentem *E* tabem fluentis *A* tabem fluentem *Burmannus* tabum fluentum *LMueller* tabo fluentem *scripsi (sc. harundinem)* || 524 ungulae i. suae *EM* ungula i. sua *A* || insertum *E t. Gron.* insertam ϵ*MEA* infertam *g* || 526 Tunc *E* Tum *A* || 528 Mychale *A* mich. *uel* micale *ψ* Mycale ϵ *Ge.Fabricius* || docuit ϵ*M* monuit *A* mouit *ψ* || 529 magas *E* magam *A* || 534 conspiciat *ω* aspiciat '*o. u. l.*' *t. Delrio.* || 535 Tantum *ω* Antri *uel* Tectum *uel* Tacitum *coni. u.* 489 *vel* Tutum *NHs.* || 536 deprendit ϵ*ψ* deprehendit *A* || 537 impulit *E* intulit *A* || 539 nitentē u. in uestē datum *E* nitentes u. in uestes satum *A* ||

mentem per artus adeat et tacitu*m* *intu*mas
intret medullas.
NVTR. ocius iussa exsequar
alumna, precibus tu deum inuictum aduoca
qui certa tenera tela dimittit manu.
DEIAN. te deprecor quem mundus et superi timent
et aequor et qui fulmen aetnaeum quati*s*
timende matri te aliger saeuae puer:
intende certa spiculum uelox manu
non ex sagittis leuibus, ex umero precor
deprome graui*us* quod tuae nondum manus
misere in aliquem: non leui telo est opus,
ut amare possit Hercules. rigid*a* man*u*
intende et arcum cornibus iunctis para.
nunc nunc sagittam prome qua quondam horridum
Iouem petisti, fulmine abiecto deus
cum fronte subita tumuit et rabidum mare
taurus puellae uector assyriae scidit.
inmitte amorem. uincat exempla omnia.
amare discat coniugem. si quas decor
Ioles inussit pectori herculeo faces,
extingue totas: perbibat flammas mei.
tu fulminantem saeu*e* domuisti Iouem,
tu furua nigri sceptra gestantem poli
turbae ducem maioris et dominum Stygis:

---

540 mentemque *RG* lente *uel* sensim *NHs.* || tacitus mas *E* tacitus imas *g* *Heinsianus minor* tactus imas *ME* tactus sinus *A* tactum cicius al' sinus *R* tactu intimas *Lipsius* tacitum intumas *Gron. et NHs.* || 541 Intret ad m. *E* ad *om.* *A* || 544 Te deprecor *E* Te te precor *A* || 545 quatit *ω* quatis *Bo.* || 546 te aliger *E* teliger *A* || 548 ex s. *ω* || ex umero *E* e numero *A* || 549 Grauide prome *E* Grauiore profer *A* Deprome grauius *scripsi* || 551 rigidas manus *εA* rigida manu *NHs.* || 553 condam *E* || horridũ *E* horridus *A* || 555 subita *εA* subito *Ascensius* || tumuit (uit *in ras. pr. m.*) *Eψ* timuit *A* || rabidum *E* rapidum *A* || 556 exscidit *E* scidit *A* || 558 coniugem *E* coniuges *A* || 559 Ioles inussit *E* Immisit Ioles *A* || 560 totus *E t.* *NHs.* Extingue. Totus perbibat *NHs.* totas *εA* || formam mei *ME* || 561 saepe *εA* saeue *scripsi.* || 562 furua *εA* fulua *ψ* ||

tuque o nouerca grauior irata deus
cape hunc triumphum solus et uince Herculem.
NVTR. prolata uis est quaeque palladia colu
lassauit omnem texta famularum manum.
DEIAN. nunc congeratur uirus et uestis bibat
herculea pestem, precibus augebo malum.
NVTR. in tempore ipso nauus occurrit Lichas.
DEIAN. *u*elanda uis est dira ne pateat doli.
o quod superbae non habent umquam domus
fidele semper regibus nomen Licha
cape hos amictus nostra quos neuit manus, F. CXXXXIIII
dum uagus in orb*e* fertur et uictus mero
tenet feroci lydiam gremio nurum.
nunc poscit Iolen, sed iecur fors horridum
flectam merendo: merita uicerunt malos.
non ante coniunx induat uestes iube
quam ture flammas pascat et placet deos
cana rigentem populo cinctus comam.
ipsa in penates regios gressus feram
precibusque amoris horridi matrem colam.
uos quas paternis expulit comites focis
Calydoniae deflete lugendam uicem.

---

564 Tuqueo *E* Tu que (*om.* o) *ψ* Tu qui *A (α?)* || nouerca es grauior *A (α?)* es *om. E ψ* || 565 et uince *E* euince *A* || 566 colu ε*A* colo (o *in ras.*) *R* colus *ψ* || 567 tela *Gron.* || fabularum *E* famularem *A* famularum *NHs.* || manus *E* manum *A* || *uu.* 568—571 Nutricis *sunt ω* Deianirae *dedit uu.* 568 569 *et* 571 *Swoboda* || 568 congeratur *EMŒR* congregetur *A* || et *ER* ut *A* || 570 Intempore *Eψ* E tempore *A* || nouus *E* gnauus *A* nauus *NHs.* *totus u. om. R* || 571 Celanda uis est *ω* Velanda uis est *scripsi.* || dira ne pateat doli *E* illa ne pateant mala *A* dira ne pateant doli *NHs.* || 572 DEI. *ω* || 575 orbem ε*A* orbe *NHs.* || 577 Dum *E* Nunc *A* || forsan *E* fors *A* || 578 merendo *ER* emerendo *A* || merita uicerunt *ER (utramque uocem in ras.)* merita uincunt et m. *A* m. uicere et m. *NHs.* || 579 coniunx i. uestes *E* uestes i. coniunx *A* || 580 pascat et placet *E* spargat et poscat *A* || 581 cinctus *E* uinctus *A* || 582 in pen. *E* ad pen. *A* || 584 expulit *E* extuli *A* || 585 deflendam uicem *E* lugendas uices *A* ||

CHORVS.

a Flemus casus Oenei tuos
comitum primos turba per annos,
flemus dubios
. . — . . — ueneranda toros.

b Nos Acheloi tecum solitae
pulsare uadum, qu*o*m iam tumidas
uere peracto poneret undas
gracil*i*que gradu serperet aequo*r*
nec praecipitem uolueret amnem
flauus rupt*a* *fr*onte Lycormas.

[*Nos palladias ire per aras*
et uirgineos celebrare choros,]
b′ Nos cadmeis orgia ferre
tecum solitae condita cistis,
qu*o*m iam pulso sidere brumae
tertia soles euocat aestas
et spiciferae concessa deae
attica mystas cludit Eleusin.

a′ Nunc quoque casum quemcumque times
fidas comites accipe fatis:

CHORVS *EA* || 586 $\overset{e}{\text{o}}$nee *E* Oenei *A* || 588[b] *excidit hemistichium.* || ueneranda *E* miseranda *A* || 590 quum *E* cum *A* quom *scripsi.* || 591 *om. et in mg. m. sec. add. E* || 592 Gracilisque gradusĕperet aequo *E* G. uado serperet aequo *A* Gracilique gradu serperet aequor *scripsi an* Gracilisque g. sterneret aequor *(cf. Verg. A. VIII 86 ss.)?* || 594 rupto *E* rapido *A* || fonte *EA* ponte *Bo.* rupta fronte *scripsi et* fronte *est in R 10* || lycornas *E g* licornas *G corr. A* || 595 596 *utrumque deleui.* || 595 palladas *E* || 599 quum *E* cum *A* quom scripsi || 601 spicęfere *E* || 602 Attica *Eψ* Actica *A* Athica *ψ* || Eleusin *E* Eleusis *A* || 603 casum quemcumque *E* fatum quodcumque *A* ||

nam rara fides
ubi iam melior fortuna ruit.

c Tu quicumque es qui sceptra tenes,
licet omne tua uulgus in aula
centum pariter limina pulset:
quom tot populis stipatus eas,
in tot populis uix una fides.

c′ Tenet auratum limen Erinys
et quom magnae patuere fores,
intrant fraudes cautique doli
ferrumque latens cumque in populos
prodire paras, comes inuidia est.

c″ Noctem quotiens submouet eos,
regem totiens credite nasci.
quota pars moritur tempore fati.
quos felices Cynthia uidit,
uidit miseros enata dies.

d⁰ Pauci reges non regna colunt,
plures fulgor concitat aulae.
cupit hic regi proximus ipsi
clarus latas ire per urbes:
urit miserum gloria pectus.

d Cupit hic gazis inplere famem
nec tamen omnis

---

607 qui regna t. *R* || 608 auıa *E* aula *A* || 610 ‘*al.* In tot’ *Commelinus* Quem *E* Cum *A* Quom *scripsi* || stipatus eas *in ras. m. sec. E* ‘*abest hic u. a uetustioribus*’ *Commelinus.* || 611 Intot *EA* Cum tot *ψ* || populos *E g (ex corr.)* || 612 teneat *E* || 613 quom *E* cum *A* || 616 parant *ω* paras *GR.* || 618 *post h. u. uu.* 643—645 *conlocaui* || 645 abitura *A* vltima *g* enata *E* renata *NHs. an* elata? || 620 concitat *E g*? conuocat *A* || 622 clarus *EA* clarusque *ψ* || totas *E* latas *A E t. Gron.* laetas *Gron.* ||

plaga gemmiferi sufficit Histri 626
nec quae zephyro subdita tellus 628
stupet aurato
flumine clarum radiare Tagum, 630
nec tota sitim Lydia uincit: 627

d′ Nec si totus seruiat Her*m*us 631
ruraque diues iungat Hydaspes
intraque suos currere fines
spectet toto flumine Gangen.
auidis auidis natura parum est. 635

d Colit hic reges regumque lares,
non ut presso uomere semper
numquam cesset curuus arator
uel mille secent arua coloni
solas optat quas pon*a*t opes. 640

d′ Colit hic reges, calcet ut omnes — Quat. XVIII
perdatque alios nullumque leuet, — F. CXXXXV
tantum ut noceat, cupit esse potens. 643
. . — . . — . . — . . —
. . — . . — . . — . . —

e⁰ Rarum est felix idemque senex. 647
caespes tyrio mollior ostro
solet inpauidos ducere somnos,
aurea rumpunt tecta quietem 650
uigilesque trahit purpura noctes.

---

626 Histri) Indi *Iortinus* Austri *NHs. et Heringa* Euri *NHs.* || 627 *transposui ante u.* 631 || 629 claro *R* || 631 Hebrus ω Hermus *Delrio* || 632 iungat *E* cingat *A* || 633 Extraque *E* Intraque *A* || 634 spectet ε*A* Spectent ψ || 636 reges ε*A* regem *erratum Scaligeranae uidetur esse* || 639 secent arua *A* se centaraia *sed statim corr.* *E*¹ || 640 ponit *E* ponat *Gron.* donet *A* || 642 alios *E edd. Fernandi et Caietani* aliquos *A* || *post u.* 643 *interisse II uersus patet.* ||

e O si pateant pectora ditum.
quantos intus sublimis agat
fortuna metus. bruttia coro
pulsante fretum lenior unda est.
aurea miscet pocula sanguis. 661

e′ Pectora pauper secura gerit 656
tenet et patula pocula fago,
sed non trepida tenet illa manu.
carpit faciles uilesque cibos,
sed non strictos respicit enses.

e Coniunx modico nupta marito 662
non disposito clara monili
gestat pelagi dona rubentis
nec gemmiferas detrahit aures
lapis eoa lectus in unda

e′ Nec sidonio mollis aeno
repetita bibit lana ruboris
nec maeonia distinguit acu
quae phoebeis subditus euris
legit eois Ser arboribus.

f Quaelibet herbae tinxere colos
quas indoctae neuere manus,
. . — . . — . . — . . —
sed non dubios fouet illa toros.

f′ Sequitur dira lampade Erinys
quarum populi coluere diem.

---

653 agit ε*A* agat *R* || 655 lenior *E* mitior *A* *post h. u. reuocaui u.* 661 || 657 tenet e patula *A* t. et p. *R* t. patula (*om.* e *uel* et) *E* || 658 illa *E* ipsa *A* ipse *R g* || 668 ruboris *sed statim pr. m. mutauit E* rubores *A* || 671 Legut *uitiose α* || arboribus ser *E* Ser arboribus *A* seres arb. *ψ* seges arb. *g* || 672 colos *E*[1] *A* || *ante u.* 674 *interisse unum u. indicaui.* || 676 Quarum *Eψ* Quorum *α* ||

nec sibi felix pauper habetur,
nisi felices cecidisse uidet.

g Quisquis medium defugit iter
stabili numquam tramite currit.
dum petit unum praebere diem
patrioque puer constitit axe
nec per solitum decurrit iter,
sed phoebeis ignota secat
sidera flammis errante rota,
secum pariter perdidit orbem.

g′ Medium caeli dum sulcat iter:
tenuit placidas Daedalus oras
nullique dedit nomina ponto,
sed dum uolucres uincere ueras
Icarus audet
patriasque puer despicit alas
Phoeboque uolat proxumus ipsi,
dedit ignoto nomina ponto.

h^{0} Male pensantur magna ruinis.
felix alius magnusque sonet,
me nulla uocet turba potentem.

h Stringat tenuis litora puppis
nec magna meas aura phaselos
iubeat medium scindere pontum.

---

680 currit *E* curret *A* || 682 patrioque p. constitit axe *E* patriosque p. concitat axes *A* || 683 decurrit *E g?* percurrit *A* || 687 dum ϵ ψ? cum *A* || sulcat *E* pergit *A* peregit *g* peregrat *R* peregerat *uel* percurrat *uel* purgat ψ || 688 placidas *E ME pr. m.?* placitas *Gron.* latias *A ME m. sec.* Secuit p. D. auras *GR.* || 690 Dum licet *R* || 696 sonet *E* uolet *A* || 697 uocent uerba *E* uocet turba *A* || potentem ϵ*A* potentum ψ || 699 meas *E* ψ*?* meos *A* ||

h′ Transit tutos fortuna sinus
mediοque rates quaerit in alto
quarum feriunt sipara nubes.

h Sed quid pauido territa uultu
qualis Baccho saucia maenas
fertur *tu*mido regina gradu?

h′ Quae te rursus fortuna rotat
miseranda? refer. licet ipsa neges: F. CXXXXVI
uultus loquitur quodcumque tegis.

DEIANIRA. NVTRIX.

Vagus per artus errat ex*anguis* tremor,
erectus horret crinis, inpulsis adhuc
stat terror animis et cor attonitum salit
pauidumque trepidis palpitat uenis iecur.
ut fractus austro pontus etiamnum tumet,
quamuis quiescat languidus uentis dies:
ita mens adhuc uexatur excusso metu.
semel profecto premere felices deus
cum coepit, urget. hos habent magna exitus.
NVT. quis tam inpotens miseranda te casus rotat?

---

703 sipara *E* suppara *A* supa *g* || 705 maenas *E* mennas *Heinsianus maior* Thyas *A* || 706 Fertur medio *E Æ* Fertur tumido *scripsi* dubio *IGr.* rapido *A* grauido *Heinsianus maior m. pr.* trepido *Raphelengius* || 709 tegis ϵ *Æ* negas *A* || DEIANIRA · NVTRIX *E* DEIANIRA · CHORVS *A et per totam scaenam quae in E Nutricis in A Chori sunt partes.* Ilus *add. R* || 710 deya. *R personae nota om. EA* || excusso *E* excussos *A* exanguis *scripsi ex Herc. I 418* || 714 fractus ϵ*A* fretus *ψ* || etiamnum ϵ etiamnunc *A* || 715 languidus *E R Mog.* languidis *A* tuentis *α err. typ.* || 716 excusso ϵ*A* excussa *ψ* expulso *NHs.* || 717 NVT. *E nota om. A* || Semel *E g?* Simul *A* || promere *E* premere *A* || 718 Hos h. m. e. *Nutrici dedit Swoboda.* || 719 CH. *A nota abest E Choro dedit Swoboda.* || miseranda *EA* o misera *ed. Lugdunensis?* ||

DEIAN. ut missa palla est tabe nessea inlita
thalamisque maerens intuli gressum meis:
nescio quid animus timuit. *an* fraudem struit?
libet experiri. solibus uirus ferum
flammisque Nessus sanguinem ostendi arcuit.
hic ipse fraudes esse praemonuit dolus.
et forte nulla nube respersus iubar
laxabat ardens feruidum Titan diem.
medios in ignes solis et claram facem
quo tincta fuerat palla uestisque inlita
abiectus horret sanguis et Phoebi coma
tepefactus ar*sit*. uix queo monstrum eloqui,
uix ora solui patitur etiamnum timor.
niues ut eurus soluit aut tepidus notus
quas uere primo lubricus perdit Mimans
utque euolutos frangit ionio salo
opposita fluctus Leucas et lassus tumor
in litore ipso spumat aut caelestibus
aspersa tepid*a* tura laxantur focis:
sic languet omne uellus et perdit comas
dumque is*t*a miror, causa mirandi perit.

---

721 merens *E* demens *A* amens *ψ* || 722 et fr. *ω* an *scripsi*. || struit *Eψ* astruit *α* strui *Gron*. || 724 ostendi *E R Ortel. Mog.* offendi *A* || arguit *EA* arcuit *Ortel.* 'uetuit' *interpretis palatini scholion*. || 725 dolus *E* deus *A* || 726 Et *ω* Vt *DHs*. || respersum *E* respersus *A* || 728 *post* 732 *traieci* || 729 et claram *A* eiceram *E* et aetheriam *NHs*. || 731 Abiectus h. sanguis *EA* Abiectum h. uirus *R Mog. Basil. mg. Pall. quidam* (abiectum *uel* abiecta) *quidam v. l. Delrii* || comam *Eψ* coma *A* || 732 Tepefactum *Mog. idem Pall.* || astris *E g 1Pall.* ardet *A* arsit *scripsi* || uix quoque monstrum elocor *E* quoque est m. *E t. NHs.* uix queo m. eloqui *A* || 733 ut e. s. aut *A* et e. s. et *E* et e. s. aut *(?) g* ut e. s. ac *R* ut E. s. ut *Bad.* || 734 lucidus *E* lubricus *A* || minas *E R10* minax *R* minās *G g* Mimas *A* Mimans *scripsi* || 735 euolutus *E* euolutos *A* inuolutos *Scaligerana* || 736 lassus *Eψ* lapsus *A* || 738 tepido *E* tepidis *A* tepida *scripsi* || 739 uellus *E* uirus *A* || comas *EM* comam *A* || 740 *post u.* 742 *transp. Bo.* || 740 ipsa *EA* ista *NHs*. ||

quin ipsa tellus spumeos motus agit
et quicquid illa tabe contactum est labat.
. . . .
[*tumensque tacita sequitur et quassat caput.*]
NVTR. natum pauentem cerno et ardenti pede
gressus ferentem. prome quid portes noui.

HYLLVS ET IDEM.

I profuge quaere, si quid ulterius patet
terris freto sideribus oceano inferis.
ultra labores mater Alcidae fuge.
DEIAN. nescio quod animus grande praesagit malum.
HYL. regna triumpha templa Iunonis pete:
haec tibi patent, delubra praeclusa omnia.
DEIAN. effare quis me casus insontem premat.
HYL. decus illud orbis atque praesidium unicum
quem fata terris in locum dederant Iouis,
o mater abiit. membra et herculeos toros
urit lues nescio qua. qui domuit feras
ille ille uictor uincitur maeret dolet.

---

741 metus *ψ* || 743 Tumensque tacita | quassat caput (sequitur et *om.*) *E* T. t. s. e. q. c. *A* Timensque *Mog.* '*Hic desiderantur aliquot uersus qui nullibi extant*' *Auantius in ind. errat., transposuit h. u. post u.* 745 *Bo.* (Timens quid ista s. e. q. c.), *inter u.* 1006 *et* 1007 *Delrio, delendum censui* || *uu.* 744 745 *absunt E personae nota om. A* Nutrici *dedit GR.* || HYLLVS · ET IDEM *E* HYLLVS · DEIANIRA · NVTRIX *A continuatur scaena R* || 746 Illus *R nota om. ϵA* || profuge *om. ψ* || 749 Nescio quid *R* || *uu.* 750 751 *leguntur E MÆ IPal. Mog. Ortel. G g R10 desiderantur A R* || 750 *Personae nota abest MÆ R10 G? g non liquet de ceteris codd.* Hyllo *dedit Lipsius* || Regna triumpha ϵ *Lipsius* Regina triumphi *MÆ Mog. G g R10* Regia *editio uetustissima qua utebatur Gruterus an* reges tyrannos (*conl. uu.* 882 1300)? || 752 d'ya *R10 (i. e. DEIANIRA) om.* ϵ *A* || quis *EA* qui *Bo.* || 755 habiit *E* abiit *ψ* obiit *A* || 756 nescio qua *E Raphelengius* nescio que *ψ* ignota *Grüter.* Nessea *α* || 757 Ille ille *A* Ille *semel E* Mille ille *NHs.* ||

quid quaeris ultra?
DEIAN. miserias properant suas
audire miseri. fare: quo posita in statu
iam nostra domus est? o lares miseri lares
nunc uidua nunc expulsa nunc feror obruta.
HYL. non sola maeres Herculem, toto iacet
mundo gemendus. fata ne*u* mater tua
priuata credas: iam genus totum obstrepit,
hunc ecce luctu*m* quem gemis cuncti gemunt,
commune terris omnibus pateris malum.
luctum occupasti: prima non sola Herculem
miseranda maeres.
DEIAN. quam prope a leto tamen
ede ede quaeso iaceat Alcides meus.
HYL. mors refugit illum uicta quae in regno suo
semel est nec audent fata tam uastum nefas F. CXXXXVII
admittere. ipsas forsitan trepida colos
Clotho manu proiecit et fata Herculis
timet peragere. pro diem infandum diem.
hocne ille summo magnus Alcides erit?
DEIAN. ad fata et umbras atque peiorem polum
praecedere illum dicis an possum prior
mortem occupare? fare, si nondum occidit.
HYL. euboica tellus uertice inmenso tumens
pulsatur omni latere, phrixeum mare
scindit Caphereus, seruit hoc austro latus,
at qua niuosi patitur aquilonis minas,

---

762 herculē *E* Hercules *A* || totoque *E* toto *A* toti *Ascensius* || 763 nec *Eψ* ne *A* neu *GR.* || 764 credis *E* credas *A* || 765 Nunc ecceluctu *E g* Hunc heiulatu *A* Hunc eiulatum *G Ascensius* Nunc hocce luctu *NHs.* Hunc ecce luctum *GR.* || cuncta *E* cuncti *A* || 767 herculem *ε ψ* Hercule *A* || 772 Amittere *α err. typ.* || colos *EA* || 773 fata *E* fatum *A* || 775 Hoccine *E* Hocne *A* || ille *εA* illo *ψ* || erit *E ψ* iit *α* || 776 DEI. *E G? om. A* || 777 Procedere *α uitiose* || P. tu illum *ψ* tu *om. EA* || an *ω* ah s. at *Gruter.* || 778 morte *R* || 780 latere *E M̶E* parte *A* || frixeum *E* || 781 caphereus *E* Caphareus *A* ||

Euripus undas flectit instabilis uagas
septemque cursus uoluit et totidem refert,
dum lassa Titan mergit oceano iuga.
hic rupe celsa nulla quam nubes ferit
annosa fulgent templa cenaei Iouis.
ut stetit ad aras omne uotiuum pecus
totumque tauris gemuit auratis nemus:
spolium leonis sordidum tabo exuit
posuitque clauae pondus et pharetra grauis
laxauit umeros. ueste *tum* fulgens tua
cana reuinctus populo horrentem comam
succendit aras. 'accipe has' inquit 'focis
non false messis genitor et largo sacer
splendescat ignis ture quod Phoebum colens
diues sabaeis conligit truncis Arabs. —
pacata tellus' inquit 'et caelum et freta:
feris subactis omnibus uictor redi.
depone fulmen.' gemitus in medias preces
stupente et ipso cecidit, hinc caelum horrido
clamore conplet. qualis inpressa fugax
taurus bipenni uolnus et telum ferens
delubra uasto trepida mugitu replet
aut quale mundo fulmen emissum tonat:
sic ille gemitu sidera et pontum ferit,
et uasta Chalcis sonuit et uoces Cyclas

---

783 instabilis uagas *EME* instabiles uagus *A* || 784 uoluit *EME* flectit *A* || 785 lassa t. m. o. iuga *A* lassa t. m. o. iubar *E g ψ* lapsus t. m. o. iubar *R quidam Pall.* (lapsus *uel* lassus) lassum t. m. o. iubar *ψ e. g. Mog. R10* || mergit *E t. Gron.* mergat *A* || 787 caenae iouis *E* || 789 tauris g. auratis *E 1Pal.* tantis g. armentis *A* || 791 graues ε *ψ?* grauis *A* graui *u. l. Detr.* || 792 dum *E* tunc *A* tum *Bo.* || 795 falsae messis *E* false messes *A* f. genitor messes *R* || 797 truncus *E* truncis *A* || 798 *h. u. deest E* || 801 hinc *E 1Pal. ψ?* hic *A* || 803 bipenni ε*A* bipenne *ψ* || uulnus *altero* u *in ras.* E^2 || 804 tepida *E* trepida *A* || 806 gemitu *ER* gemitus *A* || 807 calchis *E* chalcis *ME* Calpe *A* ||

excepit omnis, hinc petrae capherides,
hinc omne uoces reddit herculeas nemus.
flentem uidemus. uulgus antiquam putat
rabiem redisse: tum fugam famuli petunt.
at ille uoltus ignea torquens face
unum inter omnes sequitur et quaerit Lichan.
conplexus aras ille tremebund*um* manu
[*mortem metu consumpsit et paruum sui*
poenae reliquit. dumque tremebundum manu]
tenuit cadauer 'hac manu hac' inquit 'ferar
o fata uictus? Herculem perimit Lichas?
ecce alia clades: Hercules perimit Lichan.
facta inquinentur: fiat hic summus labor.'
in astra missus fertur et nubes uago
spargit cruore. talis in caelum exilit
harundo getica iussa dimitti manu
aut quam Cydon excussit, inferius tamen
et tela fugient. truncus in pontum cadit,
in saxa ceruix, funus amb*esum* iacet.

---

808 Excipit *E* Excepit *A* || caphęrides *E* || 809 redit *E R10* || 811 tunc ϵ*A* tum *Bo.* || 812 uultus *altero* u *in ras.* E^2 || 813 sequitur et quaerit *E* quaerit et sequitur *A* || Lichan *E* Lycam *A* || 814 tremebunda ω *deletis uersibus* 815 816 tremebundum *reposui.* || 815 816 *ad mg. adscr. m. sec. E hoc loco desunt sed leguntur post u.* 830 (et saeuit *etc.*) *g (nota adposita uerum ordinem scriba cod. g restituit)* || 815 paruum *E* parum *A* paulum *A ind. err. quidam Delriani* || 816 tremibundum *E* tremebundum *A* tremebunda *R* fremebundus manu *NHs.* || 817 aç m. ac inquit feram *E* hac m. inquit hac feram *ME* hac m. te inquit f. *R* hac m. inquit te f. *A* || 818 uinctus *E* uictus *ME A* || uicit *E* perimit *ME A* || lychas *E* Lycas *ME A* || 819 cladis *E* clades *A* || herculis *E* Hercules *A* || peremit *E* perimit *A* perimet *R10* || lichan *E* Lycam *A* || 820 Facta *E* Fata *A* || inquinentur *E* inquinantur *A* || fiat *E* fiet *A* || 823 iussa *Eψ* uisa *A* || 825 Et tela fugient. truncus in p. c. *E* (Sed et illa fugiet *NHs.* Et illa fugiet *uel* Ea tela fugient *Bo.*) Fugiente trunco corpus in p. c. *A* (al' caput *add. R*) || 826 uersus *E t. Gron. unde* uertex *ci. Gron.* In saxa uersus *(i. e. conuersus)* unus a. i. *NHs.* ambobus ω funus ambesum *scripsi cf. Vergil. A. VIIII 491* funus lacerum *Phaedra u. 1275*

'resistite' inquit: 'non furor mentem abstulit,
furore grauius istud atque ira malum est.
in me iuuat saeuire.' uix pestem indicat
et saeuit: artus ipse dilacerat suos
et membra uasta carpit auellens manu:
exuere amictus quaerit. hoc solum Herculem
non posse uidi, trahere conatus tamen
et membra traxit: corporis palla horridi
pars est et ipsam uesti*bu*s miscet cutem.
nec causa dirae cladis in medio patet,
sed causa tamen est. uixque sufficiens malo
nunc ore terram languidus prono premit,
nunc poscit undas, unda non uincit malum.
fluctisona quaerit litora et pontum occupat: F.CXXXXVIII
famularis illum retinet errantem manus.
DEIAN. o sortem acerbam. fuimus Alcidae pares.
HYL. nunc puppis illum litore euboico refert
austerque lenis pondus herculeum rapit.
DEIAN. destituit animus membra, nox oculos premit.
quid anime cessas? quid stupes? factum est scelus.
natum reposcit Iuppiter Iuno aemulum,
reddendus orbi est. quod pote*s* redde exhibe,
eat per artus ensis exactus meos.
sic sic agendum est. — tam leuis poenas manus
tant*is* reposcit? redde fulminibus precor
nurum scelestam. nec leui telo manus

(membrum) multo uulnere ambesum undique (*sic A* abruptum *E)* || 827 Desistite *R* || 828 ira'st malum *Delrio*. || 831 capita uellens *E* carpit auellens *A* || 835 Parum est *E* Pars est *A* || ipsam *Eg?* ipsa *A* || uestis immiscet *ω* uestibus miscet *scripsi* || 837 sed causa tanto est uisque s. m. *NHs.* uisque *et Gron. ci.* || 838 premit *E* ferit *A* || 840 Fluctisona *E Æ R* Et nota *A* || 842 Deianirae *dedi*, Hylli *est ω* || 843 ferit *E* uehit *Gron.* ferens *NHs.* refert *A* || 845 DEI. *E Lipsius (ex Æ?) om. A* || 846 DEI. *A om. E* || factum est scelus *E R Lipsius (ex Æ)* est *om. A* || 848 potest *ω* potes *Gron.* || redde *E* reddi *A* || 849 exactos *E* exactus *A* || 851 Tantas *εA* Tanta *R* Tantis *Lipsius* Tua te *NHs. conl. Oed. 957.* || redde *E ψ* tolle *A* perde *Raphelengius* || precor *E* socer *A* ||

armetur: illud fulmen exiliat polo
quo, nisi fuisset genitus Alcides tibi,
hydram cremasses: pestem ut insolitam feri
et ut nouerca potius irata malum.
emitte telum quale in errantem prius
Phaethonta missum est: perdidi sola Herculem
et ipsa populos. — quid rogas telum deos?
iam parce socero, coniugem Alcidae necem
optare pudeat. haec erit uoto manus:
a me petatur. occupa ferrum ocius. —
cur deinde ferrum? quicquid ad mortem trahit
telum est abunde: rupe ab aetheria ferar.
haec haec renatum prima quae poscit diem
Oeta eligatur, corpus hinc mitti placet.
abrupta cautes scindat et partem mei
ferat omne saxum, pendeant lacerae manus
totumque rubeat asperi montis latus.
leuis una mors est leuis, at extendi potest.
eligere nescis anime cui telo incubes?
utinam esset utinam fixus in thalamis meis
herculeus ensis. huic decet ferro inmori. —
una perire dextera nobis sat est?
coite gentes. saxa et inmensas faces
iaculetur orbis, nulla non ce*rt*et manus.
conripite tela: uindicem uestrum abstuli.

---

854 nisi *E* ni *A* || 855 cremassis *E* || 856 Et tu n. potius i. m. *E* Et ut n. peius i. m. *A* *ceterum cf. u.* 564. || 858 Phetonta *Eψ corr. A* || sola herculem *E ME R* in solo Hercule *NHs. conl. u.* 1845. erepto Hercule *A* || 861 haec *EME* hoc *A* || uoto *E ME Germanicus Gronouii* uotum *A* || manus ϵ*A* maius *ψ* || 862 occupa̍ ta̍ *E* || 863 Cur deinde *E Lipsius ex Orteliano ut uidetur. g?* Cur? deme *A* demens *ψ* demum *R Mog. al. Pall. an* Reconde f.? || ad mortem *E* in m. *A* || trahi *α err. typ.* || 866 Oeta *A* Oceano *E* || 867 abrupta) p *m. sec. E* || 869 asperi ϵ*A* asperum *R* || montis ϵ*A* || ponti *R Mog. G R10* || 870 at *A* et *E* || 872 thalamos *E* thalamis *A* || 875 Colligite *Ortel.* || immensas *E* ingentes *R* incensas *A* || 876 nulla non *E* nulla nunc *A* || cesset *ω* nulla concesset *Gron.* nulla non certet *scripsi.* ||

inpune saeui sceptra iam reges gerent,
inpune iam nascetur indomitum malum,
reddentur arae cernere adsuetae hostiam
similem colenti. sceleribus feci uiam,
ego uos tyrannis regibus monstris feris
saeuisque rapto uindice opposui deis.
cessas tonantis socia? non spargis facem
imitata fratrem et mittis ereptam Ioui
meque ipsa perdis? laus tibi erepta incluta est
ingens triumphus: aemuli Iuno tui
mortem occupaui.
HYL. quid domum inpulsam trahis?
erroris est hoc omne quodcumque est nefas.
haud est nocens quicumque non sponte est nocens.
DEIAN. quicumque fato ignoscit et parcit sibi
errare meruit: morte damnari placet.
HYL. nocens uideri qui mori quaerit cupit.
DEIAN. mors innocentes sola deceptos facit.
HYL. Titana fugies?
DEIAN. ipse me Titan fugit.
HYL. uitam relinques?
DEIAN. miseram, ut Alciden sequar.
HYL. superest et auras ille caelestes trahit.
DEIAN. uinci Hercules cum potuit, hinc coepit mori.
HYL. natum relinques fataque abrumpes tua?

---

878 gerant *E* gerent *A* gerunt *ψ* || 878 879 *uterque deest G solus u.* 879 *om. R10* || 881 colenti *ω* inmolanti *GR. sed uid. Herc. 1 903* || 883 exposui *R NHs.* || 885 eretam *E* || *a u.* 888 *ad u.* 928 *cum* Hyllo *loquitur Deianira E cum* Nutrice *A* || 889 est hic *ER* est hoc *Scaliger* esto hoc *NHs.* istic *ψ* istuc *A* || 891 fato *εψ* facto *α Bo.* || ut parcat *Gron.* || 893 qui mori quaerit *E* mortem querit *R* qui petit mortem *A* morte petit *g* || 895 fugiens *E* fugies *A* || ipse me Titan f. *A* thiestem titan f. *E* || 896 HYL. Vitam relinquens miseram. DEI. Vt a. s. *E* N (*i. e.* Nutrix) V. relinques misera. De. at A. s. *A* DEI. Miseram ut A. s. *Gron.* (Vt *ER* '*o. u. l.*' *Delrio* At *A* Et *R10* At A. sequar *om. g* || 897 et *A* ut *E* ||

DEIAN. quamcumque natus sepelit haec uixit diu.
HYL. uirum sequeris.
DEIAN. praegredi castae solent.
HYL. si te ipsa damnas, scelere te misera arguis. F.CXXXXVIIII
DEIAN. nemo nocens sibi ipse poenas abrogat.
HYL. multis remissa est uita quorum error nocens
non dextra fuerat. fata quis damnat sua?
DEIAN. quicumque fata iniqua sortitus fuit.
HYL. hic ipse Megaren nempe confixam suis
strauit sagittis atque natorum indolem
lernaea figens tela furibunda manu.
ter parricida factus ignouit tamen
sibi: nam furoris fonte cinyphio scelus
sub axe libyco tersit et dextram abluit.
quo misera pergis? cur tuas damnas manus?
DEIAN. damnat meas deuictus Alcides manus:
placet scelus punire.
HYL. si noui Herculem:
aderit cruenti forsitan uictor mali
dolorque fractus cedet Alcidae tuo.
DEIAN. exedit artus uirus ut fama est hydrae,
inmensa pestis coniugis membra abstulit.
HYL. serpentis illi uirus euictae autumas

---

900 Quacumque *E* Quicumque *R* Quaecunque *A* Quamcunque *Scaliger* || natus *E* natum *A* || haec *εA* hic *R* || 902 scelere *EA* sceleris *ME ψ* sceleris et misera *uel* miseram arguis *NHs.* || 903 abrogat *E* irrogat *A* || 905 fata *Eψ* facta *α* || 906 fuit *ER* fugit *A* || 907 Ipse hic *ψ* || megere nempe ophiniam *E* Megaram nempe confixam *A* ophioniam *finxit librarius ut supra u.* 895 Thyesten. Megaren *Gron.* || 908 indolem *εA* indoles *ψ* || 909 figens *EME* flectens *A* || 911 non *E* nam *A* || furori *E* furoris *A* || fonte) feroce *G g* || 912 axi *E* || drextram *E* || 913 cur *E* quid *A* || 915 Placet scelus punire *ER* Fraudem placet punire *A* || 919 920 *desunt sed in mg. m. sec. adscripta sunt haec:* HYL. Serpentis illud | uirus ut fam | est ydrae *E* || 919 Immensa *A* Immersa *Mog. Lipsius.* Immissa *NHs.* || 920 illud *A* illi *R g ψ* || enectae *E* euicte *R* ||

haut posse uinci, qui malum et nimium tulit?
elisit hydram, dente cum infixo stetit
media palude uictor effuso obrutus
artus ueneno. sanguis hunc Nessi opprimet,
qui uicit ipsas horridi Nessi manus?
DEIAN. frustra tenetur ille qui statuit mori.
proinde lucem fugere decretum est mihi.
uixit satis quicumque cum Alcide occidit.
NVTR. per has aniles ecce te supplex comas
atque ubera ista paene materna obsecro:
depone tumidas pectoris lassi minas
mortisque dirae expelle decretum horridum.
DEIAN. quicumque misero forte dissuadet mori
crudelis ille est. interim poena est mori,
sed saepe donum: pluribus ueniae fuit.
NVTR. defende saltem dexteram infelix tuam:
fraudisque facinus esse non nuptae sciant.
DEIAN. defendar illic: inferi absoluent ream,
a me ipsa damnor. purget has Pluton manus.
stabo ante ripas inmemor Lethe tuas
et umbra tristis coniugem excipiam meum.
sed tu nigrantis regna qui torques poli
para laborem. scelera quae quisque ausus est,
hic uincit error, [*Iuno non ausa Herculem
eripere terris*] horridam poenam para.

921 qua *E* qui *A post h. u. iterum leguntur haec:* Serpentis illud uirus ut fama est ydre *g* || 922 dente cum fixo tenens *E* dente cum infixo stetit *A* d. cum fixo trucem *NHs.*, *an* confixo tenens? || 925 horridi *EA* horridas ψ horridus *NHs.* || 926 tenentur *E* tenetur *A* || 929 *hic quoque* HYL. *E* NVT. *A* || ecce *om. R* || 931 lassi *E* laesi *A* || 933 suadet *E* dissuadet *A* || 934 illi α || 935 NVT. *A om. E* || donum pluribus *E* d. in pl. *A* || ueniae fuit ε*A* uenia obfuit *Grotius an* uenia afuit? || 936 NVN. *E om. A* || dextram ψ || 937 sciant *E* scias *A* sciat *ME*ψ || 938 absoluent *E* soluent *A* || 939 pluton *E* Pluto *A* || 944 uincet *E* uicit *A* uincit *GR.* || 944^{b} 945^{a} (Iuno — terris) '*totum hoc mihi suspectum ut alieno loco positum*' *Delrio. deleui.* || 944 ausa Herculem est *A* ausa est herculem *R* est *om. E* ||

sisyphia ceruix cesset et nostros lapis
inpellat umeros. me uagus fugiat latex
meamque fallax unda deludat sitim.
merui manus praebere turbinibus tuis
quaecumque regem thessalum torques rota.
effodiat auidus hinc et hinc uultur fibras.
uacet una Danais: has ego explebo uices:
laxate manes. recipe me comitem tibi
phasiaca coniunx. peior haec peior tuo
utroque dextra est scelere, seu mater nocens,
seu dira soror es. adde me comitem tuis
threicia coniunx sceleribus. natam tuam
Althaea mater recipe. nunc ueram tui
agnosce prolem. quid tamen tantum manus
uestrae abstulerunt? claudite Elysium mihi
quaecumque fidae coniuges nemoris sacri
lucos tenetis. si qua respersit manus
uiri cruore nec memor castae facis
stricto cruenta Beli*s* *in* ferro stetit:
in me suas agnoscat et laudet manus.
in hac adire coniugem turba libet,
sed et illa fugiet turba tam diras manus.
inuicte coniunx innocens animus mihi
scelesta manus est. pro nimis mens credula F. CL
pro Nesse fallax atque semiferi doli.
auferre cupiens paelici eripui mihi.
recede Titan tuque quae blanda tenes

948 deludat *E Æ R* decipiat *A* || 952 Vacet ω Vacat *Raphelengius et DHs. coni. Herc. I 504* || 953 tibi *ER* tui *A* || 954 hac *E* haec *A* || tuo *E* tua *A* || 955 Vtroque *E R* Vtraque *A* || dextera *E* || 955^b 956^a (scelere — soror es) *desunt R 10 G g uid. ad u.* 977 || 956 soror es *E* s. est *A* || 958 Altheam *E* || tui *E R* tuam *A* || 960 adstulerunt *E* || 963 facis ϵ *A* fides ψ || 964 cruentas *R* || bella cum ferro *E uid. Herc. I 265* Belias ferro *A* Belis in ferro *Gron.* || 965 agnoscat *E* cognoscat *A* || 966 Inhac *E* In hanc *A* || adire *R* coniugem *E* coniugum *A* || turba *E* turbam *A* || 967 Sed et *A* Et (*om.* Sed) *E* || 969 res *E* mens *A* || 970 atque *E* nanque *A* || doli *E* dolis *A* ||

in luce miseros uita: cariturae Hercule
lux uilis ista est. exigam poenas tibi
reddamque uitam. fata an extendo mea
mortemque coniunx ad tuas seruo manus?
uirtusne superest aliqua et armatae manus
intendere arcum tela missurum ualent
an arma cessant teque languenti manu
non audit arcus? si potes letum dare
animose coniunx, dexteram expecto tuam:
mors differatur. frange ut insontem Lichan,
alias in urbes sparge et ignotum tibi
inmitte in orbem. perde ut Arcadiae nefas
et quicquid aliud cessit. a bellis tamen
coniunx redisti.
HYL. parce iam mater precor.
ignosce fatis. error a culpa uacat.
DEIAN. si uera pietas Hylle quaerenda est tibi:
iam perime matrem. trepida quid renuit manus?
quid ora flectis? haec erit pietas scelus?
ignaue dubitas? Herculem eripui tibi,

---

973 cariturae $\epsilon\psi$ caritura α || 974 Lux illa sistat *E* Lux uilis ista est *A* (est *om. R10*) Lux ista satis est *uel* L. i. restat quae exigat *Gron.* Lux ista sit sat *1Gron.* || exigat *E* exigam *A* || sibi *E* tibi *A* || 975 fata an *E* fatane *A* || extendo *Eψ* extendam *α* || 976 ad tuas *ER* in tuas *A* || seruo *ER Delriani plerique* seruem *A* || 977 et armata manus *E Æ g Germanicus* et armatae manus ... ualent *Lipsius* Sarmatica et manus *A* || *post u.* 977 *interposita sunt haec:* Seu (Sed *R*) dira soror est (est soror *R*) adde me comitem tuis *R g R10 G uid. ad u.* 955 || 978 missurum *A* misserorum *E g* || ualent *ε g?* ualet *A* || 979 An arma *ε Æ R al. Pall.* Nun arma *α* Num *ψ* Nunc *Pall.* || 980 Non audit *ε Æ R ψ?* Nun audit *α* Num *ψ* || arcu si *E* || potes *ε R Lipsius (Æ?)* potest *A* || lętum *E* letum *R g? 1Pal.* telum *A* || 981 Animose *ε R Lipsius (Æ?)* Animosa *A* || 984 Inmitte *E* Emitte *A* || 985 cessit *E* restitit *A* || ab illis *ω* et ab illis *Gron.* a bellis *Bo.* a beluis *ipse conieceram.* || 986 *haec uerba* parce iam mater precor *desunt E* || 989 trepida *E* pauida *A* || renuit *E* tremuit *A* || 990 haec *E* hoc *A* || 991 eripuit tibi *E* ||

haec haec peremit dextra cui debes patri
auum tonantem. maius eripui decus
quam luce tribui. si tibi ignotum est nefas:
a matre disce. seu tibi iugulo placet
mersisse ferrum siue maternum libet
inuadere uterum: mater intrepidum tibi
praebebit animum. non erit tantum scelus
a te peractum: dextera sternar tua,
sed mente nostra. natus Alcide times?
ita nulla perages iussa nec frangens mala
[*erres per orbem, si qua nascetur fera:*]
referes parentem. dexteram intrepidam para.
patet ecce plenum pectus aerumnis: feri.
scelus remitto. dexterae parcent tuae
Eumenides ipsae. uerberum crepuit sonus.
quaenam ista torquens angue ui*brat*o comam
temporibus h*ir*tas squalidis pinnas quatit?
quid me flagranti dira persequeris face
Megaera? poenas poscis Alcidae? dabo.
iamne inferorum dira sedere arbitri?
sed*ent, reclus*as carceris uideo fores.
quis iste saxum inmane detritis gerit
iam senior umeris? ecce iam uictus lapis

---

992 dextera *E* || 994 in luce ϵ *A* in *del. NHs.* || 998 tantum *E* totum *A* || 999 1000 *desiderantur in E* || 1001 peragas ϵ *A* perages *R* || franges *E R* frangens *ME* peragens *A Mog. in ras.* || 1002 *abest E cf. infra u.* 1333 || 1003 Referes *E* Referas *A* || 1005 parcent *E* parcant *A* parcunt *R Mog.* parcam ψ || 1006 *interposuit post h. u. Delrius u.* 743 Tumensque tacita sequitur et quassans caput. || 1007 angui *E* angue *A* igne *NHs. cf. Herc. I 87* || uipereo ω *scripsi* angue uibrato *coni. Herc. I 793* || 1008 hastas *E* hirtas *scripsi* atras *A* || pinnas ϵ pennas ψ || 1009 Quid me flagranti dira *E* Quid me flagrante dira *A* Q. dira me flagrante *Scriuerius* || 1010 poscis *E* poscit *A* || alcidae *E* Alcides *A* || 1011 dira *E* diua *A* || 1012 Sed ecce diras *A* S. e. dira *E* Sed en reclusas Tartari uideo fores *Bo.* (reductas *NHs.*) Sedent, reclusas c. u. f. *LMueller* || 1013 detritis ϵ *A* detritus ψ || 1014 uictus *E R 10* uectus *A* ||

quaerit relabi. membra quis qu*at*itur rot*a*?
hic ecce pallens dira Tisiphone stetit,
causam reposcit. parce uerberibus precor
Megaera parce. sustine stygias faces:
scelus est amoris. sed quid hoc? tellus labat
et aula tectis creuit excussis. minax
unde iste coetus? totus in uoltus meos
decurrit orbis, hinc et hinc populi fremunt
totusque poscit uindicem mundus suum.
iam parcite urbes. — quo fugam praeceps agam?
mors sola portus dabitur aerumnis meis.
testor nitentis flammeam Phoebi rotam
superosque testor: Herculem in terris adhuc
moritura linquo.
HYL. fugit attonita ei mihi.
peracta iam pars matris est: statuit mori
nunc nostra superest mortis auferre impetum.
o misera pietas. si mori matrem uetas:
patri es scelestus. si mori pateris: tamen
in matre peccas. urget hinc illinc nefas.
inhibenda tamen est uerum et eripiam scelus.

CHORVS. F. CLI

Verum est quod cecinit sacer
thressae sub Rhodopes iugis

1015 queritur *E* teritur *NHs.* quatitur *scripsi* praebet *A* || rotae ϵ *A* rota *NHs.* || 1016 patiens *E* pallens *A* || thesiphone *ψ* || 1017 reposcit *E* poposcit *A* || 1020 creuit *E* crepuit *A* || excussis ϵ *ME IPal.* excessit *A* || 1025 erumnis meis *E G?* aerumnis locus *A* loco *R g IPal. Germanicus* laetus *IPal.* || 1027 in terris *E* in *om. A* || 1028 ei *E* hei *A* || 1029 et *E* est *A* || 1030 aufero *Lipsius an* aufer? || 1032 Matri *α err. typ.* || 1033 pecca surget (s *suprascr.*) *E* peccas surget *g* p. surgit *A* urget *Gron.* || scelus *E* nefas *A* || 1034 uerum et *E* serum *LMueller* pergam et *A* || *a u.* 1135 *ad u.* 1134 *bini uersus coniuncti E* || 1036 Rodopes *E A* Rodope *ψ* ||

aptans pieriam chelyn
Orpheus Calliopae genus
aeternum fieri nihil.

b Illius stetit ad modos
torrentis rapidi fragor
oblicusque sequi fugam
amisit liquor impetum.
[*et dum fluminibus mora est,*
defecisse putant Getae
Hebrum Bistones ultimi.]

b′ Abrupit scopulos Athos
Centauros obiter ferens
et iuxta Rhodopen stetit
laxatam niue candidus.

a′ Aduexit uolucrem nemus
et silua residens uenit,
aut si qua aera peruolat,
auditis uaga cantibus
ales deficiens cadit.

b Et quercum fugiens suam
ad uatem properat Dryas,

1037 aptans *E* tangens *A* || pieriam *E* *Æ* Threiciam *A* || 1042 Oblitusque *ω* Oblicusque *scripsi conl. Horat. c. II 3, 11* || fugam *E* fugas *A* fugax *Lipsius* sui fugax *Bo.* || 1044—1046 *deleui consentiente A Goebelio.* || 1045 getae *E* gete≣ *R* Geten *A* || *conmutaui strophas* a′ b′ (*uu.* 1047—1051 1052—1055) || 1052 Abrūpit *E* Abrupit *A* || 1053 Centauros obiter *E ψ* Centauris obitum *α* Centauros comites *NHs.* || 1054 rhodopen *E Æ R al. Pall. Marmita* Rhodope *A* || 1055 lassatam *E* Laxatam *Bo.* Laxata *A* || cantibus *εA* cautibus *al. Pall.* candidus *g Pall. quidam Bo.* || 1047 uoluere *E* uolucres *A* uolucrem *ψ* || 1048 Et silua resides uehit *Scaliger* || 1049 siqua *EA* si quae *Scaligerana* || aere *E* aera *A* ||

ad cantus ueniunt tuos
ipsis cum latebris ferae.

b′ Iuxtaque inpauidum pecus
sedit marmaricus leo
nec dammae trepidant lupos
et serpens latebras fugit.
[*tunc oblita ueneni.*]

c⁰ Quin per taenarias fores
manes cum tacitos adit
maerentem feriens chelyn,
cantu tartara flebili
et tristes Erebi deos
ui*c*it nec timuit Stygis
iuratos superis lacus.

c Haesit non stabilis rota
uicto languida turbine,
increuit Tityi iecur,
dum cantus uolucres tenet
et uinci lapis inprobus,
— — — ⏑ ⏑ — ⏑ —
et uatem potuit sequi.

c′ Audito quoque *carmine*
inferni ratis aequoris
nullo remigio uenit.
tum primum stygius senex

1058 tuos *E* suos *R g* suis *A* || 1059 Ipsis *ER* Ipsae *A* || 1064 Tunc oblita ueneni ω T. o. mali sui *edd. princeps et lugdunensis. deleui adscriptum ex Silii l. III 301. idem statuit de hoc u. GR.* || 1065 Quin ε*A* Qui ψ || 1066 cum tacitos *E ME IIPall. Germanicus* contacitos *R* commonitos *A* || 1070 Vidit *E R* Vicit *Bo.* Mouit *A* || 1075 cantu *E Ascensius* cantus *A* || uolucres ε*A* uolucrem *Ortel.* || *reuocaui huc uu.* 1085 1086 *qui cum unius uersus iactura infra inrepserunt* || 1076 Audito ω Aurito *Clerkius* Adiuto *NHs.* || nauita ω carmine *scripsi.* || 1079 stygius *E R (supra adscr.) g* Phrygius *A* ||

undis stantibus inmemor
excussit rabidam sitim
nec pomis adhibet manus.

d Sic cum linqueret inferos
Orpheus carmina *temperans*,
consumptos iterum deae
supplent E u r y d i c e s colus.

d′ Sed dum respicit inmemor
nec credens sibi redditam
O r p h e u s E u r y d i c e n sequi,
cantus praemia perdidit,

d Q u a e n a t a e s t iterum, perit.
tunc solamina cantibus
quaerens flebilibus modis
haec O r p h e u s cecinit Getis:

d Leges in superos datas
et qui tempora digerens
quattor praecipitis deus
anni disposuit uices:

d′ — — — . . — . —
— — — . . — . —
nulli non auidi colus
Parcas stamina nectere.

1081 Excessit *E* Excussit *A* Exclusit *NHs.* || rabidam *E A* rapidam *ψ* || 1083 Sic cum inquirens inferos *E* Sed cum linqueret inferos *A* Q u i n cum *NHs.* || 1084 funderet *E* fundens *A* f u n d i t a n s *Gron.* d i u i d e n s *Bentleius* carmina t e m p e r a n s *repetii ex Boetii l. III c. 12, 21.* || 1087 Consumptos *E* Consumptas *A* || 1089 Sed *εA* Et *R* || 1090 Nec *εA* Non *R* || 1093 Quonam est *E* Quae nata est *A* || 1094 Tunc *ω* T u m *Bo.* || 1096 H a s *With.* || 1098—1100 (Et qui — uices) *Rutgersius transponendos censuit post u.* 1113 *probante et Gron. et With. et GR* || 1098 E x q u o *Bo.* || digerit *E* digerens *A* || 1099 Quattuor *E* Quatuor *A* C e r t a s *With.* || praecipites *E* praecipitis *A* || *ante u.* 1101 *duo uersiculi interciderunt* || 1101 auidi colus *E* auidas colo *A* auidas polo *ψ* || 1102 Parcat *E* Parcas *A* ||

d′ Quod natum est, poterit mori.
— — — . . — . —
uati credere thracio
deuictus iubet Hercules.

f Iamiam legibus obrutis
mundo cum ueniet dies:
australis polus obruet
quicquid per Libyam iacet
et sparsus Garamans tenet.

f′ Arctous polus obruet
quicquid subiacet axibus
et siccus Boreas ferit.
amisso trepidus polo
Titan excutiet diem.

g Caeli regia concidens
ortus atque obitus trahet
atque omnis pariter deos
perdet mors aliqua et chaos. 1119

g′ Discedet uia tartari, 1123
fractis ut pateat polis 1124
et mors fata nouissima
in se constituet sibi.

g Quis mundum capiet locus? 1122
an quod diuidit aethera
a terris spatium sat est
et mundi nimium malis?

---

post u. 1103 *unus uersus desideratur* || 1104 traicio *ψ* || 1105 Me uictus *R* || 1106 regibus *E* legibus *A* || obruptis *R* || 1108 obruit *E* obruet *A* || 1111 Arctos *E* Arctous *A* || 1114 Amisso *E* Amissum *A* || 1116 concidens *E* concidet *A* || 1117 Ortos *E* Ortus *R 1Pal. g?* Certos *A* || 1119 nox alia *NHs.* || *post h. u. interponi iussi uu.* 1123 1124. || 1123 Discede *E* Discedet *A* || 1124 Fractis *E* Stratis *A* || 1127 Et mundi niuieum est malis *E* Et mumdi (*uitium α*) nimium malis *A* numinum *G* ||

g′ Quis tantum capiet nefas
fati? qui superis locus
pontum tartara sidera
regna unus capiet tria?

h Sed quis non modicus fragor
aures attonitas mouet?
— — — · · — · —
est est herculeus sonus.

HERCVLES.

Conuerte Titan clare anhelantes equos.
emitte noctem: pereat hic mundo dies
quo morior, atra nube inhorrescat polus.
obsta nouercae. nunc pater caecum chaos
reddi decebat, hinc et hinc compagibus
ruptis uterque debuit frangi polus.
quid parcis astris? Herculem amittis pater.
nunc partem in omnem Iuppiter specta poli,
ne quis gigas thessalica iaculetur iuga
et fiat Othrys pondus Encelado leue.
laxabit atri carceris iam iam fores
Pluton superbus, uincula excutiet patri
caelumque reddet. ille qui pro fulmine

1129 Fratrum ϵ *ME* Fatum ψ Fati *A (R IPal.)* || qui *E* quis *A* || superis *E A* superus *ed. Paris. a. 1515.* Qui t. c. n. Fati quis superest locus? *Bo.* Quis t. c. n. Fati, quis, Superi, locus *Gron.* || 1130 tartara sidera *E* sidera Tartara *A* || *post u.* 1133 *sine dubio excidit uersiculus.* || HERCVLES *Eψ* CHORVS *add. A* || 1135 HER. *E om. A* || 1137 morior *ER* moriar *A* || 1138 obsta ϵψ obstat *α* obstet *Mog.* || nouerca *E A* nouercc ψ nouercae *Lipsius.* || caelo *E* caelum *A* tetrum *R* || 1139 hinc hinc *E* || 1141 amitis *α err. typ.* || 1142 partem in omnem *E R Regiomontanus.* parte in omni *A* p. ab omni *Delrius conl. Herc. I 1209* || spectat *E* specta *A* || 1143 Nec quis *E* || 1145 Laxabit ϵ*A* laxauit ψ || 1147 *deest E* || Caeloque *A* Celumque ψ *(R g)* ||

tuisque facibus natus in terris eram,
ad Styga reuertor. surget Enceladus ferox
mittetque quo nunc premitur in superos onus.
regnum omne genitor aetheris dubium tibi F. CLII
mors nostra faciet. ante quam spolium tui
caelum omne fiat, conde me tota pater
mundi ruina. frange quem perdis polum.

CHORVS.

a Non uana times nate tonantis:
iam te caeli regna sequentur.
iam thessalicam Pelion Ossam
premet et Pindo congestus Athos
nemus aethereis inseret astris.

a′ Vincet scopulos inde Typhoeus
et tyrrhenam feret Inarimen,
feret aetnaeos inde caminos
scindetque latus montis aperti,
nondum Enceladus fulmine uictus.

HERCVLES.

Ego qui relicta morte contempta Styge
per media Lethes stagna cum spolio redi
quo paene lapsis excidit Titan equis,

1148 natus in terris *E A* in terris natus *ψ* || erat *E* eram *A* || 1150 Montemque *E* Mittetque *A* || onus *ω* || 1153 faciat *E* fiat *A* || 1154 premis *E* perdis *A* || CHORVS *E ψ om. A* || 1155 Chori *nota praefixa A om. Eψ* || *u.* 1161 *huc reuocaui* || regna *E* signa *A* || 1156 Nunc *ER* Iam *A* || thessalicam p. ossam *ER* Thessalica P. Ossa *A* || 1159 tipheus *ψ* || 1160 tyrrheam *E* || in arimen *ER* || HERCVLES *E ψ om. A* || 1165 Herculis *nota praefixa A om. E ψ* || 1166 stagna *ε A* stadia *ψ* || 1167 Quo poenae lassis *E* Quo pene lapsis *R* Cum pene lassis *ME* (lapsis *corr. Lipsius*) Cum pene trepidis *A fort.* Quom p. lapsus *conl. Herc. I u. 60.* ||

ego quem deorum regna senserunt tria
morior nec ullus per meum stridet latus
transmissus ensis, haut meae telum necis
saxum est nec instat montis abrupti latus
aut totus Othrys, non truci rictu gigans
Pindo cadauer obruit toto meum:
sine hoste uincor quodque me torquet magis
o misera uirtus, summus Alcidae dies
nullum malum prosternit, inpendo ei mihi
in nulla uitam facta. pro mundi arbiter
superique quondam dexterae testes meae
pro cuncta tellus, Herculem uestrum placet
perire *iner*tem? dirus o nobis pudor
o turpe fatum. femina herculeae necis
auctor feretur, morior Alcides quibus?
inuicta si me cadere feminea manu
uoluere fata perque tam turpes colus
mea mors cucurrit: cadere potuissem *ei* mihi
Iunonis odio: feminae caderem minis
sed caelum habentis. si nimis superi fuit:

1170 aut *E G* haud *A* || 1171 *abest E* || instar *A* instat *R Delrius*. aut meae titulus necis Saxum nec instat m. a. l. *NHs*. || abruptum *Bo*. || 1172 Est totus athos *E* Aut totus Othrys *A* || nec *E t. Gron.* non *A* || rictu *E* uultu *A* || gygans *E* Gigas *A* Gyges *Raphelengius*. || 1175 summis *E* summus *A* || 1176 impende ei mihi *E* impendo hei mihi *Æ* impendo male *A* || 1177 facta ε *A* fata *ψ (R g)* || 1178 quondam meae *E (?)* testes meae *A* || 1179 herculem ur̃m placet *E* Herculis uestri placet *A* || 1180 Morte ferire *E* Morte feriari *Gron.* H. u. hac p. Morte interire *uel* morte hac perire *NHs.* Mortem perire *A* Perire inertem *LMueller* || 1182 morior a. quibus *E* auctor A. quibus? *A* horror A. q. *NHs.* || 1183 Iniqua *uel* Inuita *NHs.* || 1184 quodque tam turpe scelus *E* perque t. t. colos *A* terque t. t. c. *ψ* || 1185 potuisset mihi *E* potuissem mihi *A* p. hei mihi *Lipsius*. || 1186 Iunonis odio cadere potuissem nimis *E* I. o. feminae caderem minis *A* manu *NHs. conl.* 1189 1322 || 1187 si nimis ε *ψ* sin nimis *Gruter* sed nimis *A* || superi *E* superis *A* ||

scythico sub axe genita domuisset meas
uires Amazon. feminae cuius manu
Iunonis hostis uincor? hinc grauior tui
nouerca pudor est. quid diem hunc laetum uocas?
quid tale tellus genuit iratae tibi?
mortalis odia femina excessit tua.
adhuc f*u*rebas esse te Alcidae inparem:
uicta es duobus: pudeat irarum deos.
utinam meo cruore satiasset suos
nemeaea rictus pestis aut centum anguibus
uallatus hydram tabe pauissem mea.
utinam fuissem praeda Centauris datus
aut inter umbras uinctus aeterno miser
saxo sederem, spolia cum traxi ultima
fato stupente. nunc ab inferna Styge
lucem recepi, Ditis euici moras,
ubique mors me fugit. ut telo inclitae
mortis carerem *tot* ferae uictae *iacent*.
non me triformis sole conspecto canis
ad Styga reduxit, non sub hesperio polo
hibera uicit turba pastoris feri,
non gemina serpens, perdidi ei mortem mihi
totiens honestam, titulus extremus quis est?

1190 hic g. tibi *Gron.* || 1191 laetum *A* talem *E* || 1194 ferebas ω furebas *Gruter et NHs.* fremebas *Lipsius* || 1197 Nemea ω *corr.* α || 1198 Velatus *R* || patuisset meas *E* pauissem mea *A* || 1200 uinctus *E IIIDelriani* uictus *A* || 1202 facto *E* fato *A* || nunc ε ψ tunc *A* || 1203 lucis *E* ditis *A* || erui *E* euici *A* Diem recepi lucis emerui *Gron.* Ditis erupi *NHs.* D. et rupi *LMueller* D. en rupi *GR.* euerti *conieceram.* || 1204 mors me *E* me mors *A* || leto *EA* telo *MÆ* titulo *NHs.* || inditę *E* inclito *A* || 1205 Mortis *E* Fortis *A* || o ferae ω pro ferae α || uictae ferae *E* uictae o ferae *A* tot ferae uictae iacent *GR. conl. uu.* 1245 1299 || 1206 iole *E* sole *A* || conspectu *E* conspecto *A* || 1207 A stiga *E* Ad Styga *A* || 1209 perdidi et mortem michi *E* perdidi mortem hei mihi *A* ||

CHORVS.

str. Viden ut laudis conscia uirtus
non lethaeos horreat amnes?
[*pudet auctoris, non morte dolet.*]
cupi*s* extremum finire diem — Quat. XVIIII
uasta tumidi mole gigantis — F. CLIII
et montiferum Titana pati
rabidaeque necem debere ferae,
sed tua causa est miseranda magis,
quod nulla fera est nullusque gigas:
iam quis dignus necis herculeae
superest auctor nisi dextra tui?

HERCVLES.

Heu qualis intus scorpios, quis feruida
plaga reuulsus cancer infixus meas
urit medullas? sanguinis quondam capax
tumidi *rigo*r pulmonis arentes fibras
distendit, ardet felle siccato iecur
totumque lentus sanguinem uexat uapor.

CHORVS *Eψ* || 1211 *Chori nota A om. E ψ* || 1213 *abest G deleui* || 1214 Cupit ϵ*A* Cupis *Bo.* || 1215 Vasta tumidi *E* al' tumidi *suprascr. R* uasta pressus *A* || morte *E* mole *A* || gigantis *E suprascr.* al' tis *R* gigantum *A* || 1216 mortiferum *E R m. pr.* montiferum *IIIPall. R m. sec. antiqui codd. Delrii* monstriferum *A* || 1218 Sed *E* Si *A* || tua ϵ *A* tue (e *in ras.*) *R* Si c. tuae est m. necis *Scaliger.* || 1219 fera est *A* est *om. E* || 1220 Nam quis *E* Iam quis *A* || 1221 tui ϵ *A* tua *Ascensius* || HERCVLES *E ψ om. A* || 1222 Herculis *nota praefixa A om. E ψ* || Heu qualis *E M* Heu quis *ψ* Ehu quis *α* Eheu *uel* Heu heu *Gruterus* || scorpios *E* scorpius *A* || 1223 reuulsus *EM* reuersus *A* || 1225 iecur ϵ *A* cor en *NHs.* ecce cor *Bo.* decus *Gron.* uigor *Bad.* rigor *scripsi* || 1226 d/scendit (*eraso* e) *R* || 1227 sanguine uexat *E* sanguinem auexit *A* ||

primam cutem consumpsit, hinc aditum nefas
in membra fecit, abstulit costis latus,
exedit artus penitus et totas malum
hausit medullas: ossibus uacuis sedet.
nec ossa durant ipsa, sed compagibus
discussa ruptis mole conlapsa fluunt.
defecit ingens corpus et pesti satis
herculea non sunt membra. pro quantum est malum
quod esse uastum fateor. o dirum nefas.
en cernite urbes cernite ex illo Hercule
quid iam supersit. Herculem agnoscis pater?
hisne ego lacertis colla nemeaei mali
elisa pressi? tensus hac arcus manu
astris ab ipsis depulit Stymphalidas?
his ego citatam gressibus uici feram
radiante clarum fronte gestantem caput?
his fracta Calpe manibus, *his ces*sit fretum,
his tot ferae tot scelera tot reges iacent?
his mundus umeris sedit? haec moles mea est?
haecne illa ceruix? hasne ego opposui m*ora*s
caelo ruenti? quis mea custos manu
trahetur ultra stygius? ubi uires prius

1228 aditum *E* abditum *R* aditus *A* || *haec uerba:* hinc a. n. i. m. fecit *desunt G R 10. 'Cruserianus non habet hos uersus* hinc — iecur, *sicuti nec binos qui praecedunt.'* || 1229 pestis *E g quidam Pall.* costis *A* || latus ϵ*Æ IPal.* iecur *A* || 1230 costas *E* totas *A* tostas *NHs.* || malum) l' uirus *superscr. R* || 1232 durant ossa *E (?)* durant ipsa *A* || 1234 pestis atest *E* pesti satis *A* || 1237 Incernite *E* En cernite *A* || 1238 Quid iam *A* Quid *om.* iam *E* || agnoscit *E* agnoscis *A* || 1239 Hisne ω His *GFabricius* || colla *E* spolia *A* || nemeae mala *E* nemeaei mali *A* nemei ψ || 1241 depulit *E Æ* detulit *A* || 1243 Radiata *E* Radiante *A* || 1244 carpent *E* calpe *A* || elisi *E* elisit *A* emisit *Gron.* his cessit *scripsi conl. Herc. I u. 960* Perdomita tellus, tumida cesserunt freta. his exit *GR.* || f^{r}erum *E* fretum *A* || 1246 mea *E R g?* mei *A* ea *IGron.* || 1247 hasne *E* has *A* || manus ϵ *A* moras *Gron.* || 1248 quis mea *E* cuius …49 ubi uires *E* o uires *A* || prius) patris *Bo.* ||

in me sepultae? quid patrem appello Iouem?
quid per tonantem uindico caelum miser?
iamiam meus credetur Amphitryon pater.
quaecumque pestis uiscere in nostro lates
procede: quid me uulnere occulto petis?
quis me sub axe frigido pontus Scythes,
quae pigra Tethys meruit aut Maurum trahens
hibera Calpe litus? o dirum malum,
utrumne serpens squalido cristam *si*tu
uibrans an aliquod e*s* mihi ignotum malum?
numquid cruore es genita lernaeae ferae
an te reliquit stygius in terris canis?
omne es malum nullumque. quis uoltus tibi est?
concede saltem scire quo peream malo.
[*quaecumque pestis siue quaecumque es fera:*]
palam timeris. quis tibi in medias locum
fecit medullas? ecce direpta cute
uiscera manus detexit, ulterior tamen
inuenta latebra est. o malum simile Herculi.
unde iste fletus? unde in has lacrimae genas?
inuictus olim uoltus et numquam malis

1251 uindico *E* uendico *A* || miser *E* mihi *A* || uindicor caelo miser *NHs.* || 1252 Amphitryon *E ψ* Amphitryo *A* || *abest h. u. G* || 1253 uisceribus in nostris *E* uiscere in nostro *A* || 1255 quis me *E* quis te *A* || 1256 meruit *E* genuit *A* || trahens *E* premens *A* || 1257 Eraclia penitus *E* Ibera Calpe litus *A* || 1258 squalido *E* squalidum *A* || cristam *E* crista *A* || caput *ω* situ *scripsi* || *u.* 1258 *abest G* || 1259 *abest E G* || aliquod est mihi *A* aliquod es *Bo. cum Delrio* a. et m. *Gruter.* || 1260 cruoris *E* cruore es *A* cr. gen. est *R* || ferens *E* ferae *A* || 1261 requirit *E* reliquit *A* || 1263 scire me malum *E* scire quo peream malo *A* || 1264 siue *E* saeua *A* || es fera *E R IPal. Cruser. Lipsius* es effera *ψ* effera es *α* es *om. Pall.* || *deleui coni. u.* 1253 || 1265 timeris *E* timeres *A* tumeres *uel* timori es *IPontanus.* || 1266 direpta *ω* || 1268 l. est esto m. *E* l. est o m. *A* || simul et *E* simile *A* || 1269 unde has lacrimas gerit *E* u. in has lacrimae genas *A* || 1270 et numquam *ϵ ψ* est nunquam *A* || magis *E* malis *A* ||

lacrimas suis praebere consuetus, pudet,
iam flere didicit. quis dies fletum Herculis
quae terra uidit? siccus aerumnas tuli.
tibi illa uirtus quae tot elisit mala,
tibi cessit uni. prima t*u* ante omnis mihi
fletum abstulisti. durior saxo horrido
et chalybe uoltus et uaga Symplegade
rictus meos infregit et lacrimam expulit.
flentem gementem summe pro rector poli
me terra uidit quodque me torquet magis
nouerca uidit. urit ecce iterum fibras,
incaluit ardor. unde nunc fulmen mihi? F. CLIIII

CHORVS.

ant. Quid non possit superare dolor?
quondam getico durior Haemo
nec parrhasio le*ni*or axe
saeuo cessit membra dolori
fessumque mouet per colla caput.
[*latus alterno pondere flectit.*]
fletum uirtus saepe resorbet.
sic arctoas laxare niues
quamuis tepido sidere Titan
non tamen audet uincitque faces
solis adu*l*ti glaciale iubar.

1271 consueris pudis *E* consuetus pudet *A* pudor *schedae Delrianae* || 1273 *pr. m. in mg. adscr. G* || 1274 *abest E* || 1275 prima et ω prima tu *NHs.* primo *Scaligerana* prima in aerumnis mihi *Gron.* prima tu prima hunc mihi *NHs.* || 1277 uagas tympfalida *E* uaga Symplegade *A* || 1278 Rictus ε *A* Ritus *R NHs. conl. Stat. Theb. XII 535* || expulit *E* extulit *A* || 1279 summa *Scaliger* || prorector *E ÆE Cantabrigiensis* protector *A* prospector ψ || CHORVS *E R om. A* || 1283 Chori *nota praef. A om. E R* || 1285 parnasio *E* ψ Parrhasio *A* || lentior ε*A* lenior *D et NHs.* Et P. lentior *Gron.* || 1287 mouet *E* mouens *A* || 1288 *deleui* || 1289 resorbet *E Lipsius (ÆE?)* resoluit *A* || 1292 uincitque *E* ψ uicitque α || faces *EA* nefas ψ || 1293 adusti ω adulti *Zinzerlingius cf. Petronius c. 119 u. 148* ||

HERCVLES. ALCMENA.

Conuerte uoltus ad meas clades pater.
numquam ad tuas confugit Alcides manus,
non cum per artus hydra fecundum meos
caput explicaret. inter infernos lacus
possessus atra nocte cum fato steti
nec inuocaui. tot feras uici horridas
reges tyrannos nec tamen uoltus meos
in astra torsi: semper haec nobis manus
uotum spopondit. nulla pro *p*er me sacro
micuere caelo fulmina, hic aliquid dies
optare iussit. primus audieris preces
idemque summus. unicum fulmen peto.
giganta crede: non minus caelum mihi
asserere potui, dum patrem uerum puto,
caelo peperci. siue crudelis pater
siue es misericors: conmoda nato man*u*
properante mortem et occupa hanc laudem tibi.
uel si piget manusque detrectat nefas:
emitte siculo uertice ardentes pater
Titanas in me qui manus Pindo ferat
aut te Ossa qui me monte pror*u*pto opprimat.
abrumpat Erebi claustra, me stricto petat

HERCVLES · ALCMENA *E A* HERCVLES *R utrumque om.* *ψ* || 1297 explicaret *E ψ* implicaret *α ex Danielis coni.* || 1298 obsessus *NHs. at cf. Herc. I 286* || 1300 nec *E* non *A* || 1302 propter me *E A* me propter *NHs.* per me (*om.* pro) *R* pro per me *scripsi* || 1303 aliquod *NHs.* || 1304 audieris *E* audierit *A* audiuit *R ms. Delrii* || 1306 caelum *E M̃E* uerum *A* || 1309 manum *ω* manu *scripsi* || 1310 Properante morte *E* Propera ante mortem *A* Properamque mortem *I Gron.* Properato mortem *Gron.* Properando mortem *NHs.* || 1311 detractat *ψ* || 1313 manus pindo ferat *E* manu Pindum ferant *A* || 1314 Aut ossa *E* aut te ossa *ψ* Ante Ossa *A* || proscripto *E* prorupto *NHs.* proiecto *A* || opprimat *E* opprimant *A* || 1315 Abrumpat *E* Abrumpe et *A* ||

Bellona ferro. mitte Gradiuum trucem.
armetur in me dirus: est frater quidem
sed ex nouerca. tu quoque Alcidae soror
tantum ex parente cuspidem in fratrem tuum
iaculare Pallas. supplices tendo manus
ad te nouerca: sparge tu saltem precor
telum. perire feminae possum manu.
iam fracta iam satiata quid *parcis*? minas
quid quaeris ultra? supplicem Alciden uides.
et nulla tellus nulla me uidit fera
te deprecantem. nunc mihi irata quidem
opus est nouerca: nunc tuus cessat dolor?
nunc odia ponis? parcis ubi uotum est mori?
o terra et urbes non facem quisquam Herculi
non arma tradet? tela subtrahitis mihi?
ita nulla saeuas terra concipiat feras
post me sepulto nec meas umquam manus
inploret orbis: [*si qua nascentur mala,*
nascetur odium] undique infelix caput
mactate saxis, uincite aerumnas meas.
ingrate cessas orbis? excidimus tibi?
adhuc malis ferisque suppositus fores,
nisi me tulisses. uindicem uestr*i* malis
eripite populi. tempus hoc uobis datur

1317 est *E ψ* et *α* || 1322 possum ε *R Pall.* possim *A* | 1323 pascis *ω* parcis minis *Gron.* parcis? minas *scripsi.* || 1326 Te de precante *E* Te te precantem *A* || 1326 irata pater *E* irata quidem || 1327 num *E* nunc *A* || 1328 Nom *(corr. pr. m.) E* Nunc *A* || 1329 terra *E* terrae || 1332 sepulto *E* sepultum *A* post me. Sepulti *NHs.* || 1333 nascentur mala *E* nascetur fera *A* || 1334 Nascetur odium *E* Nascatur alius *A* || undique *ω* || Nascantur ocius *Bad.* Iunonis odio *NHs.* Nascantur hodie aut undique *Gron.* Nascantur alio uindice *GR.* || 1333^b 1334 1335 1336^a *desunt G uu.* 1333^b 1334^a *huc ex errore transpositos suspicor ex Hercule I, ubi post u.* 940^a *uel* 941^a *deesse duo hemistichia eandem sententiam efficientia conieci.* || 1335 Mactare *E* Mactate *A* || 1338 uestris *E* uestri *NHs.* || 1339 Eripite *E Lipsius* Excipite *A* ||

pensare merita. mors erit pretium omnium.
ALCM. quas misera terras mater Alcidae petam?
ubi natus ubinam? certa si uisus notat,
reclinis ecce. corde anhelante aestuat,
gemit: peractum est. membra complecti ultima
o nate liceat, spiritus fugiens meo
legatur ore. bracchia amplex*u* cape. F. CLV
ubi membra sunt? ubi illa quae mundum tulit
stelligera ceruix? quis tibi exiguam tui
partem reliquit?
HERC. Herculem spectas quidem
mater sed umbram et uile nescio quid mei:
agnosce mater, ora quid flectis retro
uoltumque mergis? Herculem dici tuum
partum erubescis?
ALCM. quis feram mundus nouam
quae terra genuit quodue tam dirum nefas
de te triumphat? uictor herculeus quis est?
HERC. nuptae iacentem cernis Alciden dolis.
ALCM. quis tantus est qui uincat Alciden dolus?
HERC. cuicumque mater femina irata est sat*is*
ALCM. et unde in artus pestis aut ossa incidit?
HERC. aditum uenenis palla feminea *ad*d*i*dit.

1340 Pensare *E* Pensate *A* || Alcmena Hercules *R* Alcmena. Hercules. Ylus *G om. EA* || 1341 Alcmena *R* Alcmenae *nota praef. E A* || 1342 Vbi intus (*om.* est) *E* Vbi natus est *A* || 1343 Reclinis *E A* Recliuis *ψ* || anhelante *E* anhelanti *A* || 1344 ultimum *Bo.* || 1346 brachia et amplexus cape *E* br. in a. c. *A* brachia amplexu *Grotius* bracchia, amplexus cape *GR. fort.* bracchia in planctus date || 1348 tui[a] (a *pr. m.*) *E* || 1349 Partem reliquid | Quis feram mundus nouam | HER. Herculem spectas quidem *E* || 1350 umbram et uile *E* (umbret uile *E t. Gr.*) *ME* umbrae simile *A* | mee *R* || 1352 mergis *E* uergis *NHs.* maerens *A* || 1355 uictor herculeus *E A* uictor Herculis *GFabricius ex antiquis conl. u.* 1484 Herculis uictor *Scriueriana* || 1358 Cuicumque m. femina irata sat est *E* est satis *GR.* Quicunque m. feminae iratae sat est *A* || 1359 Et *E R* At *A* || 1360 feminea *E R* femineis *A* || dedit *ω* addidit *scripsi.* ||

ALCM. ubinam *ist*a palla est? membra nudata intuor.
HERC. consumpta mecum est.
ALCM. tantane inuenta est lues?
HERC. o mater hydram et mille cum Lerna feras
errare mediis crede uisceribus meis.
quae tanta nubes flamma sicanias secat,
quae Lemnos ardens, quae plaga igniferi poli
uetans flagranti currere in zona diem?
in ipsa me iactate pro comites freta
mediosque in amnes. — qui sat est Hister mihi?
non ipse terris maior Oceanus meos
franget uapores, omnis in nostris malis
deficiet umor, omnis arescet latex.
quid rector Erebi me remittebas Ioui?
decuit teneri. redde me tenebris tuis.
qualem subactis Herculem ostendes *f*eris?
nihil inde ducam, quid times iterum Herculem?
inuade mors nec trepida: iam possum mori.
ALCM. conpesce lacrimas saltem et aerumnas doma
malisque tantis Herculem indomitum refer
mortemque differ. quos soles uince inferos.
HERC. si me catenis horridus uinctum suis
praeberet auidae Caucasus uolucri dapem:
Scythia gemente flebilis gemitus mihi

1361 ipsa ϵ *A* ista *Bo.* || 1363 *et* 1364 *conmutauit GFabricius Regiomontani librum secutus. non consentiunt EA* || 1364 Lernae *Bo.* || 1363 crede *E R* credo *A* || 1365 secat *E* secans *GR.* bibit *A* || 1366 igniferi *E* ignifera *ME (?)* inferi *R* inferni *A* || 1367 uetat *E* uetans *A* || 1369 qui *E* quis *A* || 1371 franget ϵ *A* frangit *Scaligerana* frangat *NHs.* || 1374 teneri *E* tenere *A* || 1375 Qualem — ostendes *E* Talem — ostende *A* (al' tis) || subactum *R* || inferis ω feris *scripsi an delendus h. u.?* || 1376 Nichil inducam *E* Nichil inde ducam *R* Nil inde ducam *A* || 1377 ne trepida *E* nec tr. *R* non tr. *A* || iam uotum est mori *NHs.* || 1378 erumpna *E* aerumnas *A* || 1380 differ *E* uince *A* || quod ϵ*A* quos *R* || 1382 alique casus *E* aquilae *Gron.* auidae Caucasus *A* || 1383 Scithie *E* Sithiae (ae *ex* a *facto*) *R* Scy- || gemente ϵ *Delrio* gementem *A* rigente *NHs.* ||

non extitisset. si uagae Symplegades
utraque premerent rupe: redeuntis minas
ferrem ruinae. Pindus incumbat mihi
atque Haemus et qui thracios fluctus Athos
frangit Iouisque fulmen excutiens Mi*man*s.
non ipse si in me mater hic mundus ruat
superque nostros flagret incensus toros
phoebeus axis, degener mentem Herculis
clamor domaret. mille decurrant ferae
pariterque lacerent, hinc feris clangoribus
aetheria me Stymphalis hinc taurus minax
ceruice tota pulset et quicquid fuit
solum quoque ingens surgat hinc illinc *si*mu*l*
artusque nostros dirus inmittat *S*inis,
sparsus silebo. non ferae excutient mihi
non arma gemitus, nil quod inpelli potest.
ALCM. non uirus artus nate femineum coquit,
sed dura series operis et longus tibi
pauit cruentos forsitan morbos labor.
HERC. ubi morbus ubinam? des*t*ne adhuc aliqui*d* mali
in orbe? mecum ueniat. — huc aliquis mihi
intendat arcus. — nuda sufficiet manus.

1385 Vtreque *E* Vtraque *A* Vtrinque *ψ* || rupae redeuntes *E* rupe redeuntis *A* rupes *ψ* || 1388 iouisque f. excutiens minas *EM* Mimas *Lipsius* tonantis f. excipiens Iouis *A* || 1390 toros *E* rogos *A* || 1393 fera *E* feris *A* || 1395 fuit *E ψ* furit *α* || 1396 ingens *om. E* (magis *E t. Gron.*) || urgeat *E* surgat *A* || hinc et illinc *E* et *om. A* || nemus *E* fremens *A* simul *Gron.* frequens *NHs.* || 1397 Artusque in astra *NHs.* || durus *E* dirus *A* || immittat *E* emittat *Valckenaer* imminuat *A* || cinis *E* Sinis *Gron.* dolor *A* || 1399 nichil *E R* nil *A* || 1400 quoquit *E* || 1401 durus serpens *ψ* || tibi *om. E* || 1402 Pauit *E* Fauet *A* Fouit *NHs.* Fouetur *R Mog.* || cruentos ϵ cruentis *A* || morbos *E* morbis *A* || labor *E* dolor *A* || 1403—1406ª Vbi morbus ubinam est desine adhucaliqui*) mali | In orbe mecum ueniat huc aliquis michi | Intendatarcus**) n. s. m. |

*) aliquid *t. Gron.* **) arcum *E t. NHs.*

procedat agedum.
ALCM. ei mihi sensum quoque
excussit iste nimius inpulsu dolor. F. CLVI
remouete quaeso tela et infestas precor
rapite hinc sagittas: igne suffuso genae
scelus minantur. quas petam latebras anus?
[*dolor iste furor est: Herculem solus domat. —*
cur deinde latebras aut fugam uaecors petam?]
obire forti meruit Alcmene manu.
uel scelere pereat antequam letum mihi
ignauus aliquis mandat ac turpis manus
de me triumphat. ecce lassat*as* malis
*do*l*ore fessas adligat uenas *so*p*or
grauique anhelum pectus inpulsu quatit.
fauete superi. si mihi natum inclutum
miserae negastis: uindicem saltem precor
seruate terris. abeat excussus dolor
corpusque uires reparet herculeum suas.

Procedat agedum *E* Vbi mors? ubi illa? *) testis est aliquis mali? | Intendat arcus· n. s. m. | In orbe mecum **) ueniat· huc aliquis mihi | Procedat agedum huc. ***) *A scripsi* destne || aliquid mali *Gron.* || mecum pereat *GR. cf. u.* 1175 || 1406ᵇ Ei *E* Eh *g* Hei *A* Et *ψ* Vae *GR.* || sensum *E g?* sensus *A* || 1407 ille ϵ *A* illi *Bo.* iste *R* || impulsans *E IPal. g Lipsius* impussans *ME* impulsus *A* impulsum *Bo.* impulsu *Delrio cf. u.* 1418 || 1409 suffuso *E ψ* suffusae *A* || 1410 quas etiam latebras anus *E* qua (quas *Coloniensis*) fuga latebras petam *A* || 1411 1412 *uterque abest G Colon., in mg. adscripti a librarii manu R deleui coni. uu.* 1787 1801 || 1411 solus herculem *Eψ* Herculem solus *A* || 1412 latebras ϵ*ψ* lachrymas *A* || 1413 meruit *EA* meminit *ψ* || alcmena *E* Alcmene *A* || 1414 Vt *E* Vel *A* || 1415 mandat *E* mandet *A* || 1416 triumphat *E* triumphet *A* || lassatus *ω* lassatas *GR.* || 1417 Sopor *E* Sopore *A* || dolor *ω* || Dolore — sopor *scripsi coni. Herc. I u. 1079 Herc. II 1433* || 1418 anhelum ϵ *A* anelo *ψ* || impulsu ϵ *A* impulsum *A* || 1419 inclutae *E* inclytum *A* || 1420 negastis *E* negatis *A* || 1421 *abest E* ||

*) ubi ista est *R* **) mecum *om. ψ* ***) huc *add. a, om. Eψ*

HYLLVS. ALCMENA. HERCVLES. *PHILOCTETES TACITVS.*

Pro lux acerba pro capax scelerum dies.
nurus tonantis occidit, natus iacet,
nepos supersum. scelere materno hic perit,
fraude illa capta est. quis per annorum uices
totoque in aeuo poterit aerumnas senex
referre tantas? unus eripuit dies
parentem utrumque. cetera ut sileam mala
parcamque fatis: Herculem amitto patrem.
ALCM. conpesce uoces inclutum Alcidae genus
miseraeque fato similis Alcmenae nepos:
longus dolorem forsitan uincet sopor.
sed ecce lassam deserit mentem quies
redditque morbo corpus et luctus mihi.
HERC. quid hoc? rigenti cernitur Trachin iugo,
en inter astra positus euasi genus
mortale tandem. quis mihi caelum parat?
te te pater iam uideo. placatam quoque
specto nouercam. qui sonus nostras ferit
caelestis aures? Iuno me generum uocat.
uideo nitentem regiam clari aetheris,
Phoebique tritam flammea zonam rota. —
cubile uideo noctis. hinc tenebrae uocant.
quid hoc? quis a*rc*em cludit et ab ipsis pater
deducit astris? ora phoebeus modo

PHIL. TAC. om. ω || 1423 dies *E Raphelengius* dolor *A* || 1425 materno ω Centauri *uel* Nessaeo *NHs. coni. u.* 1472 || 1428 tanta se *E* tantas *A* || eripuit *ER* eripiet *A* || 1432 fato εψ nato *A* patri *Gron.* || 1435 Reditque *RGR.* || luctum *E* luctus *A* || 1436 trachio *E* || 1437 At inter *A R* Aut inter ψ *(g)* Inter *(om. particula) E* An *Bo.* En *NHs.* || 1440 qui ε ψ quis *A* || 1442 1443 *desunt E* || 1442 nitentem *A R* intentam ψ *(g)* intensam *ME* || 1444 tenebrae uocant *E* uocāt *g* tenebras uocat *A* || 1445 axem ε*A* arcem *scripsi.* || et ab *A* et *om. E* ab *om. IPal.* || 1446 deducit *E* deducor *A* || modo al' mea *R* ||

afflabat axis: tam prope a caelo fui,
Trachina uideo. quis mihi terras dedit?
Oete modo infra steterat, ac totus fuit
suppositus orbis: *qu*am bene excideras dolor.
haec Hylle dona matris hoc munus parat.
utinam liceret stipite ingesto inpiam
effringere animam quale amazonium malum
circa niualis Caucasi domui latus.
o *c*ara Megara tune, cum furerem, mihi
coniunx fuisti? stipitem atque arcus date.
dextra inquinetur: laudibus maculam inprimam:
summus legatur femina herculeus labor.
HYL. conpesce diras genitor irarum minas,
cogis fateri ... parce et hanc uocem occupa.
habet peractum est, quas petis poenas dedit:
sua perempta dextera mater iacet.
HERC. r*a*ti dolores, manibus irati Herculis
occidere meruit, perdidit comitem Lichas.
saeuire in ipsum corpus exanime impetus
atque ira cogit. cur minis nostris caret?
ipsum cadauer pabulum accipiant ferae.
HYL. plus misera laeso doluit, hinc aliquid quoque
detrahere uelles. occidit dextra sua.
tuo dolori plura quam poscis tulit.

1447 Afflauat *E* || iam *E* tam *A* quam *NHs*. *coni. Herc. I 983 Tro. 1187* || cęlo *E ME* leto *A* || fui ε *ME A* fuit ψ || 1449 Oetee modo inferas te peracto tutus fuit *E* Oete *Gron.* Modo nempe me infra steterat ac totus mihi *A* me *om.* ψ infra me *R* steterant *R G* || 1450 tam ω iam *NHs.* quam *scripsi coni. Phaed. 598* || 1451 *post u.* 1460 *traiecit Raphelengius.* || 1452 Hoc *E* Haec *A* || ille *E R 10 g* yle *R G* Hylle *A* || 1454 quali *Gron.* || 1456 clara ε *A* cara *NHs.* || megera *E* ψ Megara *A* || tum *E* tune *A* 1458 macula menbris *E* maculam imprimam *A* || 1463 Recti dolor es *E* Caeci dolores *A* Cassi dolores *NHs.* Aucti dolores *LMueller* Recte dolori est *Bo.* Rati dolores *scripsi coni. u.* 1460 (irarum minas) *et u.* 1470 (tuo dolori) || 1464 perdidi *E* perdidit *A* || licha *E* Lycas *A* || 1465 exanimę *E* || 1468 hinc *E* ψ huic *A* || 1469 dextera *E* || 1470 dolori *E* dolore *A* || poscas *NHs.* ||

sed non cruentae sceleribus nuptae iaces
nec fraude matris, Nessus hos struxit dolos
ictus sagittis qui tuis uitam expuit.
cruore tincta est palla semiferi pater
Nessusque nunc has exigit poenas sibi.
HERC. habet peractum est, fata se nostra explicant. F. CLVII
lux ista summa est: quercus hanc sortem mihi
fatidica quondam dederat et parnassio
cirrhaea quatiens templa mugitu nemus:
'dextra perempti uictor Alcide uiri
olim iacebis, hic tibi emenso freta
terrasque et umbras finis extremus datur.'
nil querimur ultra: decuit hunc finem dari,
ne quis superstes Herculi uictor foret.
nunc mors legatur clara memoranda incluta
me digna prorsus: nobilem hunc faciam diem.
caedatur omnis silua et oetaeum nemus
concipiat ignes, Herculem accipiat rogus
sed ante mortem. tu genus poeantium
hoc triste nobis iuuenis officium appara.
herculea totum flamma succendat diem.
ad te preces nunc Hylle supremas fero.
est clara captas inter in uoltu genus
regnumque referens Euryto uirgo edita
Iole, tuis hanc facibus et thalamis para.

1473 expulit ε *A* exspuit *Delrio* extulit *ψ* || 1475 HER. *R 10 G om.* ε *A* || 1476 HER. ε *A om. R 10 G* || pater actum est *E* peractum est *A* || fata ş. n. e. Lux i. s. est *absunt haec ψ* nostra se *ψ* || 1477 hanc summam *E ψ* hanc sortem *A* || 1480 Dextera perhemptus *E* Dextra perempti *A* || 1483 Nichil *E* Nil *A* || 1484 herculi *E* Herculis *A* || 1488 Concipiat ignes *E* Suscipiat ignis *A* Suscipiat ignem *ψ* || nemus *E* rogus *A* || 1489 te *E* tu *A* || 1492 ALC. *E om. A* || 1493 in uoltu *E* incultum *ÆE ψ* inclitum *g* incultas *A* Oechalias *Scaliger* || 1494 Regnumque *E ψ* Regumque *α err. typ.* Regemque *Scaliger* || 1495 talamis *E* thalamis *R* flammis *A* ||

uictor cruentus abstuli patriam lares
nihilque miserae praeter Alciden dedi,
et iste rapitur. penset aerumnas suas,
Iouis nepotem foueat et natum Herculis.
tibi illa pariat quicquid ex nobis habet.
tuque ipsa planctus pone funereos precor
o cara genetrix, uiuit Alcides tibi:
uirtute nostra paelicem feci tuam
credi nouercam. siue nascente Hercule
nox illa certa est siue mortalis meus
pater est, licet sit falsa progenies mei,
materna culpa cesset et crimen Iouis:
merui parentem: contuli caelo decus.
natura me concepit in laudes Iouis.
quin ipse quamquam Iuppiter credi meus
pater esse gaudet. parce iam lacrimis parens:
superba matres inter argolicas eris.
quid tale Iuno genuit? aetherium gerens
sceptrum et tonanti nupta mortali tamen
caelum tenens inuidit: Alciden suum
dici esse uoluit. perage nunc Titan uices
solus relictus: ille qui uester comes
ubique fueram, tartara et manes peto.
hanc tamen ad imos perferam laudem inclutam,

1496 HER. *E om. A* || patriam lares ϵ *ME* patrio a lare *A* a patrio extuli lare *R* || 1498 Et ipsa *E* Et ipse '*o. u. l.*' *Delr.* Et iste *A* || tuas *NHs.* || 1501 funereos *E* funebres *A* || 1502 clara ϵ *A* cara *NHs.* || uiuit *E* uiuet *A* || tibi *E* tuus *A* || 1503 nostrā *E* nostra *A* || 1504 nascentē herculē *E* nascente Hercule *A* || 1505 Nox ϵ *A* Non ψ || 1506 mei *E R* mihi *A* || 1507 *abest E* || 1508 1509 *desunt Gg* || 1510 quam *E* quamquam ψ quaque *A* quoque *R* || 1511 lacrimis parens *E ME R* lacrimis meis *A* || 1513 Quid tale iuno genuit *E* Q. t. genuit peperit (*om.* iuno) *ME* Q. t. Iuno peperit *A* || 1516 Dici esse ω Dici, esse *Bo.* Dici ipse *uel* Dici ecce *NHs. ipse* Dixisse *conieceram, sed uid. Terentius Heaut. u. 106* Ego te meum esse dici tantisper uolo *et u. 270* anus Quae est dicta mater esse ei antehac, non fuit. || 1516 1517 *commutati R* || 1517 noster *R Mog.* || relictas *NHs.* || 1518 Vbicumque *R* || 1519 indutam *E* ||

quod nulla pestis fudit Alciden palam
omnemque pestem uicit Alcides palam.

CHORVS.

a O decus mundi radiate Titan
cuius ad primos Hecate uapores
lassa nocturnae leuat ora bigae,
dic sub Aurora positis Sabaeis,
dic sub occasu positis Hiberis,

a′ Quique sub plaustro patiuntur ursae
quique feruenti quatiuntur axe,
dic ad aeternos properare manes
Herculem et regnum canis inquieti
unde non umquam remeauit ullus.

a″ Sume quos nubes radios sequantur,
pallidus maestas speculare terras
et caput turpes nebulae pererrent.
quando pro Titan ubi quo sub axe
Herculem in terris alium sequeris?

b Quas manus orbis miser inuocabit, 1537
thraciae si quis Rodopes alumnus 1542
durior terris Helices niuosae F. CLVIII
pa*sc*et humano stabulum cruore? 1544

1520 fudit *E* uicit *A* || 1521 Omemque *(sic) E* omnesque pestes *Bo.* || CHORVS *A om. E* || 1522 CHO. *E om. A* || 1527 1528 *conmutati A recto ordine E R* || 1528 feruenti quatiuntur axe *E* feruentem patiuntur axem *A* || 1529 Dic sub aet. *E* Dic ad aet. *A* || 1531 non numquam *E* non unquam *A* || rem. inde *E* rem. ullus *A* || 1533 Squalidus *NHs. ex Ouid. M. II 381.* || 1535 quo sub axe *E R M̶E̶* quoue summo *A* || 1537 innocabit *E* inuocabis *A* || *post h. u. reposui uu.* 1542—1544 || 1544 Sparget ϵ *A* Pascet *Gron. conl. u.* 1539 || pabulum *R* ||

b′ Si qua sub Lerna numerosa pestis
sparget in centum rabiem dracones,
Arcadum si quis populis uetustas
fecerit siluas aper inquietas.

b″ Quis dabit pacem populo timenti,
si quid irati superi per urbes
iusserint nasci? iacet omnibus par
quem parem tellus genuit tonanti.

a Planctus inmensas resonet per urbes
et comas nullo cohibente nodo
feminae exertos feriant lacertos
solaque obductis foribus deorum
templa securae pateant nouercae.

b Vadis ad Lethen stygiumque litus
unde te nullae referent carinae,
uadis ad manes miserandus unde
morte deuicta tuleras triumphum?

b′ Vmbra nudatis uenies lacertis
languido uultu tenuique collo,
teque non solum feret illa puppis
— ◡ — — — ◡ ◡ — ◡ — —

b Non tamen uilis eris inter umbras
Aeaconque inter geminosque Cretas
facta discernens feriens tyrannos.
— ◡ — — — ◡ ◡ — ◡ — —

1538 lerna *E* terra *A* || 1539 incentum *E* intentam *A* || dracones *E* draconis *A* || 1540 populis uetustas *E* (uetustis *E t. Gron.*) populi uetusti *A* || 1549 immensas ϵ *A* immensus *G* intensas *Egui.* intensus ψ (*R g*) || 1551 Feminae e. feriant *E* Femina e. feriat *A* || 1558 ueniens *E* uenies *A* || 1559 tenuique *E* trepidoque *A* || 1560 *post h. u. unius u. lacunam esse statui.* || 1562 Aeacosque *E* ψ Aeacumque *A* Aeaconque *Gron.* || 1563 facta *E* ψ fata *ME A* || discer[illegible] *E ME A* discernes ψ || feriens *E* feries *ME* feri ψ fieri *A* || [illegible] *ME* tyranni *A* || *excidit ultimus strophae* b *uersus.* ||

b′ Parcite o du*ra*s inhibete dextras:
laudis est purum tenuisse ferrum
dumque regnabas minimum procellis
in tuas urbes licuisse fati.

b Sed locum uirtus habet inter astra:
sedis arctoae spatium tenebis
an grauis Titan ubi promit aestus?
an sub occasu tepido nitebis,

b′ Vnde conmisso resonare ponto
audies Calpen? loca quae sereni
deprimes caeli? quis erit recepto
tutus Alcide locus inter astra?

b″ Horrido tantum procul a leone
det pater sedes calidoque cancro:
ne tuo uultu tremefacta leges
astra conturbent trepidetque Titan.

a Vere dum flores uenient tepenti
[*et comam siluis hiemes recident*]
uel comam siluis reuocabit aestas
pomaque autumno fugiente cedent,
nulla te terris rapiet uetustas.
tu comes Phoebo comes ibis astris.

1564 o duces *E G* o dices *A* o dites *ed. Basil. R* (*om.* o) *g?* inmites *Heinsianus minor* audaces *1Gron.* o duras *scripsi.* || 1566 Cumque *E* Dumque *A* || minus in p. *E* minimum *A* nimium *R* || procellis *E* cruentis *A* || 1567 fatis *E ψ* fati *Gron.* factis *A* || *quae secuntur a u.* 1568 *usque ad finem chori desiderantur in E* || 1568 Sed *A* Sin *Grotius* || 1570 grauis *A* graues *R* || 1571 rapido *Mog.* || 1573 loca quae *A* loca q̄ȝ (*sed deleto* ȝ) *R* locaqȝ *G g R10* || 1574 recepto *A (R)* recepti *ψ (g Mog.)* || 1575 Alcide *A* Alcida *Gron.* || 1576 tantum *A* tamen *R* || 1580 ueniunt *ψ (g)* uenient *A (R)* || 1581 recidunt *ψ (g)* recident *A (R)* || *h. u. sustuli* || 1582 *olim damnaui* || 1583 cadent *ψ* cadunt *ψ* caͤdent *R* cedent *A (g?)* ||

a′ Ante nascetur seges in profundo
uel fretum dulci resonabit unda,
ante descendet glacialis ursae
sidus et ponto uetito fruetur
quam tuas laudes populi quiescant.

b Te pater rerum miseri precamur:
nulla nascatur fera, nulla pestis,
non duces saeuos miseranda tellus
*horr*eat, nulla dominetur aula

b′ Qui putet solum decus esse regni
semper intensum tenuisse ferrum.
si quid in terris iterum timetur,
uindicem terrae petimus relictae.

b En quid hoc? mundus *t*onat. ecce maeret
maeret Alciden pater. an deorum
clamor an uox est timidae nouercae
Hercule *et* uiso fugit astra Iuno?

b′ *Pre*ssus an pondus titubauit Atlas?
an magis diri tremuere manes
Herculem et uisum canis inferorum
fugit abruptis trepidus catenis?

1588 discedet *A (R?)* descendet *ψ (g?)* desidet *NHs.* || 1589 obruetur *NHs.* || 1594 Habeat nec ulla dominetur aula *A sapphicorum hemistichia posteriora his uerbis contineri aliquando suspicatus sum.* Habeat nulla *Mog. g?* Horreat nulla d. a. *Lipsius* || 1595 potest *A* putat *R* put‸ (at written above) (at *in ras.*) *R 10* putet *Mog. g?* putent *ms. Raphelengii.* || 1596 intensum *A* impensum *ÆRgψ* intensum *uel* intentum *NHs.* || 1599 En *A (R m. pr.)* Hen *ψ* Hem *ψ (g)* Heu *Æψ* || sonat *A* tonat *Lipsius* || maeret *abest ψ (R g)* || 1600 Alcidae *A* alcidem *ψ (R g)* || 1601 timidae *A* tumidae *mg. Basil.* || 1602 an uiso *ω scripsi* et uiso || 1603 Lassus *A* Fessus *G* Fassus *GR.* Passus *ed. Fernandi cf. Thy. 933* magnum ... fracti pondera regni non inflexa ceruice pati. Pres-

b'' Fallimur: laeto uenit ecce uoltu
quem tulit Poeans umerisque tela
gestat et notas populis pharetras
Herculis heres.

CHORVS. NVNTIVS.

Effare casus iuuenis herculeos precor,
uoltune quonam tulerit Alcides necem.
NVNT. quo nemo uitam.
CHOR. laetus adeone ultimos
inuasit ignes?
NVNT. esse iam flammas nihil
ostendit ille qui sub hoc mundo Hercules
inmune *nil re*liquit. en domita omnia.
CHOR. inter uapores quis fuit forti locus?
NVNT. quod unum in orbe uicerat nondum malum
et flamma uicta est, haec quoque accessit feris,
inter labores ignis herculeos abit.
CHOR. edissere agedum flamma quo uicta est modo?
NVNT. ut omnis Oeten maesta conripuit manus:
h*u*ic fagus umbras perdit et toto iacet
succisa trunco, flectit hic pinum ferox
astris minantem et nube de media uocat,
ruitura cautem mouit et siluam tulit

1608 Poeas *A* peans *ψ (R g)* || humerisque *A R* humilisque *ψ (g)* || NVNTIVS · CHORVS *E* CHORVS · PHILOTETES *R* NVTRIX · PHILOCTETES *A (add.* alcmena *G) et sic per totam scaenam.* || 1612 Voltune *E* Voltuque *A* || 1614 essetam *E* esse iam *A* || 1615 sub hoc mundo *E* sub occasu *A* || 1616 Immune uinci*? (sic)* liquit en domita omnia *E* Immane nil reliquit *Gron.* edomita *NHs. conl. Herc. I 960* (perdomita tellus) Virtute uinci indomita docuit omnia *ψ* V. u. docuit indomita omnia *α*? || 1618 orbẽ *E* orbe *A* || uicerat *E* uenerat *A* || 1623 Hic *E* Hinc *A* Huic *Gron.* || toto ϵ *R* tota *A* || 1624 flecti[illegible] flexit hinc *A* || 1626 cautem *E* cautes *A* || tulit *E* tr

secum minorem. chaonis quondam loquax
stat uasta late quercus et Phoebum uetat
ultraque tot*um* porrigit ramos nemus,
gemit illa multo uolnere inpresso minax
frangitque cuneos, resilit incussus chalybs
uolnusque ferrum patitur et *r*igidu*m* *est* parum.
conmota tandem est, tum cadens latam sui
duxit ruinam. protinus radios locus
admisit omnis: sedibus pulsae suis
uolucres pererrant nemore succiso diem
quaeruntque lassis garrulae pinnis domos.
iamque omnis arbor sonuit et sacrae quoque
sensere quercus horridam ferro manum
nullique priscum profuit luco nemus.
aggeritur omnis silua et alternae trabes
in astra tollunt Herculi angustum rogum:
*par*itura flammas pinus et robur tenax
et breuior ilex, *alb*a se conplet rogo
populea silua fron*t*is herculeae *dec*us.
at ille, ut ingens nemore sub nasamonio

1628 uasta late *E R Lipsius* lata uasti *A* || poenas uocat *E* Phoebum uetat *A* || 1629 totos ϵ *A* totum *Raphelengius* || 1631 incussus *E* excussus *A* || 1632 patitur frigidus parum *E* p. et truncum fugit *A* ut rigidum parum *Gron.* et rigidum est parum *Bo.* || 1633 tandem est *A* est *om. E* || tum *E R* tunc *A* || candens *E* || latam sui *E ME* lenta mora *A* || 1634 nemus al' locus *R* || 1635 omnis *E R* (*superscr.*) omnes *A* || 1636 diem ϵ *A* domus *ψ* || 1637 nemus *E A* domos *Mog.* || 1639 horrid$\overset{u}{a}$m *pr. m. corr. E* || 1640 luco *E* ligno *A* || Nihilque p. p. luco decus *NHs.* || 1641 aeternae *E* alternae *A* || 1642 anguste *E* angustae *NHs.* augustum *A* angustum *Scaligerana* || 1643 Rapitura *E* Raptura *NHs.* Paritura *scripsi conl. Ouid. M. XV 347* Rapit alta *A* Rapitque alta *ψ* || 1644 silua se complet rogo *E* silua contexit pyram *A* silua sed complet rogos *Bo.* alba *scripsi* || 1645 salua *Bo.* || frondis ϵ *A* frontis *NHs.* || eschulee *uel* hesculee *ψ* || nemus ϵ *A* decus *NHs.* || 1646 Huc ille *NHs.* ||

aeger reclini pectore inmugit leo,
fertur — quis illum credat ad flammas rapi?
uoltus petentis astra non ignes erat. F. CLVIIII
ut pressit Oeten ac suis oculis rogum
lustrauit omnem: fregit inpositus trabes,
arcus poposcit. 'accipe haec' inquit 'sate
Poeante dona, munus Alcidae cape.
has hydra sensit, his iacent Stymphalides
et quicquid aliud eminus uici malum.
*H*is ut*e*r*e* felix iuuenis, has numquam inritas
mittes in hostem, siue de media uoles
auferre uolucres nube: descendent aues
et certa praed*ae* tela de caelo fluent.
nec fallet umquam dexteram hic arcus tuam:
librare telum didicit et certam dare
fugam sagittis, ipsa non fallunt iter
emissa neruo tela. tu tantum precor
accommoda ignes et facem extremam mihi. —
hic nodus' inquit 'nulla quem cepit manus,
mecum per ignes flagret. hoc telum Herculem
tantum sequetur. hoc quoque acciperes,' ait

1647 Agere *E* Aeger *A* || immugit *E* admugit *A* || 1648 Fertus? *(sic) E* || 1649 erat *E* erant *A* || 1650 oeten ϵ ψ Oetan *A* *) || 1651 omnem *E* omnes *A* || 1652 Arcus poposcit *E* Arcumque poscit *A* || 1653 dona et munus *E A* et *del. ed. Lugd.?* tela, m. A. tui *GR.* || 1654 sentit *statim corr. E*[1] || 1655 malum ω fudi manu Victrice. *GR.* || 1656 Victrice felix iuuenis has n. i. *E* Virtute felix iuuenis has n. i. *ME* Virtute felix iuuenis has enim n. i. *R* Victure felix. has enim n. i. *A (g)* His utere *NHs.* || 1657 hostem *E* hostes *A* || 1659 certam ψ || preda *E* praedae *Gron.* praedam *A* || fluent *E* ferent *A* || 1663 tela neruo *E* neruo tela *A* || 1664 Age commoda *NHs.* || ignes *A* ignē *E* || 1664[b] 1665 1666[a] (et facem — flagret) *desunt g* || 1665 cepit *E* capiet *A* || 1666 per ignes *E R10 m. sec. II uel III Pall.* peringens *NHs.* per ignem *A* || hoc telum sequatur *R* h. t. sequax *g 'm. s. u.' t. Commelino* || 1667 Tantum ϵ *A* Nam cur *R 'm. s. u.' Commelini* || sequetur *EA* sequatur *'m. s. u.' Commelini g* || hoc ϵ *A* hunc ψ *(R g)* ||

*) *Lactantium ad Statii Theb. IIII* 158 *attulisse haec uerba* 'Vt pressit Oeten' *Welckerus contendit p.* 1448 ('Hercules eo loco cui Prestion nomen est' *Lactantius*)

'si ferre posses. adiuuet domini rogum.'
tum rigida secum spolia nemeaei mali
arsura poscit. latuit in spolio rogus.
ingemuit omnis turba nec lacrimas dolor
cuiquam remisit. mater in luctum furens
diduxit auidum pectus atque utero tenus
exerta uasto uerbere in planctus *ru*it,
superosque et ipsum uocibus pulsans Iouem
inpleuit omnem uoce feminea locum.
'deforme letum mater herculeum facis:
conpesce lacrimas' inquit. 'introrsus dolor
*funer*eus abeat. Iuno cur laetum diem
te flente ducat? paelicis gaudet suae
spectare lacrimas. conprime infirmum iecur
mater: nefas est ubera atque uterum tibi
laniare qui me genuit.' et dirum fremens
qualis per urbes duxit argolicas canem,
cum uictor Erebi Dite contempto redit
tremente fato, talis incubuit rogo.
quis sic triumphans laetus in curru stetit
uictor, quis illo gentibus uoltu dedit
leges tyrannus? quanta pax habitum tulit.
haesere lacrimae, cecidit inpulsus dolor
nobis quoque ipsis, nemo pe*rit*urum ingemit,
iam flere pudor est. ipsa quam sexus iubet
maerere siccis haesit Alcmene genis

1668 regum *E* rogum *A* || 1669 nemaei *E* nemei *ψ corr.* *α* || 1671 Iengemuit *R* || 1673 Deduxit *E* Diduxit *A* || auid$\overset{v}{o}$ *E* || 1674 uasto uerbere *E* uastos ubera *A* || plactus *E* || furit *E* ferit *A* ruit *Gron. et NHs.* || 1676 feminea *E A* funerea *NHs. conl. u.* 1501 || 1678^{b} 1679^{a} (introrsus d. F. abeat) *haec om. R 10 G* || 1679 Femineus *E A* Funereus *scripsi.* || loetum *E* || 1681 comprime *E A* contine *ψ (R Mog.)* || firmum *ψ* || 1683 me *om.* *E* || 1685 contemtor *E* contempto *A* || 1686 Tremento *statim corr.* e *superscr.* E^{1} || 1689 habitum *E* obitum *A* obitus *ψ (Rg)* || hab. tenet *GR.* || 1690 Cessere *NHs. propter u.* 1693 || impulsus *E* expulsus *A* || 1691 puerum *E* periturum *NHs.* morituro *A* || 1693 alcmenae *E* alcmena *R* Alcmene *A* ||

stetitque nato paene iam similis parens.
CHOR. nullasne in astra misit ad superos preces
arsurus aut in uota respexit Iouem?
PHIL. iacuit sui securus et caelum intuens
quaesiuit oculis, arce an ex aliqua pater
despiceret illum. tum manus tendens ait:
'quacumque parte prospicis natum pater,
te te *precor* quem nocte conmissa dies
quaesiuit unus, si meas laudes canit
utrumque Phoebi litus et Scythiae genus
et omnis ardens ora quam torret dies,
si pace tellus plena, si nullae gemunt
urbes nec aras inpias quisquam inquinat,
si scelera desunt: spiritum admitte hunc precor
in astra. non me mortis infernae locus
nec maesta nigri regna conterrent Iouis,
sed ire ad illos umbra quos uici deos
pater erubesco. nube discussa diem
pande, ut deorum uoltus ardentem Herculem
spectet. licet tu sidera et mundum neges,
ultro pater: cogere. si uoces dolor
abstulerit ullas: pande tum stygios lacus

1694 Stetit (*om.* que) *α err. typ.* || 1695 ad sup. ε *A* aut sup. *ψ (R g)* || 1696 Arsurus *om. E* || 1700 *desideratur E* || 1701 Te te pater *E* Iste est pater *A* Te te precor *uel* Te deprecor *GR.* || 1702 canis *E* canit *A* || 1703 *abest E* || latus *R* || Scythae *α err. typ.* || 1704 amens ore *E* ardens ora *A* || qui *E* quam *A* || 1705 Siparce *E* Si pace *A* || mille *ψ* || 1706 impius *Raphelengius.* || 1707 amitte *E* admitti *A* admitte *Gron.* || hunopcor *E* hunc pater *GR. uid. ad u.* 1701 || 1708 ñ *E* nec *A* || noctis *uel* sortis *NHs.* || 1709 conterrent ε *A* conturbant *Mog.* || 1712 Parere (Pacere *t. NHs.*) *atr. minus nigro sed m. satis antiqua. primo spatium uacuum fuisse uidetur E* Pande *A* || uulgus *uel* coetus *NHs.* || ut — spectet *om. G* || 1713 licet *om. E* || 1714 Vltro pater *om. sed ante* cogere *spatium uacuum XII litterarum E* || 1715 ab-
\` s d tam̃
stulerit————it ulla pange tunc stigios lacus *E* (*quae minoribus literis descripsi sunt recentioris manus. quae etiam* ab *ex* at, pange *uidetur effecisse ex* tange). abstulerit *abesse testatur NHs.* Abstulerit ullas. pande tum *A* (tamen *ψ*) ||

et redde fatis. approba natum prius:
ut dignus astris uidear, hic faciet dies.
leue est quod actum est. Herculem hic genitor dies
inueniet aut damnabit.' haec postquam edidit,
flammas poposcit. 'hoc age Alcidae comes
non segnis' inquit: 'conripe oetaeam facem.
nouerca cernat quo feram flammas modo.
quid dextra tremuit? num manus pauida inpium
scelus refugit? redde iam pharetras mihi
ignaue iners inermis. en nostros manus
quae tendat arcus. quid sedet pallor genis?
animo faces inuade quo Alciden uides
uoltu iacere. respice arsurum miser.
uocat ecce iam me genitor et pandit polos.
uenio . . . .
uenio pater' uoltusque non idem fuit.
tremente pinum dextera ardentem inpuli.
refugit ignis et reluctantur faces
et membra uitant, sed recedentem Hercules
insequitur ignem. Caucasum aut Pindum aut Athon
ardere credas: nullus erumpit sonus,

1718 herculem hic genitor dies *E* Herculem genitor prius *A* || 1719 Inueniet aut (an *t. Gron. et NHs.*) damnabit *E* Inuenit an damnauit *A* || hęc postquã edidit *E* (hec *g* postquam *ψ* al' edidit *mg. R10*) hoc postque addidit *A* || 1720 *abest E post u.* 1722 *transposuit Gron.* || flammas *A* lacrimas *R* || 1722 oetaean *E* ethneam *R* Oetheam *A* || 1723 pauidum et impium *E* pauida impium *A* || 1725 *Thy. u. 176* Ignaue iners enervis || en ϵ *g? Lipsius* est *A* || 1726 quid sedet *E* quis sedet *A* qui *Bo. Bad.* || 1728 1729 Voltu iacere genitor et pandit deos *sed add. in mg. m. pr.:* Vocat ecce me genitor et pandit deos *E* (*desunt igitur haec:* respice arsurum miser) Vocat *etiam ME* Vultu iacere, respice arsurum miser· | Rogat ecce iam me genitor, et pandit polos *A* || 1730 Venio uenio pater *E g* Venio pater *A* || '*Mirum ni ante haec uerba* Vultusque n. i. f. *uersus unus et alter desideraretur*' *Gron.* || 1732 Trementē *E* || impulit *E* impuli *A* || 1733 luctantur *E* reluctantur *A* || 1734 uitat *E* uitant *A* || 1735 athon ϵ *ψ* Atho *A* || 1736 cernas *E* credas *A* || irrumpit *E* erumpit *ψ* erupit *A* ||

tantum ingemescit ignis. o durum iecur.
Typhon in illo positus inmanis rogo
gemuisset ipse quique conuulsum solo
inposuit umeris Ossan Enceladus ferox,
ast ille medias inter exurgens faces
semiustus ac laniatus intrepidus r*ig*ens
'nunc es parens herculea, sic stare ad rogum
te mater' inquit, 'sic decet fleri Herculem.'
inter uapores positus et flammae minas
inmotus inconcussus in neutrum latus
conrepta tor*qu*ens membra adhortatur monet
gerit aliquid ardens. omnibus fortem addidit
animum ministris, urere ardentem putes.
stupet omne uolgus, uix habent flammae fidem:
tam placida frons est tanta maiestas uiro.
nec properat uri cumque iam forti datum
leto satis pensauit, igniferas trabes
hinc inde traxit *m*inima quas flamma occupat
totasque in ignes uertit et qua plurimus
exundat ignis, reped*a*t intrepidus ferox.
tunc ora flammis inplet. ast illi graues
luxere barbae cumque iam uoltum minax
appeteret ignis, lamberent flammae caput:
non pressit oculos. sed quid hanc maestam intuor

1737 o dirum it *E* ad durum iecur *A* || 1738 imma........nis *E* || 1739 concussam *E* conuulsam *A* || 1741 Ast *E* At *A* || exurgens *A* exurens *A* || 1742 ruens *E* rigens *scripsi* rubens *A* || 1743 Nunc ē *E* es *NHs.* Nunc o *A* || herculem *E* Herculea *A* || 1744 stare *E* fleri *A* flere *Gron.* efferri *NHs. unde* ferri *Bad.* || 1745 uaporē *E* uapores *A* || 1747 torrens *E* torquens *Gron.* flectens *A* || 1748 forte *E* fortem *A* || 1749 ardente *E* ardentem *A* || 1752 poterat uti *E* properat uri *A* || tam *NHs.* || 1753 pensauis *pr. m. statim corr. E* || 1754 nimia ϵ *A* minima *Lipsius* || quis *E* quas *A* qua// *R* || 1755 ignes *E* ignem *A* || quas *E R* qua *A* || pluribus *E* plurimus *A* || 1756 repedit *E* repedat *scripsi* recipit *A* || 1757 Tunc *E* Nunc *A* || ast ϵ *A* at ψ || 1758 *desideratur E* || uultum *A* uultu ψ *(R g)* || 1759 ignis ϵ *A* ignes ψ *(R g)* || lamberunt *R* || 1760 *abest E* || hoc *A om.* ψ *(R)* hanc *ME g?* ||

sinu gerentem? reliquias magni Herculis
cineremque iactans squalid*a* Alcmene gemit.

ALCMENA. HYLLVS.

Timete superi fata: tam paruus cinis
herculeus. huc huc ille decreuit gigans.
o quanta Titan ad nihil moles abit.
anilis heu me recipit Alciden sinus.
hic tumulus illi est. ecce uix totam Hercules
conpleuit urnam. quam leue est pondus mihi
cui totus aether pondus incubuit leue.
ad tartara olim regnaque o nate ultima
rediturus ibas, quando ab inferna Styge
remeabis iterum? non ut et solitum trahas
rursusque Theseus debeat lucem tibi,
sed quando solus? mundus inpositus tuas
conpescet umbras teque tartareus canis
inhibere poterit? quando taenarias fores
pulsabis? aut quas mater ad fauces agar,
qua mors aditur? — uadis ad manes iter
habiturus unum. quid diem questu tero?
quid misera duras uita? quid lucem hanc tenes?
quem parere rursus Herculem possum Ioui?

1762 Cineremque *E ME* Carinamque *g* Crinemque *A* || iactans ε *A* tractans *Bo.* uectans *Gron.* gestans *GR.* || squalidum ω squalida *Gron.* || gemuit *E* || ALCMENA · HYLLVS *E* ALCMENA · PHILOCTETES *A* || 1763 ALC. *E om. A* || 1764 huc huc *E* est huc *A* || 1765 ad nichil *E* in nihil *A* || 1766 recipit *E* cepit ψ coepit α || 1767 ille *E* illi *A* || toton *E* totam *A* || 1768 leue est *A om.* est *E* || 1772 ut et *E*ψ uti α || solitum *E* spolium *A* || 1773 Rursusque *E R g* Rursumque *A* || 1774 mundus *E g?* ignis *A* || 1776 taenarias *E* trenarias *R* Taenareas *A* trenareas ψ || 1777 aut *E* ah *A* || quas) qua *Gron.* || faces *E* fauces *A* || 1780 Quid sera *NHs.* || 1781 Q. parare possum *E (?)* Q. parere rursus *A* ||

quis me parentem natus Alcmen*a* suam
tantus uocabit? o nimis felix nimis
thebane coniunx tartari intrasti loca
florente nato teque uenientem inferi
timuere forsan, quod pater tantum Herculis Quat. XX
uel falsus aderas. quas petam terras anus F. CLXI
inuisa saeuis regibus, si quis tamen
rex est relictus saeuus? ei miserae mihi.
quicumque caesos ingemit natus patres
a me petet supplicia, me cuncti obruent.
si quis minor Busiris, aut si quis minor
Antaeus *o*rbem feruidae terret plagae:
ego praeda ducar. si quis Ismarius greges
Thracis cruenti uindicat: carpent greges
mea membra diri. forsitan poenas petet
irata Iuno: totus *arm*etur dolor,
secura uicto tandem ab Alcide uacat,
paelex supersum, a*nti*qua supplicia expetat.
ne parere possem, fecit hic natus mihi.
utero timenda quae petam Alcmene loca?
quis me locus quae regio quae mundi plaga
defendet aut quas mater in latebras agar
ubique per te nota? si patriam petam

1782 Quis me ε*A* Quisnam *Gron.* Q. enim *uel* Q. iam *aliquando conieci.* Q. te p. n. Alcmene s. *NHs.* || alcmenen *E* Alcmenam *A* Alcmena *scripsi.* || 1784 tartarea *E* Tartari *A* || 1790 ingemuit natus *E* ingemit *NHs.* ingemunt nati *A* || 1791 peti *E* petet *E t. NHs.* petent *A* petunt *ψ* || 1793 urbē *E* urbes *A* orbem *NHs.* || feruidae *E* perfidae *A* || terrę *E* terret *Gron.* terrent *A* || 1794 ismarius *E* Ismarios *A* || ^{g}regis *E* greges *A* || 1795 *abest E (in mg. adscr. m. sec.)* || trhaces *E*² || uindicant *E*² uindicans *A* uindicat *R* || partem gregis *E*² || 1796 uri *E* duri *ψ* diri *A* || petit *E* petet *A* || 1797 uretur *ω scripsi* armetur *an* iteretur? || 1799 a qua supplicia *E* de qua suppl. *ψ* supplicia de qua *α* digna s. *Bo.* sera s. *GR.* antiqua *scripsi conl. Oed. fr. u. 37* || expetet *E* (expetat *E t. NHs. et Gron.*) exigat *A* || 1800 possim *E* possem *A* || 1801 Vtero timenda *E* timendae *NHs.* timendo *Bad.* Vterum timendum *A* || 1804 per te *E* certe *A* || sed *E* si *A* ||

laresque miseros: Argos Eurystheus tenet.
marita Thebas regna et Ismenon petam
thalamosque nostros in quibus quondam Iouem
dilecta uidi? pro nimis felix nimis
si fulminantem et ipsa sensissem Iouem.
utinam meis uisceribus Alcides foret
*e*reptus infans. nunc datum est miserae datum
uidere natum laude certantem Ioui:
ut et hoc daretur scire, qu*i*d fatum mihi
eripere posset. quis memor uiuet tui
o nate populus? omne *i*am ingratum est genus.
petam Cleonas? Arcadum populos petam
meritisque terras nobiles quaeram tuis?
hic dira serpens cecidit, hic ales fera,
hic rex cruentus, hic tua fractus manu
qui te sepulto possidet caelum leo.
si grata terra est, populus Alcmenen tuam
defendat omnis. thracias gentes petam
Hebrique populos? haec quoque est meritis tuis
defensa tellus: stabula cum regno iacent,
hic pax cruento rege prostrato data est:

1805 Argos *om.* *E* || 1806 Marita thebae regnat ismenon petam *E* Orbata Thebas regnum et Hismenum petam *A* (hismenium *R* hismeneum *R10* hysmenum *Gg*) M. Thebas regna et *NHs.* Thebes *Bo.* || 1808 pro felix nimis (*altero* nimis *om.*) *E* || 1810 a͏̊cides (l *supra*) *E* *post* foret *in mg. adscr.* l *m. pr.* *E* || 1811 Exceptus *E Mog.* Exectus *A* Esectus *R* Eiectus *G* (*cf. Herc. I 461* E matris utero fulmine eiectus puer) Exemptus *Gron.* *scripsi* Ereptus *conl. Ouid. M. III 310* || nunc d. est tempus datum est *E* nunc d. est miserae mihi *A* || 1812—1815 *desiderantur* *E* || 1813 Et hoc *A* Et//o// *R10* Vt hoc *NHs.* Vt et hoc *Gron.* || quod *A* quid *NHs.* || mihi *A* nichil *ψ* || 1815 nam *ψ* iam *α* || 1816 Arc. an pop. *A* an *om.* *E* || 1817 Meritisque *A* que *om.* *E* || terras nobiles *E* terram nobilem *A* Lernam nobilem quondam tuis *DHs.* Lernam n. ac Thracen tuis '*nisi excidisse uersum unum atque alterum opinamur*' *NHs.* || 1821 alcmene *E* Alcmenam *A* || 1824 Emensa tellus *NHs.* || 1825 Hic pax cauendo regerostrato *E* H. p. cruento rege prostrato *A* ||

ubi enim negata est? quod tibi infelix anus
quaeram sepulcrum? de tuis totus rogis
contendat orbis. reliquias magni Herculis
quis populus aut quae templa quae gentes colent?
quis iam petet, quis poscet Alcmenes onus?
quae tibi sepulchra gnate, quis tumulus sat est?
hic totus orbis, fama erit titulus tibi.
quid anime trepidas? Herculis cineres tenes.
conplectere ossa: reliquiae auxilium dabunt,
erunt sat *haec* praesidia: terrebunt tuae
reges uel umbrae.
HYL. debitos nato quidem
conpesce fletus mater Alcidae incluti.
non est gemendus nec graui urgendus *pr*ece
uirtute quisquis abstulit fatis iter.
aeterna uirtus Herculem fleri uetat.
fortes uetant maerere degeneres iubent.
ALCM. sedabo questus? uindice amisso pa*t*en*t*
terra atque pelagus quaeque purpureus dies
utr*i*mque clara spectat oceano rota.
quot misera in uno condidi natos parens?
regno carebam, regna sed poteram dare.
una inter omnes terra quas matres gerit

1826 negata est ϵ *ÆE R g?* est *om. A* Vni negata *Gron.* || 1827 rogus *E* rogis *A* || 1828 urbis *E* orbis *A* || 1829 quae gentes *om. E* || rogant *E* colent *A* || 1830 Quis quis petit *E* Quis iam petet *A* || poscit *E* poscet *A* || alcmene *R g* || 1831 tumulus *EA* titulus *IPal. g* || 1832 titulus *E* tumulus *A* || 1833 tenes *E ψ* tene *α* || 1834 Complectere ϵ *A* Complectar *Gron.* || 1835 satis pr. ϵ *A* sat haec pr. *Gron.* Haec sunt satis pr. *NHs.* || 1836b HYL. *E* PHI. *A* || nati *E* nato *A* || 1838 nece ϵ *A* prece *Peerlkampius LMueller* || 1841 uetant — iubent *E* uetat — iubet *A* ueta — iube *Gron.* || 1842 uindice amisso *E* uindicem amisi *A* || parens *EA* patens *Bo.* patent *scripsi* || 1843 1844 1845 *desunt G* || 1843 HYL. *E om. A* || Terra atque pelagus queque *E* Terrae atque pelagi quaque *A* || 1844 Vtrumque ϵ *A* Vtrimque *scripsi* || oceano *E* Oceanum *A* Ab utroque c. sp. Oceano r. *Gron.* || 1845 Quod *E* Quo *A* || in uno *A* tu nunc *E* || condidit *E* condidi *A* || natos ϵ *A* nato *ψ (Mog. R g)* || 1846 ALC. *E om. A* ||

uotis peperci, nil ego a superis peti
incolume nato: quid dare herculeus mihi
non poterat ardor? quis deus quidquam mihi
negare poterat? uota in hac fuerant manu:
quicquid negaret Iuppiter daret Hercules.
quid tale genetrix ulla mortalis tulit?
defleuit aliqua mater et toto stetit
succisa fetu bisque septenos r*o*g*o*s
deplanxit una: gregibus aequari meus
quot ille poterat? matribus miseris adhuc CLX
exemplar ingens derat, Alcmene dabo.
cessate matres, pertinax si quas dolor
adhuc iubet lugere quas luctus grauis
in saxa uertit. cedite his cunctae malis.
agedum senile pectus o miserae manus
pulsate. *t*un*e* funeri tanto sat e*s*
grandaeua anus defecta quam totus breui
iam quaeret orbis? expedi in planctus tamen
defessa quamquam bracchia. inuidiam ut deis
lugendo facias, aduoca in planctus genus.

CHORVS. ALCMENA.

Flete Alcmenen
magnique Iouis plangite natum

1848 nichil *E* nil *A* || 1849 quid *A* q̄ *E* || 1850 deus *et* quid *om. E* || 1853 genetrix *om. E* || una *E* ulla *A* || 1855 fletu *E* foetu *A* || uixque *E* bisque *A* || greges *ω* gregis *LMueller* rogos *scripsi* || 1856 Declausit *E* Deplanxit *A* || aequare *E* aequari *A* || meus ϵ *A* meis *ψ* || 1857 Quid ille? *(sic) E* Quot ille *A* || 1858 dabo *E* dabis *g* dabit *A* || 1863 et una *ω* at u. *Bo.* an u. *NHs.* pulsate et ubera. fun. *GR. scripsi* tune — es || 1864 manus *E* anus *A* || quam *E* quod *A* || breui ϵ *A* breuis *ψ (R g)* || 1865 Iam quaeret *ω* quod t. b. Anquiret *Gron.* quam t. b. Sequetur *NHs. conl. u.* 762 defecta? iam t. b. Queretur *GR.* quod t. b. Iam ploret *LMueller* || 1866 b. ut inuidiam *EA* b. inuidiam ut d. *Scriueriana* || 1867 aduoca ut in planctus *E* aduoca in planctum *A* || ALCMENA *R* ALCMENA SOLA *α* Planctus Alcmenae *G haec om. E ψ* || *CHORVS addidi.* || 1868 CHO. *A* || alcmenae *E* Alcmenen *A* ||

cui concepto lux una perit,
noctesque duas contulit eos:
ipsa quiddam plus luce perit.
totae pariter plangite gentes
quarum saeuos ille tyrannos
iussit stygias penetrare domos
populisque madens ponere ferrum.
fletum meritis reddite tantis.

a′ ALCM. Fleat Alciden caerula Crete
magno tellus cara tonanti.
centum populi bracchia pulsent.
totus totus personet orbis.
nunc Curetes nunc Corybantes
arma idaea quassate manu:
armis illum lugere decet.
nunc nunc funus plangite uestrum:
iacet Alcides
non minor ipso Creta tonante.

b *CHOR.* Flete herculeos Arcades obitus
nondum Phoebe nascente genus.
iuga Parthenii nemeaeque sonent
feriatque grauis Maenala planctus.
magno Alcidae poscite *fle*tum.
stratus uestris saetiger agris

1871 eous *E R G* Eos *A* || 1872 qd amplius *E* quiddam plus *A* || 1876 madens *E ψ* mandens *A (g)* || 1878 *transposui post u.* 1881 || 1879 ALC. *E om. A* || 1880 cara tonanti *E* clara tonante *A* || 1885 uerum *A* urûm *E* || 1888 *CH.O. addidi.* || 1889 Phoebo *ω* Phoebe *DHs. conl. Phaed. u. 786* || 1890 Iuga partheni *E g IPal.* Iuga sparten *ψ (R)* I. spartes *ψ* Spartem iuga *ψ* Et iuga Sp[illegible] 1891 Feriatque *E ψ* Feriantque *α* || grauis *A* gr[illegible] 1892 Magno Alcidae poscite gemitum *E* Mag[illegible] alciden gemitu *ψ (R g)* Poscite magno Alcide[illegible] Gemitu Alciden poscite magno *BSchm.* fle[illegible] promite *GR.* || 1893 agris *E* oris *A* ||

alesque sequi iussa sagittas
totum pennis *c*elata diem.

b′ *ALCM.* Flete Argolicae flete Cleonae:
hic terrentem
moenia quondam uestra leonem
fregit nostri dextera nati.
date Bistoniae uerbera matres,
gelidusque sonet planctibus Hebrus,
[*flete Alciden,*]
quod non stabulis nascitur infans
nec uestra greges uiscera carpunt.

c Fleat Antaeo libera tellus
et rapta fero plaga Geryonae.
. . — . . — . . — . . —
. . — . . — . . — . . —
mecum miserae plangite gentes.
audiat ictus utraque Tethys.

c′ Vos quoque mundi turba citati
flete herculeos numina casus:
uestrum Alcides ceruice meus
mundum superi caelumque tulit,
cum stelligeri uector Olympi
pondere liber spirauit Atlans.

d Vbi nunc uestrae Iuppiter arcis?
ubi promissi regia mundi?

1895 uelata ω celata *RKuenstler cf. Herc. I u. 247 Horat. C. S. 9* || 1896 *ALCM. addidi* || argolicae *Eψ* Argolici *α* || 1900 bisthoniae *E* Sithoniae *A* || natis *E* matres *A* || 1902 *deleui fort. transponendus erat ante u.* 1905 || 1903 uescitur *EA* nescitur *IPal.* nascitur *Ortel. IPal. Lipsius* || 1905 aethnaeo *E* Antaeo *A* || tellus et *E* || 1906 Rapta (*om.* Et) *E* || *strophae* c *duo uersus desiderantur.* || 1907 mecum Hesperiae p. g. *NHs.* || 1908 thehys *E (sic)* Tethys *A* || 1912 Mundi *E* Mundum *A* || 1914 strauit *E* spirauit *A* || 1915 uestrae εφ nostrae *A* || arcis *E* arces *A* || 1916 Vbi pr. r. m. *abest E* ||

nempe Alcides mortalis obit
nempe sepultus. quotiens telis
facibusque tuis ille pepercit.
quotiens ignis spargendus erat.
in me saltem iaculare facem
Semelenque puta.

d' Iamne elysias o nate domus,
iam litus habes?
ad quos populos · · — · · — F. CLXIII
natura uocat?
an post raptum Styx atra canem
· · — · · — praeclusit iter
teque in primo limine Ditis
fata morantur?

e Quis nunc umbras nate tumultus
manesque tenet?
fugit abducta nauita cumba
et Centauris thessala motis
ferit attonitos ungula manes
anguesque suos
hydra sub undas territa mersit
teque labores o nate timent?

e' Fallor fallor uaesana furens
nec te manes umbraeque timent:
non argolico rapta leoni

1917 mortalis o. n. sepultus *haec om. g* || abit *E* obit *A* || 1918 totiens *GR.* || stellis *E* telis *A* quociens tellus | Nempe alcides mor̃lis obit *g* || 1922 tuam *E* puta *A* || 1925 At quod (quos *t. NHs. et sic g*) populos | An post raptum | Natura uacat | Styx at^r^a (r *pr. m.*) canem p̃clusit iter | Teque *etc. E* Iam l. h., ad quod populos | Natura uocat? an post raptum | Styx atra canem praeclusit iter | Teque *etc. A* || *duo strophae* d' *hemistichia uidentur intercidisse* || 1937 sub undas *E ψ* sub undis *α* || 1939 Fallor *semel E* || furens *E* parens *A* || 1940 tenent *E* timent *A* ||

fulua pellis contecta iuba
laeuos operit dura lacertos,
uallantque ferae tempora *malae*.
donum pharetrae cessere tuae
telaque mittet iam dextra minor:

f Vadis inermis nate per umbras
ad quas semper mansurus er*a*s.

VOX HERCVLIS ET IDEM.

Quid me tenentem regna siderei poli
caeloque tandem redditum planctu iubes
sentire fatum? parce: iam uirtus mihi
in astra et ipsos fecit ad superos iter.

a ALCM. Vnde sonus trepidas aures ferit?
unde meas inhibet lacrimas fragor?
agnosco agnosco: uictum est chaos.

a′ A Styge nate redis iterum mihi,
fractaque non semel est mors horrida.
uicisti rursus mortis loca.

b Peruius est Acheron iam languidus
et remeare licet soli tibi
nec te fata tenent post funera.

1942 contempta *E* contenta *Gg* contecta *A* || 1943 Saeuos *E* Laeuos *A* || 1944 ferae t. gentes *E* (*i. e.* genae *reposui* malae) feri t. dentes *A* || 1945 fecere *E* cessere *A* || 1946 '*totum carmen abest a Mog.*' *Delr.* || 1948 eris ϵ *A* eas *NHs.* eras *scripsi.* || VOX · HERCVLIS · Et IDEM *E* Vmbra Herculis. Alcmene *G* HERCVLES · ALCMENA *A* || 1949 HERC. *R om. EA* || 1950 reditum *ERg* redditum *A* || planctu *A* tantũ *E* || 1951 iam *E* nam *A* || 1953 Vnde unde s. *E* || 1955 Agnosco *semel positum E* || esse *E* est *A* || 1958 rursus ϵ *A* rursum *Bo.* || mortis *E* noctis *A* eterne *q.* || 1959 *post u.* 1963 *traieci* || 1960 *abest E* ||

b′ An tibi praeclusit Pluton iter 1963
puppis et infernae uada *tristia*: 1959
et pauidus regni metuit sibi? 1964

c Certe ego te uidi *flagrantibus*
inpositum siluis, cum plurimus
in caelum fureret flammae metus.

c′ *Arsisti.* cur te cur ultima
non tenuere tuas umbras loca?
quid timuere tui manes precor?
[*umbra quoque es Diti nimis horrida?*]

HERC. Non me gementis stagna Cocyti tenent
nec puppis umbras *fu*rua transuexit meas:
iam parce mater questibus. manes semel
umbrasque uidi, quicquid in nobis tui
mortale fuerat ignis euictus tulit,
paterna caelo pars data est flammis tua.
proinde planctus pone quos nato pa*ret*
genetrix inerti, luctus in turpes eat.
uirtus in astra tendit in mortem timor.
praesens ab astris mater Alcides cano
poenas cruentus iam tibi Eurystheus dabit.
curru superbum uecta transcendes caput.
me iam decet subire caelestem plagam:

1963 plutoniger *E* Pluton iter *A* || 1966 plurimus *E* pluribus *A* || 1967 fureret *E* furerent *A* || metus *E* impetus *NHs.* minis *A* || 1968 cur te cur u. *E* certe uerum u. *A* || 1971 est ϵ *A* es *Gron. et NHs.* || ditis *E* Diti *A* || *deleui h. u.* || 1972 gementis *E* rigentis *ψ* rigentes *α* || 1973 Nec *E R* Non *A* || fulua *E ψ* furua *α* || meas *om. E* || 1976 euictus *E* euictum *NHs.* inuictus *A* inuitus *ψ* || 1977 pars d. e. f. tua *absunt E* || 1978 *et* 1979 *desunt R Mog. 11Pall. nec agnoscit scholiasta palatinus, in tertio habentur sed additum margini: 'Vacant'. quartus Palatinorum solum agnoscit haec:* Proinde p. p. Virtus in astra *etc. adsunt in reliquis Pall. R10 G g ME Egui.* || 1978 pater ω paret *Lipsius* || 1979 Meretrix *ME* || eat ϵ *1Pal.* eas *A* || 1980 *etiam hic om. Mog.* || 1983 transcendes *E ψ* transcendet *ψ* transcendens *A* || 1984 discet *E* decet *A* ||

inferna uici rursus Alcides loca.
ALCM. mane parumper. — cessit, ex oculis abit,
in astra fertur. fallor an uoltus putat
uidisse natum? misera mens incredula est.
es numen et te mundus aeternum tenet:
credo triumphis. regna Thebarum petam
nouumque templis additum numen canam.

str. CHOR. Numquam stygias fertur ad umbras
inclita uirtus. F. CLXII
uiuunt fortes quos lethaeos
saeua per amnes neċ fata trahent,
sed cum summas exiget horas
consumpta dies:
iter ad superos gloria pandet.

ant. Sed tu domitor magne ferarum
orbisque simul pacator ades.
nunc quoque nostras respice terras
et siqua nouo belua uoltu
quatiens populos terrore graui:
tu fulminibus frange trisulcis.
fortius ipso genitore tuo
fulmina mittas.

1985 Interna *E* Inferna' *A* || uici *E* uinco *A* uito *ψ* *(R g)* || 1986 precessit *E* cessit *A* || 1989 Is numen *E* (*atram. minus nigro sed delet.* ix mum.) || aeternum *E* *M E* *R* *IPal.* aeternus *A* || 1990 crede *E* credo *A* Io triumphe *Lipsius* Credo triumphas *Scaliger* || CHORVS *A om. E* || 1992 CHO. *E om. A* || 1994 uiuunt *E* uiuite *A* || Vos *E* quos *scripsi* Nec *A* || 1995 sola *E* saeua *A* || Nec ϵ Vos *A* || 1998 pagens *E* pandet *A* || 2000 *abest E* || 2001 aspice *E* respice *A* || 2003 quatiens *E* quatiet *A* || 2006 mitte *E* mittes *ψ (g)* mittens *α* mittas *IPal.* Fulmina mittas deo gracias: ~ *R* || MARCI·LVCII | ANNAEI SENECAE. | HERCVLES. | EXPLICIT .:. *E* Expliciunt Tragedie Senece feliciter per me bartolomeuȝ | notar̃ de cauaiono de Sc͡to firmo Veroñ Scpte ꝛ ͻplete | (*mg. atro colore* '1391') XXV Iullij MCCCLXXXI°. (*sic*) Anno Vno · mense Vno · post deppl'acıōeȝ | Ciuitatis Verone. *R* ||

INCERTI

OCTAVIA

PERSONAE

I OCTAVIA
POPPAEA
II NERO
III NVTRIX OCTAVIAE
NVTRIX POPPAEAE
SENECA
IIII MATER NERONIS
PRAEFECTVS
NVNTIVS
CHORVS ROMANORVM I
CHORVS ROMANORVM II

SCAENA ROMAE
ANNO V. C. DCCCXV

NVTRIX.

Fulgore primo captus et fragili bono
fallacis aulae quisquis attonitus stupet:
subito la*ba*ntis eccē fortunae impetu
modo praepotentem cernat euersam domum
stirpemque Claudi cuius imperio fuit
subiectus orbis, paruit liber diu
Oceanus et recepit inuitus rates.
en qui *Br*i*t*an*n*is primus imposuit iugum
ignota *e*t ant*e* classibus texit freta
interque gentes barbaras tutus fuit
et saeua maria, coniugis scelere occidit,

Lucii annei senece Agamenon explicit. Incipit octaua[i] eiusdem seu claudius ymo nero in populum romanum. Et proloquitur octauia conquerens de aduersitate sua in suorum exicio. Et haec est ɔ trag[a]. *C* Lutij Agnei Senece Cordubensis Octauia incipit. *V* Senece poete tragediarꝫ liber octauus qui agamemnon dicitur hic explicit et eiusdem nonus qui octauia nominatur Incipit. *G* Marci Lucij Anei Senece Oc|tauia Tragedia Nona Incipit *R 11 In R 13. R 12 g (B?) deest inscriptio. Argumentum fabulae in R 13 praemissum hisce incipit:* NOn ne tragedia que dicitur octauia.

Prologum (*u.* 35—57) *suo loco restituit RP.* NVTRIX *A R13 om. G R12·10* nutrix secum *C* || 35 facili *A* fragili *R13 (cf. Sen. Troad. 5)* || 37 sub ymo latentis *R13* sub imo lat. *V* sub uno lat. *C* subito lat. *A* subito l a b antis *Raphelengius* || 40 patuit *R13* || 42 en *A* Et *R13* || ora tanais *A* ora tanaes *V* ora trais *R13* B r i t anis *Scaliger* || iugo *A R13* iugo *corr. ex* iuga *C* iugum *Vltrai.* || Britann o s p. i. iugo *ci. Bo.* || 43 tantis *ω corr. Lipsius* || casibus (*spscr.* classibus) *C* || freta (*sps.* l. tetra) *C* || 44 intraque *V* ||

mox illa gnati cuius extinctus iacet
frater uenenis. maeret infelix soror
eademque coniunx nec graues luctus ualet
ira coacta tegere. crudelis uiri
secreta refugit semper atque ira pari
arden*t* mariti, mutua flagra*nt* face.
animum dolentis nostra solatur fides
pietasque frustra: *redd*it immitis dolor
consilia uana nec regi mentis potest
generosus ardor sed malis uires capit.
heu quam nefandum prospicit noster timor
scelus quod utinam numen auertat deum.

OCTAVIA.

Iam uaga caelo sidera fulgens
Aurora fugat.
surgit Titan radiante coma
mundoque diem reddit clarum.

Age tot tantis onerata malis
repete assuetos iam tibi questus
atque aequoreas uince Alcyonas

---

47 ueniens *supscr.* uenenis *C* neronis *V* || 48 nec *sup. lin.* *R12* || graues *om.* *R12* || 50 Quē secreto *R13* que secreta *C* q3ª *V* Secreta (*om.* quae) *A* *non sanum puto.* tegere crud. u. quae (ira) s c e l e r a *ci.* *Bo.* || ira pari *R13* odio pari *A* || 50 ardens *A R13* amens *Vlt.* arden t *RP.* || mariti *A R13* maritus *Gron.?* || flagrat *A R13* flagra n t *Gron.* || 53 mittit (mictit *V* mitit *R13* mutat *B R12*) immitis dolor consilia nostra (*in C sprs.* l. uana) *A R13* r e d d i t immitis dolor consilia (*scil. nostra*) u a n a *scripsi.* nostra *glossema uidetur esse.* n e c t i t *ci.* *RP.* || 54 tegi *R12* || 55 *uerba* sed malis uires capit. heu quam nefandum prospicit noster timor. scelus *in marg.* *C* malis ∞ m a g i s *RP.* || 57 auertat *A* adŭtat *R12* || OCTAVIA *A* *om.* *R13 C* || 1 caelo *om.* *R11* (*sed in marg.* al' celo) celso (*supscr.* l' celo) *C* || 3 surgitque *V* || 4 modoque *R12* || 5 Age tot annis *R13 R12 B* (*in mg.* l'tantis) age tot tantis *V C Mog. Pall.* e i a age tantis *α* ||

uince et uolucres Pandionias:
grauior namque his fortuna tua est.

Semper genitrix deflenda mihi
prima meorum causa malorum
tristes questus natae exaudi,
si quis remanet sensus in umbris.

Vtinam ante manu grandaeua sua
mea rupisset stamina Clotho,
tua quam maerens uulnera uidi
oraque foedo sparsa cruore.

O lux semper funesta mihi,
tempore ab illo
nox *es* tenebris inuisa magis.
tulimus saeuae iussa nouercae
hostilem animum uultusque truces.

Illa illa meis tristis Erinys
thalamis stygios praetulit ignes
teque extinxit miserande pater
modo cui totus paruit orbis
ultra oceanum
cuique Britanni terga dedere
ducibus nostris ante ignoti
iurisque sui.

Coniugis heu me pater insidiis
oppresse iaces

---

8 et *om. V R12* || 9 namque his grauior *conieceram de Sen. trag. auct. p. 4, sed causa transponendi tollitur dimetro constituto.* || tua est *A* est *om. R13* || 10 semperque *C* || 12 nate questus *R13* || 13 remanet *C in mg. suprascr.* in || 16 tua quam *A R13* tuaque *V* || 20 lux est *A R13* nox est *R12 Vltrai.* nox es *Bo.* || inuisa meis *ci. Swoboda.* || 25 Meque *R13* || 28 dederunt *BSchm. sed cf. u.* 791 ||

seruitque domus cum prole tua
capta tyranno.

O mea nullis aequanda malis
fortuna. licet repetam luctus
Electra tuos.
tibi maerenti caesum licuit
flere parentem,
scelus ulcisci uindice fratre,
tua quem pietas hosti rapuit
texitque fides.

Me crudeli sorte parentes
raptos prohibet lugere timor
fratrisque necem deflere uetat
in quo fuerat spes una mihi
totque malorum breue solamen.
nunc in luctus seruata meos
magni resto nominis umbra.

NVTRIX. OCTAVIA.

Vox en nostras perculit aures
tristis alumnae.
cessat thalamis inferre gradus
tarda senectus?

OCT. Excipe nostras lacrimas nutrix
testis nostri fida doloris.

---

supra u. 58: Octauia. Nutrix *R13 A (B V C sed in B* Octauia *a 2 m.), om. R12* || 62 patrem *R12* || 70 totque *A* tot *R13* || 71 iluctus *B* || 72 al' tanti *R12 in mg. nescio an recte.* || NVTRIX · OCTAVIA *om. ω* || 73 uox en *ω* uox heu *plerique libri impressi* || *in marg.* Nu *R13* || 75 cesset *B R12 C V* cesses *codd. Gruteri praeter unum* cessat *A* cesit *R13* haesit *RP. at cf. adn. ad u.* 687 ||

NVTR. quis te tantis soluet curis
miseranda dies?

OCT. Qui me stygias mittet ad undas.
NVTR. omina quaeso sint ista procul.
OCT. non uota meos tua nunc casus
sed fata regunt.

NVTR. Dabit afflictae meliora deus
tempora mitis.
tu modo blando uince obsequio
placata uirum.

OCT. Vincam saeuos ante leones
tigresque truces
fera quam saeui corda tyranni.
odit genitos sanguine claro,
spernit super*r*os h*o*mi*n*esque simul
nec fortunam capit ipse suam
quam dedit illi per scelus ingens
infanda parens.

Licet ingratum dirae pudeat
munere matris
hoc imperium cepisse, licet
tantum munus morte rependat:
feret hunc titulum post fata tamen
femina longo semper in aeuo.

---

79 *Nutricis nomen om.* *R13* || 81 undas *R13 B (sed* l' umbras *B in mg.)* umbras *A* || *nutricis et Octauiae nomina uel conmutata uel prorsus omissa per totam hanc scaenam R13* || 81 *cf. Herc. II 1992* || 82 omina *ω* omnia *α* || 83 meos tua nunc casus *A* meos n cassus Nu *R13* || 84 sed fata *A* sed mea uota *C* sed ~~ma~~ uota *V* sed fata (*ante* fata *uox* mea *erasa est. in mg.* al' uota) *R12* sed uota *R13* || 88 placida *V* || 89 saeuos *A R13* fuluos *B* || 92 sanguine claro *A R13* cõsanguineo claros *(sed ult. lit.* o *et* s *eras.) R12* || 93 spernit superbos humilesque (spernitque *V*) *ω corr. Delrio.* || 97 dicere *V* || 99 inpiū *R13* || 100 rependit *R13* || 101 huc *R13* ||

NVTR. Animi retine uerba furentis,
temere emissam comprime uocem.

OCT. Toleranda quamuis patiar: haud umquam queant
nisi morte tristi nostra finiri mala.
genitrice caesa per scelus rapto patre
orbata fratre miseriis luctu obruta
maerore pressa coniugi inuisa ac meae
subiecta famulae luce non grata fruor
trepidante semper corde non mortis metu
sed sceleris. absit crimen a fatis meis,
mori iuuabit: poena *i*am grauior nece est
uidere tumidos et truces miserae mihi
uultus tyranni iungere atque hosti oscula,
timere nutus cuius obsequium meus
haud ferre posset fata post fratris dolor
scelere interempti cuius imperium tenet
et *s*orte gaudet auctor infandae necis.
quam saepe tristis umbra germani meis
offertur oculis membra cum soluit quies
et flexa fletu lumina oppressit sopor.
modo facibus atris armat infirmas manus
oculosque et ora fratris infestus petit.
modo trepidus idem refugit in thalamos meos.

---

104 OCTAVIA · NVTRIX *A om. R10 R12 R13* || 105 quamuis *ω* quaeuis *ci. Lipsius* haud *A* aut *R13* toleranda quaeuis paterer, at numquam queunt *ci. Gron.* nefanda quaeuis patiar? haud u. q. *ipse tentaui.* || 106 tristi nostra finiri *A* nr̄a tristi finire *R13* || 109 opressa *R13* || 110 lucem *C* furor *C* || 111 *uersus in mg. legitur R12* || 113 nam *A R13* nc *B* 'nunc *in duob. ms.' Delr.* iam *ci. RP.* || 114 et timere *V* miserae *A* miserere *C* misȝie *R13* || 115 at (*om.* que) *C* || 117 fata post *A* post fata *V* tanta post *R13* || 119 morte *ω* sorte *Lipsius.* infandae *A* nefande *R12 13 V* || 121 offertur *A R13* affertur *B R12* || cum soluit quies *A* non s. q. *R13* consoluit sopor *Parisinus 8033* || 122 fessa *A* flexa *R13 C V* || oppressit *A R13* pressit *V* cuȝ oppressit ˉ‘ oculos (*om.* que) *R12* || et *om. C* || 125 meos *om.*

prosequitur hostis atque inhaerenti mihi
uiolentus ensem per latus nostrum rapit.
tunc tremor et ingens excutit somnos pauor
renouatque luctus et metus miserae mihi.
adice his superbam paelicem nostrae domus
spoliis nitentem, cuius in munus suam
stygiae parentem natus imposuit rati
quam dira post naufragia superato mari
ferro interemit saeuior pelagi fretis.
quae spes salutis post nefas tantum mihi?
inimica uictrix imminet thalamis meis
odioque nostri flagrat et pretium stupri
iustae maritum coniugis captat caput.
emergere u*mbr*is, affer auxilium tuae
natae inuocanti genitor aut stygios sinus
tellure rupta pande quo praeceps ferar.
NVTR. frustra parentis inuocas manes tui
miseranda frustra nulla cui prolis suae
manet inter umbras cura, qui nato suo
praeferre potuit sanguine alieno satum
genitamque fratris coniugem captus sibi
toris nefandis flebili iunxit face.
hinc orta series facinorum caedes doli

---

126 prosequitur *R13* persequitur *A* || inhaerenti *A R13* merenti *R12* incerti (*spscr.* l'inherti) *C corr. NHs.* || 127 per latus castum *ci. RP. conl. Sen. Phaed. 712* || 128 tum *Ritter* || somnos *A* sonos *B R13* || 129 miserae *A* miserere *C* misꝫie *R13* || 131 cinis (*uel* omis) in mūs *R13* || 133 dira *A om. R13* || superato *A* supasto *R13* su- to perando *C* || 136 uictrix *A* nutrix *R12 (in mg.) R13* || 137 et *om. V sup. lin. C in mg.* l' maīti *B in marg.* || 139 emergere undis ω Emerge te undis *Lipsius*, Emerge ab umbris *Gron.*, Emerge tenebris *Withofius, corr. NHs.* || et fer *A* confer *R13* et fer *supscr.* l'affer *C* || 141 ferar *A* feror *R13* || *post u.* 144 *repetitus legitur u.* 132 *B* || 146 genitamque fratris *A R13* genitumque *C* gnatamque *ci. NHs.* genitamque fratre *ci. Lipsius* || fratris *ante* captus *repetitum sed linea deletum R13* || captis *C* captus *A* pactus *RP.* || 147 dolis *conieceram.* ||

regni cupido sanguinis dira *et* sitis:
mactata soceri concidit thalamis gener
uictima, tuis ne fieret hymenaeis potens.
pro facinus ingens. feminae est munus datus
Silanus et cruore foedauit suo
patrios penates criminis *ficti* reus.
intrauit hostis hei mihi captam domum
dolis nouercae principis factus gener
idemque natus iuuenis infandi ingeni
scelerum capa*cis* dira cui genitrix facem
accendit et te iunxit inuitam metu.
tantoque uictrix facta successu ferox
ausa imminere est orbis imperio sacri.
quis tot referre facinorum formas potest
et spes nefandas feminae et blandos dolos
regnum petentis per gradus scelerum omnium?
tunc sancta pietas extulit trepidos gradus
uacuamque Erinys saeua funesto pede
intrauit aulam, polluit stygia face
sacros penates, iura naturae furens
fasque omne rupit: miscuit coniunx uiro

---

149 diri sitis *A* dira sitis *R13* dira et sitis *scripsi cum NHs.* || 151 tuis n. f. hymenaeis potens (himineus petēs *R 12*) ω tui n. f. hymenaei p. *NHs.* tui n. f. hymenaeis p. *Ritter* || 152 *In C haec leguntur:* proh facinus. et cruore fedauit suo. *iuxta in mg.:* ingens femine est munus datus. et suo fedauit silanus. || 154 factus *A* facti *B C ME R13 V* ficti *Lips.* ||
l. ne
155 hei *A* heu *R13 om. R12* || 157 infandi *C* nefandi *G R1113* inf. *A* || 158 scelerumque capax *R1213 V* scele-
que
rum capax *C* scelerum capax *cod. turonensis.* capax scelerumque α (capaxque scelerum *ind. err.*) scelerisque capax *B* scelerum capaxque *LMueller* scelerum capacis *scripsi ex coni. RP. conl. Oed. fragm.* 159 || 162 tot *om. R13* ||
s
163 nefandas *A* infandas *R 13* infanda (*ult. lit.* a *corr. ex* e) *C in mg.* ne || 164 potentis *C B* gradum *A 'R13* gradus
e
'*in uno antiquo codice*' *Delrio.* || 168 fures *R 13* || 169 *R13* ||

uenena saeua. cecidit atque eadem sui
mox scelere nati. tu quoque extinctus iaces
deflende nobis semper infelix puer
modo sidus orbis columen augustae domus
Britannice heu me. nunc leuis tantum cinis
et tristis umbra saeua cui lacrimas *tul*it
etiam nouerca, cum rogis artus tuos
dedit cremandos membraque et uultus deo
similes uolanti quos *fur*ens flamma abstulit.
OCT. extinguat et me, ne manu nostra cadat.
NVTR. natura non tantas dedit uires tibi.
OCT. dolor ira maeror miseriae luctus dabunt.
NVTR. uince obsequendo potius immitem uirum.
OCT. ut fratrem ademptum scelere restituat mihi?
NVTR. incolumis ut sis ipsa, labentem ut domum
genitoris olim sobole restituas tua.
OCT. expectat aliam principis sobolem domus,
me dira miseri fata germani trahunt.
NVTR. confirmet animum ciuium tantus fauor.
OCT. solatur iste nostra, non releuat mala.
NVTR. uis magna populi est.
OCT. principis maior tamen.

---

170 cecidit *suprascr.* l'occidit *C* ceciditque atque *B* || 171 tu quoque *A* tuqȝ *R13* || 173 fidus *R13* || colu- n mes *C* || 175 dedit *ω* tulit *scripsi cum Bad.* || 176 rogios (*prius* o *ex alia lit. corr.*) *C* || 177 et *om. C* '*In libro Regiomontani post h. u. haec uerba adscripta erant: Hic desunt XXX uersus, secundum aliquos; sed nihil deesse credo.*' *Fabricius.* || 178 feruens flamma *C V R12* feruida *Vltrai.* flamma feruens *α* ferues quos flama *R13 unde RP restituit:* quos furens flamma. || 179 mea cadat *R13* nostra (*sps.* mea) cadat *C* || 180 natura non uires dedit tantas tibi *A* natura nō tantas (*spatium uacuum*) *R13* n. tantas non d. *Bo. cum Fern. Caiet.* || 183 adeptum *R13* || rescit *supscr.* l'restituat *C* || 184 scis *C* labentem (t *in ras.*) *C* || 186 expectet *A* expectes *C* expectas *R13* expectat *B? G?* || 187 dira *A R13* dira dura *C* || 188 fauor *A* furor *V* furor fauor *R12* || fu fauor (fu *lineola transfix.*) *R13* || 189 solatur *A* solator *V* solato *R13* || releuat *A* reuelet *C* ||

NVTR. respiciet ipse coniugem.
OCT. paelex uetat.
NVTR. inuisa cunctis nempe.
OCT. sed cara est uiro.
NVTR. nondum uxor est.
OCT. iam fiet et genitrix simul.
NVTR. iuuenilis ardor impetu primo furit,
languescit idem facile nec durat diu
in uenere turpi ceu leuis flammae uapor:
amor perennis coniugis castae manet.
uiolare prima quae toros ausa est tuos
animumque domini famula possedit diu,
iam metuit eadem.
OCT. nempe praelatam sibi.
NVTR. subiecta et humilis atque monimenta extruit
quibus timorem fassa testatur suum.
et hanc leuis fallaxque destituit deus
uolucer Cupido. sit licet forma eminens
opibus superba: gaudium capiet breue.
OCT. iungentur ante saeua sideribus freta
et ignis undae tartaro tristi polus
lux alma tenebris roscidae nocti dies

---

191 respiciet *A R13* respicit *C R12* || Elex *R13* || uetat l. cara bis *C* || 192 cara *A* cura *R13* sacra *C* || 195 durat *om. V* || 196 iuuenere (n) *C* || 198 uiolare prima quae toros ausa est tuos *A* uiolare tuos q̄ p̓ma ausa ē thoros *R13* || 199 domui (dn̄i) *C* || 200 metuet *A R13* metuit *G* metuit (aliam) metuit *C* || Oct. *om. ω restituit Ritter* || 120 Nut. *scripsit Ritter, om. ω* || 202 fassa *C* falsa *R11* fassa *A R13* faſsa *non incorruptum puto. fort.* insana. lassa *uel* cassa *RP.* || 203 et hanc leuis fallaxque *A* felix *erasum ante* leuis *R12* que *om. R13* || destituet *A* destituit *C* distituit *R13* || 204 licet sit *R12* || 205 capiat (e) *C* || *de uu.* 206—226 *uide ad u.* 277 || 227 saeua *A om. R13 R12 V C* || 228 ignis (et) unde *C* || tartareo *R12* || tristis *C* ||

quam cum scelesti coniugis mente impia
mens nostra semper fratris extincti memor.
utinam nefandi principis dirum caput
obruere flammis caelitum rector paret
qui saepe terras fulmine infesto quatit
mentesque nostras ignibus terret sacris
nouisque monstris. uidimus caelo iubar
ardens cometam pandere inf*au*stam facem
qua plaustra tardus noctis aeternae uice
regit bootes frig*ore* arctoo rigens.
en ipse diro spiritu saeui ducis
polluitur aether. gentibus clades nouas
minantur astra quae regit dux impius.
non tam ferum Typhona neglecto Ioue
irata tellus edidit quondam parens.
haec grauior illo pestis: hic hostis deum
hominumque templis expulit superos suis
ciuesque patria. spiritum fratri abstulit,
hausit cruorem matris et lucem uidet
fruiturque uita noxiam atque animam trahit.
pro summe genitor tela cur frustra iacis
inuicta totiens temere regali manu?
in tam nocentem dextra cur cessat tua?
utinam suorum facinorum poenas luat,
[*Nero insitiuo Domitio genitus patre,*]

---

l. funestam
231 menor *R13* || 235 tenet *R13* || 237 infestam *C* infaustam *NHs. cf. Ou. her. VI 46* || 238 qua plaustra *A R13*
l. plaustra
quaīn *B* palustra *C* || aeterna *α* eterne *R 12 13 C V B cf. Herc. 928* || 239 boetes *ω* bootes *α* || frigido *ω* frigore *ci. Pontanus* (*cf. Med.* 683 frigore arctoo rigens *Oed. 559. Lucan. VIII 363. X 250*) || 240 en *A R13 et B* || 242 mīnatur *R13* || quas *A* que *corr. ex* quas *R12* que *VC* q̄ *R13* ||
l. impius
ipsius *C* || 243 typhona *A* tiphonē *R13* || 247 *praeter uocem* Ciues *deest totus uersus R13* || 251 inuita *C* || 254 nero nisi diuo *R1213 B C* nero n̄ diuo *V* nero nisi duo *ME* insidiuo *R11 g* '*m. s. o. et interpres*' *Commel.* nero ipse diuo *α* Nero insitiuus *ci. Lips.* genere insitiuo *ci. Scaliger.*

orbis tyrannus quem premit turpi iugo
morumque uitiis nomen augustum inquinat.
NVTR. indignus ille fateor est thalamis tuis:
sed cede fatis atque fortunae tuae
alumna quaeso neue uiolentam noua
iram mariti. forsitan uindex deus
existet aliquis laetus et ueniet dies.
OCT. graui deorum nostra iam pridem domus
urgetur ira prima quam pressit Venus
furore miserae dira genitricis meae:
quae nupta demens nupsit incesta face
oblita iusti coniugi legum immemor.
illo soluta crine succincta anguibus
ultrix Erinys uenit ad stygios toros
raptasque thalamis sanguine extinxit faces.
incendit ira principis pectus truci
caedem in nefandam. cecidit infelix parens
heu nostra ferro meque perpetuo obruit
extincta luctu. coniugem traxit suum
natumque ad umbras, prodidit lapsam domum.
NVTR. renouare luctus parce cum fletu pios
manes parentis neue sollicita tuae
graues furoris quae sui poenas dedit.

---

iste insitiuus *ci. Gron.* odium deorum *ci. RP.* Nero insitiuo *scripsi. uersum pro interposito habendum esse mihi persuasi.* || 257 NVT. *om. R13* || est *A* et *R13* || 258 cede *A*
lenta
ecce *R13* || 259 uiolenti moue *A* uio moue *C* uiolenta moue *R12* uiolentam moue *B V R11* uiolenta noue *R13* uiolentam noua *ci. RP.* (*conl. Liu. XXVI. 19. 2* ne excitet rursus nouetque iram.) || 260 forsitan *corr. ex* forsitam *C* || uindax *R13* || 263 primaq̄ p̄sit *R13* || 264 misʒie (*i. e.* miserie) *R13* misero *ci. NHs.* || dira *A R13* dura *B R12* dura iam *V* || 266 nostri coniugis *A* iusti coniugi *R13 Basil. mg.* || 267 illo soluta *A* insoluta *R13* illos s. *ci. RP.* || anguibus *A* ambiguis *R12* || 268 ultrix *A* Victrix *R13* || 269 extinxit *A R13* extraxiṭ *R12* || 271 paṭẹrens *R12* ||
l. horruit
272 obruit *C* || 273 taxit *R13* traxit *cett. codd.* trusit *α* || 274 prodidit *A R13* perdidit *ME* '*libri quidam*' *Bad.* || 276 manesque *R12* || uene *R13 ut uidetur.* ||

CHORVS.

Passa est similes ipsa d o l o r e s
regina deum,
cum se formas uertit in omnes
dominus caeli diuumque pater
et modo pennas sumpsit oloris
modo sidonii cornua tauri,
aureus idem fulsit in imbri.

[*Patrio residet Bacchus Olympo,*
fulgent caelo sidera Ledae,
deus Alcides possidet Heben
nec Iunonis iam timet iras
cuius gener est qui fuit hostis.]

Vicit sapiens tamen obsequium
coniugis altae pressusque d o l o r:
sola tonantem tenet aetherio
secura toro maxima Iuno
nec mortali captus forma
deserit altam Iupiter aulam.

Tu quoque terris altera Iuno
soror Augusti
coniunxque graues uince d o l o r e s.

Sententiam RP. secutus uu. 206—226 *adscripto chori nomine huc reuocaui, chori carmen in codicibus perperam hoc loco positum* (278—387) *in fine secundi actus* (*post u.* 603) *conlocaui, ubi canticum desiderauit Delrio.* || CHORVS *om.* ω Nutrix *V* || 207 deumque *V* || 212 fulsit *A* fulxit *R13* ful^{s}xit
l. umbris
C fluxit *BMΞ* || in *om. R12* || imbre *R13* ymbri *C* || *uu.* 213—217 *huic loco ineptos uncis saepsi.* || 213 fulgent celo sydera lede | patrio residet bacchus olympo *A* patrio res. ꝉ b. o. | fulgent c. s. l. *R13* || 216 iram *V* || 218 uīcit *R12* || t a n d e m *Ritter.* || 220 hetereo *R13* || *uu.* 222—224 (non mortali — altera Iuno) *textu omissos in marg. adscr. rec. m. R12* || 226 uincere *B* ||

SENECA.

Quid me potens fortuna fallaci *nimis*
blandita uultu sorte contentum mea
alte extulisti, grauius ut ruerem edita
receptus arce totque prospicerem metus?
melius latebam procul ab inuidiae malis
remotus inter corsici rupes maris,
ubi liber animus et sui iuris mihi
semper uacabat studia recolenti mea.
o quam iuuabat, quo nihil maius parens
natura genuit operis immensi artifex,
caelum intueri solis et currus sacros
[*mundique motus solis alternas uices*]
orbemque Phoebes astra quem cingunt uaga
lateque fulgens aetheris magni decus.
qui s*i* senescit tantus in caecum chaos
casurus iterum: nunc adest mundo dies
supremus ille qui premat genus impium
caeli ruina, rursus ut stirpem nouam
generet renascens melior, ut quondam tulit
iuuenis tenente regna Saturno poli.
tunc illa uirgo numinis magni dea
iustitia caelo missa cum sancta fide

SENECA *A* Act'. S's. Seneca. *R13* Seneca. Nero *V* || 388 mihi ∞ diu *ci. NHs.* nimis *scripsi e coni. Gruteri* || 390 grauis *C R1213* || 391 Deceptus *R13* || arte *C* || prospicerem *A* respicerem *R1213* || 392 inuid^{i}e *C* || 394 et *sup. lin. C* || 395 *in mg. legitur R12* || 396 nil *R12* || 397 gemit (*sps.* l. genuit *C* || 398 solis *A* molis *ci. Bad.* solus *R13* || currus sacros *A R13* cursus sacros *C R12 B?* sacros currus *V* || *uu.* 398[b] 399[a] *deleuit Delrio* || 399 *uncis inclusit Ritter* || 401 etherisque *R12* || 402 qui se se nescit *A R13 corr. Scaliger* || 403 adest mundo *A R13* adsit celo *R12* || 405 ut stirpem *A* et stirpem *R13* ut gentem *V* || 406 m^{e}olior *C* || 408 uirgo *om. R13* || numīs (*i. e.* numinis) *R13* nominis *A* ||

terra*e* regebat mitis humanum genus.
non bella norant non tubae fremitus truces
non arma gentes, cingere assuerant suas
muris nec urbes. peruium cunctis iter,
communis usus omnium rerum fuit.
et ipsa tellus laeta fecundos sinus
pandebat ultro tam piis felix parens
et tuta alumnis. alia sed soboles minus
conspecta mitis. tertium solers genus
nouas ad artes extitit sanctum tamen.
mox inquietum quod sequi cursu feras
auderet acres, fluctibus tectos graues
extrahere pisces rete, uel calamo leui
decipere uolucres, crate uel *texta pecus*
tenere la*etum*, premere subiectos iugo
tauros feroces, u*om*ere immunem prius
sulcare terram laesa quae fruges suas
interior alte condidit sacro sinu.
sed in parentis uiscera intrauit suae
deterior aetas: eruit ferrum graue
aurumque saeuas mox et armauit manus.
partita fines regna constituit, nouas
extruxit urbes, tecta defendit suis
aliena telis aut petit praedae imminens.

---

410 terra *C B R1213 Vltrai.* terras α *(V?)* terris *uel* terrae *ci. Bo.* || 411 fremitus tube *R12* || 417 et uta *R13* || 418 *post* mitis *nonnulla intercidisse suspicor* || tertium sed *V* || 419 sanum *ci. LMueller* (sanctum *i. e.* non sceleratum. *Ou. met. I. 127:* non scelerata tamen.) || 420 cursu c̣ụrṣụ *C* || 421 audet *C* audent *V* || 422 rheti *C* || 423 decipere uolucres crate uel calamo aut (aut *om. B*) leui | tenere laqueo premere subiectos iugo *A* decipere uolucres crate *(spatium uacuum)* | tenere laqueo. p̄mere subiectos iugo *R13* *lacunam suppleuit RP. ex Horat. epod. II 45:* claudensque textis cratibus laetum pecus. || 425 uulnere ω uomere *margo ed. basil.* || 427 interior *B C V R13* interı⁹ (⁹ *in ras. syllabae* or) *R12* interius α || 429 exuit (l. eruit) *C* || 430 seua (s) *C* || 431 construit (l. constituit) *C* || ɸ tecta *R13* || 432 Extraxit (u) *C* || 433 perit *R13* ||

neglecta terras fugit et mores feros
hominum et cruenta caede pollutas manus
Astraea uirgo siderum magnum decus.
cupido belli creuit atque auri fames.
totum per orbem maximum exortum est malum
luxuria pestis blanda, cui uires dedit
roburque longum tempus atque error grauis.
collecta uitia tot per aetates diu
in nos redundant. saeculo premimur graui
quo scelera regnant, saeuit impietas furens,
turpi libido uenere dominatur potens,
luxuria uictrix orbis immensas opes
iampridem auaris manibus ut perdat rapit.
sed ecce gressu fertur attonito Nero
trucique uultu. quid ferat mente horreo.

NERO. PRAEFECTVS. SENECA.

Perage imperata: mitte qui Plauti mihi
Sillaeque caesi referat abscissum caput.
PRAEF. iussa haud morabor: castra confestim petam.
SEN. in nihil propinquos temere constitui decet.
NERO. iusto esse facile est cui uacat pectus metu.
SEN. magnum timoris remedium clementia est.
NERO. extinguere hostem maxima est uirtus ducis.
SEN. seruare ciues maior est patriae patri.

---

434 terra *corr. ex* terras *V* || 435 et *om.* ω *restituerunt Ascensius et Bo. e codice ultrai.* || 436 sidereum *V* || 441 per tot ω tot per *RP.* || ~~ge~~ regnant *R13* || NERO · PRAEFECTVS · SENECA *A* Nero · seneca · prefectus *V* nero *R12* ſʒa p̄s actɔ. Nero pfcūs Seneca *R13* || 449 per^a^ge *R12* || ~~la~~ planti *R13* || 450 abscissum *A* absissum *R12* abscisum *R13 V C* || 453 iustum *A* iusto *R13 C* || est *om.* *R13* || 455 maxima est uirtus ducis *A* magna ducis uirtus (*om.* est) *R13* ||

NERO. praecipere mitem conuenit pueris senem.
SEN. regenda magis est feruida adolescentia.
NERO. aetate in hac sat esse consilii reor.
SEN. ut facta superi comprobent semper tua.
NERO. stulte uerebor esse cum faciam deos.
SEN. hoc plus uerere quod licet tantum tibi.
NERO. fortuna nostra cuncta permittit mihi.
SEN. crede obsequenti parcius. leuis est dea.
NERO. inertis est nescire quid liceat sibi.
SEN. id facere laus est quod decet, non quod licet.
NERO. calcat iacentem uulgus.
SEN. inuisum opprimit.
NERO. ferrum tuetur principem.
SEN. melius fides.
NERO. decet timeri Caesarem.
SEN. at plus diligi.
NERO. metuant necesse est...
SEN. quicquid exprimitur graue est.
NERO. iussisque nostris pareant.
SEN. iusta impera.
NERO. statuam ipse.
SEN. quae consensus efficiat rata.
NERO. * despectus? ensis faciet.
SEN. hoc absit nefas.

---

l. pueris

457 prius *C* || 458 est magis *C* || 459 satis ω sat *LMueller et BSchm.* || 460 fata *C* || 461 esse *A R13* ipse '*in uno ms. (Pal.) defenditque schol.*' *Commelinus* || 462 ue rere tantum quod *V* || 463 permittat *R13* || 464 parcius *A* partius *B R12* pcus *uel* pens *R13* || 465 incertis *C* nescire dea quid *R12* || 467 SEN. *om. R13* || 468 SE ferum *R13* || et melius *C* et *om. A* || Inuisum *(om. personae nota) R13* || 469 Ac (*om.* SEN.) plus *R13* at plus *A* at *tollendum esse conieci.* || 470 SE metuant *R13* || est Quicquid *(om. personae nota) R13* || 471 iussis (*om.* que) *C* || SEN. *om. R13* || impara *in ras. V* impia *R13* || 472 SE Statuam ipse Que c. *R13* || efficiat *A* faciat *R13* || 473 despectus ensis ω ('*ms. omnes*' *Grut. Commel.* '*omnes quos uidi codices*' *Delrio.*) detectus *siue* conspectus ensis *ci. Lips.* destrictus ensis *ci.*

NERO. an patiar ultra sanguinem nostrum peti
inu*l*tus et contemptus ut subito opprimar?
exilia non fregere summotos procul
Plautum atque Sillam pertinax quorum furor
armat ministros sceleris in caedem meam.
absentium cum maneat etiam ingens fauor
in urbe nostra qui fouet spes exulum,
tollantur hostes ense suspecti mihi.
inuisa coniunx pereat et carum sibi
fratrem sequatur. quicquid excelsum est cadat.
SEN. pulcrum eminere est inter illustres uiros,
consulere patriae parcere afflictis fera
caede abstinere tempus atque irae dare
orbi quietem saeculo pacem suo.
haec summa uirtus, petitur hac caelum uia.
sic ille patriae primus Augustus parens
complexus astra est colitur et templis deus.
illum tamen fortuna iactauit diu
terra marique per graues belli uices,
hostes parentis donec oppressit sui.
tibi numen incruenta summisit suum
et dedit habenas imperi facili manu
nutuque terras maria subiecit tuo.
inuidia tristis uicta consensu pio.

Raphel. despectus? (*scil.* consensus) ensis *Bo.* consensus? ensis *ci. RP.* || faciet. Hoc (*om.* SEN.) *R 13* || 474 SE an patiar *R 13* || ultro *C* || 475 inuictus *nostri codices et Pall.* inuitus *α* inuisus *et* inuitus *in mss. se legisse testatur Fabricius.* inultus *ci. Raphel. cf. Med.* 399 || contentus *R 13* || opprimar *A* opmāt (*ultima litera utrum* t *sit an* r *non satis adparet.*) *R 13* || 476 non *A* uix *V* || 477 quorum pertinax *C* || 479 absentium *A* absentum *CR 12 13* || 480 quid foret *R 13* || 481 tollerantur *V* suspensi *R 12* || 482 inuixa *R 13* || ut carum *α* et carum *ω* | 484 NE *R 13* || est eminere *R 13* eminere est *A* || 487 Vrbi *R 13* || 491 NE. illum *V* || 492 Terra *R 13* || 493 hostes *corr. ex* hostem *C* || oppressit sui *A* cōpressit tui sui *R 12* || 494 SE. tibi *V* || incruenta *A* incruenta fortuna *R 12* || summisit *A* submisit (l. submisit) *R 12 B* sumpsit *C* sumisit *R 13* || sui *R 13* | ...tuque *A* nutuique *V R 12 13* ||

cessit senatus | atque iudicium patrum 498a 499b
plebisque uotis | equitis accensus fauor. 499a 498b
tu pacis auctor generis humani arbiter
electus orbem *iam* sacr*o* *au*spi*cio* regis,
patriae parens, quod nomen ut serues petit
suosque ciues Roma commendat tibi.
NERO. munus deorum est ipsa quod seruit mihi
Roma et senatus quodque ab inuitis preces
humilesque uoces exprimit nostri metus.
seruare ciues principi et patriae graues
claro tumentes genere quae dementia est,
cum liceat una uoce suspectos sibi
mori iubere? Brutus in caedem ducis
a quo salutem tulerat armauit manus.
inuictus acie gentium domitor Ioui
aequatus alt*o* saepe per honorum gradus

---

498 499 cessit senatus equitis accensus fauor | plebisque uotum (uotum est α uotis *R13 Æ C V mss. Commelini. Mog.*) atque iudicium patrum est (est *om.* α parum [*om.* est] *unus ex Pall. teste Grut.*) ω cessit: senatus, equitis accensus fauor: Plebisque uotis atque iudicio patrum *ci. Lips.* cessit cohortis. equitis accessit fauor P. uotis a. iudicio patrum *ci. Gron.* cessit; senatus eq. acc. f. Plebisque uotum est adque iudicium patris *ci. Bo.* cessit senatus, equitis accensus fauor | plebisque uotum es atque iud. patrum *ci. RP. equidem restituendum putaui turbatum hemistichiorum ordinem. nescio an scribendum sit:* cessit senatus atque iudicio patrum | plebisque uotis equitis accessit fauor. || 501 ellectus orbem specie (spē *R13*) sacra regis *R13 C V* electus ″ sapientia sacra regis ″ orbem *R12* el. o. sapientia sacra r. *B Mog. un. ex Pall.* el. o. specie sacrata r. *G un. ex Pall.* el. o. tu sacra specie r. α spiritu sacro *ci. Grut.* tu sacro auspicio *ci. NHs.* iam sacra specie *ci. Bo.* iam sacro auspicio *scripsi.* || 502 patriae parens *A* patrieque p. *B* parens paciere *C* || 503 recomendat *C* || 504 *Senecae h. u. dat R13* || seuit (*sprscr.* l' seruit) *C* || 505 imis (*sprscr.* inuitis) *C* inuictis *R12* || 506 humiles (*om.* que) *R13* || noster *C* || 507 ciues *A R13* uiros *C V R12 Mog.* || 508 claros *C* || 509 una uoce *A* uiua uoce *VC* iuna (*uel* uiua) uoce *R13* || 512 inuictus *corr. ex* inuentus *C* || domitor gentium *R13* || 513 altos ω alto *RP.* || saepe *A R13* sepe (*sprscr.* l. semper) *C* semp per *R12* paene *ci. NHs.* ||

Caesar nefando ciuium scelere occidit.
quantum cruoris Roma non uidit sui
lacerata totiens. ille qui meruit pia
uirtute caelum diuus Augustus uiros
quot interemit nobiles iuuenes senes
sparsos per orbem, cum suos mortis metu
fugerent penates et trium ferrum ducum
tabula notante deditos tristi neci?
exposita rostris capita caesorum patres
uidere maesti. flere nec licuit suos,
non gemere dira tabe polluto foro
stillante sanie per putres uultus graui.
nec finis hic cruoris aut caedis stetit:
pauere uolucres et feras saeuas diu
tristes Philippi. hausit et siculum mare
classes uirosque *caede perdentes* suos.
concussus orbis uiribus magnis ducum.
superatus acie puppibus Nilum petit
fugae paratis, ipse periturus breui

. . . .

hausit cruorem incesta romani ducis
Aegyptus iterum, nunc leues umbras tegit.
illic sepultum est impie gestum diu

---

515 roma non ω Roma tunc α ‖ 518 quod *R13* ‖ 519 sparsos *A R13* sparsosque *C* sparsique *in marg.* l' sparsos *B* sparsit que *R12* metus *B* ‖ 520 fugent *C* fugere *V* ferrum *A* ferocuȝ *R13* ‖ 521 notante *A* natante *V* nôte *R13* ‖ 522 rostris capita caesorum patres *A* cęsorum capita rostris patris *R13* ‖ 524 nec *V* ‖ rabe *R13* ‖ ferro *C* foro *corr. ex* ferro *B* ‖ 525 ull'tus *R13* ‖ 526 nec cedis *V* ‖ 527 seuas feras *R12* ‖ 528 philippi hausit etiam *A* philipi hausit et *R12 13 C* ph. mersit et *ci. Gron.* exhausit *Bo. cum Ascensio.* sorbsit *NHs.* rapuit *conieceram, sed rectius RP. statuere uidetur periisse ante* hausit *duo hemistichia.* ‖ 529 uirosque saepe (saepe *om. R12*) caedentes suos ω uirosque saepe per caedem suis *ci. NHs.* uirosque caede perdentes suos *scripsi.* ‖ 530 est orbis *V* ‖ 532 *intercidisse censeo uersum quo Antonii facta erat mentio.* ‖ 533 Ṣẹ. hausit *V* ‖ incesta romani ducis *A* ĩcestũ romãi decus ducis (decus *linea dele-*…*13* ‖ 534 umbra *R13* ‖ 535 sepulcrum *R12* ‖

ciuile bellum. condidit tandem suos
iam fessus enses uictor hebetatos feris
uulneribus et continuit imperium metus.
armis fideque militis tutus fuit
pietate nati factus eximia deus
post fata consecratus et templis datus.
nos quoque manebunt astra, si saeuo prior
ense occuparo quicquid infestum est mihi
dignaque nostram sobole fundaro domum.
SEN. implebit aulam stirpe caelesti tuam
generata diuo claudiae gentis decus
sortita fratris more Iunonis toros.
NERO. incesta genitrix detrahit generi fidem
animusque numquam coniugis iunctus mihi.
SEN. teneris in annis haud satis clara est fides,
pudore uictus cum tegit flammas amor.
NERO. hoc equidem et ipse credidi frustra diu,
manifesta quamuis pectore insociabili
uultuque signa proderent odium mei.
tandem quod ardens statuit ulcisci dolor
dignamque thalamis coniugem inueni meis
genere atque forma uicta cui cedat Venus
Iouisque coniunx et ferox armis dea.
SEN. probitas fidesque coniugis mores pudor

---

536 NE condidit *V* || 538 metu α metus *C B V R 12 13* || 539 militus *R 13* || 540 decus (*sprscr.* l. deus) *C* || 541 consecratus (u *ex* o *factum*) *R 13* || templis deus *V* || 542 sic seuo *B* || priorum *V C* || 543 occupato *R 13 B* || est *om. R 13* || 544 dignaque nostram *A* dignamque nostra *V* || fundaro *A* fundaro *corr. ex* fundato *B* fondaro *R 12* fundata *R 13* || 545 *Neroni h. u., Senecae u. 547 adsignat R 13* || implebit *A R 13* impleuit *B C* inpleuit *V* || 549 iunctus *A* ıuctus *R 13* || 550 Neronis est *R 13* || teneris (*sprscr.* est) *C* || 552 *ab h. u. usque ad u. 603 personarum notae desiderantur R 13* || hoc equidem et ipse *A* hoc ıpe̅ equīdem *R 13* || 553 insociabili *A* insaciabili *B C V R 13* insacrabali *R 12* || 555 tandem quod ardens *A* t. q. urgens *B R 12 (in marg.* al' ardens *R 12)* tandemque *V* tandemque adurgens *ci. RP.* || 557 cedat *A* cedet *R 12 13* credent *C* cedit *Vltrai.* || 558 *uersus mihi suspectus.* ||

placeant marito: sola perpetuo manent.
subiecta nulli mentis atque animi bona.
florem decoris singuli carpunt dies.
NERO. omnes in unam contulit laudes deus
talemque nasci fata uoluerunt mihi.
SEN. recedet a te temere, ne credas, amor.
NERO. quem summouere fulminis dominus nequit
caeli tyrannum saeua qui penetrat freta
Ditisque regna detrahit superos polo?
SEN. uolucrem esse amorem fingit immitem deum
mortalis error armat et telis manus
arcusque sacros instruit saeua face
genitumque credit Venere Vulcano satum.
uis magna mentis blandus atque animi calor
amor est. iuuenta gignitur luxu otio,
nutritur inter laeta fortunae bona.
quem si fouere atque alere desistas, cadit
breuique uires perdit extinctus suas.
NERO. hanc esse uitae maximam causam reor
per quam uoluptas oritur. interitu caret
cum procreetur semper humanum genus
amore grato qui truces mulcet feras.
hic mihi iugales praeferat taedas deus
iungatque nostris igne Poppaeam toris.
SEN. uix sustinere posset hos thalamos dolor

---

560 perpetua *R13* || 561 meritis (*spr scr.* l. mentis) *C* || 562 caput *R13* || 563 decus *R13* || 564 fact a (c *linea del.*) *R12* || 565 recedat ω recedet *ci. Bo.* || 566 fulminis' *A R13* sublimis *C* || 568 Disq; *R13* detrahitque *V* || 569 SEN. *om. V* || 570 SE. mortalis *V* || armatus *B* || 571 instruit *A R13* instituit *V* || 572 uenere et *C* || sato s atum *R12* || 573 set uis *V* colo (a) lor *C* || 574 iuuentae α || luxu *A* lusu *R13* (*cf. Phaed. 211*) || 578 NERO *om.* ω *add. Delrio* || 579 oritur (et) *C* || 580 gnns *R13* || 581 truces *A* tristes *R13* || 582 Nero hic *A* || 583 iungatque *R1213 V* iugatque *B C* iugetque α || 584 possem *B* deos dolor *R12* dolor ω deus α ||

*fides*que populi sancta nec pietas sinat.
NERO. prohibebor unus facere quod cunctis licet?
SEN. maiora semper populus a summo exigit.
NERO. libet experiri, uiribus fractis meis
an cedat animis temere conceptus *fur*or.
SEN. obsequere potius ciuibus placidus tuis.
NERO. male imperatur cum regit uulgus duces.
SEN. nil impetrare cum ualet iuste dolet.
NERO. exprimere ius est ferre quod nequeunt preces?
SEN. negare durum est.
NERO. principem cogi nefas.
SEN. remittat ipse.
NERO. fama sed uictum feret.
SEN. leuis atque uana.
NERO. sit licet, multos notat.
SEN. excelsa metuit.
NERO. non minus carpit tamen.
SEN. facile opprimetur. merita te diui patris
aetasque frangat coniugis probitas pudor.
NERO. desiste tandem iam grauis nimium mihi
instare. liceat facere quod Seneca improbat.
en ipse populi uota iam pridem moror,
cum portet utero pignus et partem mei.
quin destinamus proximum thalamis diem?

---

585 uidere *A* Vıdeĩ *R13* fidesque *conieci cum NHs.* pudorque *ci RP.* || sin a et *C* || 586 prohibebor *A R13* prohibeor *B V* || 587 populus semper *A* semper populus *B R13* || exigitl (*i.e.* exigitur) *R13* || 588 pluribus (*lit.* plu *linea deletae et sprscr.* ui) *C* || fractus *A* fractis *R1213 B* || 589 anscedat *R13* an sedeat *RP.* || animo *V* || ɔceptor *R13* | fauor *ω* furor *α cf.* 784 concepta rabies temere. || 592 Nichil *ω* || 593 ferre *A* ferro *corr. ex* ferre *B* ferro *R12 V* fere *R13* || 594 durum *A R13* dirum *B* || 595 permittat *A* remitat *R13* remittat *Æ* set uictum fama *V* ferret *C* || 596 licet sit *V* || 598 té mérita *V* || 599 frangant *A* frangit ~~cog~~ *R13* frangat *R12* (*corr. ex* frangant) *Pall.* || 602 et ipse *A* en ipse *R1213* || nota *C* || iam *om. V* || moror *corr. ex* meror *B* || 604 proximum *B C R1213* proximis *V* proximam *α* ||

CHORUS.

Quae fama modo uenit ad aures
utinam falso iactata fidem 279a
frustra totiens credita perdat, 280a
nec noua coniunx nostri thalamos
principis intret
teneatque suos nupta penates
claudia proles.

Edat partu pignora pacis
qua tranquillus gaudeat orbis
seruetque decus Roma aeternum.

Fratris thalamos sortita tenet
maxima Iuno:
soror Augusti sociata toris
cur a patria pellitur aula?
sancta quid illi prodest pietas
diuusque pater?
quid uirginitas castusque pudor?

Nos quoque nostri sumus immemores
post fata ducis cuius stirpem
prodimus *eheu* suadente metu.

Virtus quondam uera priorum
romana fuit
uerumque genus Martis in illis
sanguisque uiris.

---

278 *uide ad u.* 277 || Chorus *V R12 13 B* chorus rome *C* chorus romanorum *A* || 279 *hemistichia* 279a 280b *transposui auctore RP.* || 283 Rupta *R13* || 286 quîs *Ritter* || 290 augusti soror augusti (soror augusti *add. m. 2*) *C* || sociata *A* sortita *R13* || 291 aura *C* || 297 prodimus euo *B C V R12 13* prodimus saeuo *A* prodimus a e g r o *conieceram* prod. e h e u *uel* heu me *ci. RP.* e h e u *LMueller* || 298 uera priorum uirtus quondam *A R13* uirtus q. uera pr. *B R12* uerba *C* || 300 martisque *C* ||

Illi reges hac expulerant
urbe superbos
ultique tuos sunt bene manes
[*uirgo dextra caesa parentis,*
ne seruitium paterere graue et
improba ferret praemia uictrix
cruda libido.
te quoque bellum triste secutum]
mactata tua miseranda manu
nata Lucreti
stuprum saeui passa tyranni.

Dedit infandi sceleris poenas
cum Tarquinio Tullia coniunx
quae per caesi membra parentis
egit sàeuos impia currus
lacerosque seni uiolenta rogos
nata negauit.

Haec quoque nati uidere nefas
saecula magnum,
cum tyrrhęnum rate ferali
princeps captam fraude parentem
misit in aequor.

Properant placidos linquere portus
iussi nautae,
resonant remis pulsata freta:
fertur in altum properata ratis

302 expulerant *A R13* expulerunt *V* || 304 utilique *R13* manes bene *R13* || *uersus* 305—309 *interpolatos esse probare studui de Sen. trag. auct. p. 4 Virginiae commemoratio iam Swobodae suspitionem mouit.* || 306 paterer *R13* || 307 improba *ω* nec proba *Bo.* || 308 dira *A* cruda *R13* || 309 secutum est *A R13* est *om. C R12* || 314 tarqno *R13* tarquino *R12* || 316 egit seueros *R12* || 317 laceroque *A* lacerosque *R12 13 C* || 319 hec *ω* hoc *α* || nati *B C V R12* natu *R13* (*unde* natum *ci. RP.*) nostra *α* || 320 secula *A R13* scelera *Pall. plerique.* || magnum *ω* maius *Grotius.* || 324 resonat *R13* || 325 Iusu *uel* Iusti *R13* || 327 profecta *R12 B C* prouecta *α* properata *R13* ||

quae resoluto robore labens
pressa dehiscit sorbetque mare.

Tollitur ingens clamor ad astra
cum femineo mixtus planctu.
mors ante oculos dira uagatur.
quaerit leti sibi quisque fugam:
alii lacerae puppis tabulis
haerent nudi fluctusque secant,
repetunt alii littora nantes,
multos mergunt fata profundo.
scindit uestes Augusta suas
laceratque comas
rigat et maestis fletibus ora.

Postquam spes est nulla salutis:
ardens ira iam uicta malis:
'haec' exclamat 'mihi pro tanto
munere reddis praemia nate?
hac sum fateor digna carina,
quae te genui quae tibi lucem
atque imperium nomenque dedi
Caesaris amens.

Exere uultus Acheronte tuos
poenisque meis pascere coniunx:
ego causa tuae miserande necis,
natoque tuo funeris auctor.
en ut merui ferar ad manes
inhumata tuos
obruta saeuis aequoris undis.'

328 que[re] soluto *C* || 332 negatur *R12* || 334 latere *C* || 335 secat *R13* || 338 Angusta *R13* || 339 laceratque *A* lacerat *R13* || 340 rigāt ī mestis *V* || 344 munera[e] *C* || nate premia reddis *R12* redis premia natx *R13* reddis (tradis *C*) pr. nate *A* || 347 nomenque *A* nomen *R13* || 350 que *om.* *R13* || 352 actor *R12* || 353 feror *ci.* *NHs.* ||

Feriunt fluctus ora loquentis.
ruit in pelagus
rursumque salo pressa resurgit.
pellit palmis cogente metu
fata et cedit fessa labori.

Mansit tacitis in pectoribus
spreta tristi iam morte fides:
multi dominae ferre auxilium
pelago fractis uiribus ardent
brachia quamuis lenta trahentes,
uoce hortantur manibusque leuant.

Quid tibi saeui fugisse maris
profuit undas?
ferro es nati moritura tui,
cuius facinus [*uix posteritas*]
tarde semper saecula credent.

Furit ereptam pelagoque dolet
uiuere matrem
impius ingens geminatque nefas:
ruit in miserae fata parentis
patiturque moram sceleris nullam.

Missus peragit iussa satelles:
reserat dominae pectora ferro.
caedis moriens illa ministrum

---

358 rursusque *C V* rursumque *A R13* || 359 palmis *R13* || 360 fataqȝ et *R13* || 362 morti *R13* || 363 ferre et *C* || 364 audent *A R13* ardent *R12 g* || 365 trahentem *A R13* trahentes *B* trahentē *corr. ex* trahentes *R12* || 367 quicquid *C* || 369 ex *C* || 370 uix post. atrox capiet *ci. RP. ego uerba* uix posteritas *deleui. (cf. Thy. 192. 754)* || secula credunt *C R13* s. credent *B V R12* secula credet *g* credula credet *α* || 372 pelago atque *Ritter* || 374 que *om. R13* || 375 miserie *C* miſje *R13* mise fata *R12* || 376 que *om. R13* || 379 mories *R13* ||

rogat infelix,
utero dirum condat ut ensem.

'Hic est hic est fodiendus' ait
'ferro monstrum qui tale tulit.'
post hanc uocem
cum supremo mixtam gemitu
animam tandem per fera tristem
uulnera reddit.

AGRIPPINA.

Tellure rupta Tartaro gressum extuli
stygiam cruenta praeferens dextra facem
thalamis scelestis. nubat his flammis meo
Poppaea nato iuncta, quas uindex manus
dolorque matris uertet ad tristes rogos.
manet inter umbras impiae caedis mihi
semper memoria, manibus nostris grauis
adhuc inultis reddita et meritis meis
funesta merces puppis et pretium imperi
nox illa qua naufragia defleui mea.
comitum necem natique crudelis nefas
deflere uotum fuerat. haud tempus datum est
lacrimis sed ingens scelere geminauit nefas.
erepta pelago | foeda uulneribus sacros

381 ut in *V* || 382 hic est hic fod. *B* || Actus terci[9]. Mat' Neronis *R13* Agripa *R12* mater neronis *C V* Agripina mater neronis *B* Umbra Agrepine *R11* || 605 extuli *A* extulit *R13* || 606 p[f]acem *C* || 608 iuncta nato *R13* || 609 matris uertit (uertat *Mog.*) *A* n̄ras ûtet *R13* || ad tristes *A R13* in tr. *R12* || 612 inultis *corr. ex* inuictis *V* || 613 pu[p]pis *C* || 614 uox *C B R1213* nox *A* || que (*sprscr.* l. qua) *C* || 615 necemque *R12* || 616 617 *desunt V* || 617 scelere *a* scelera *α* || 618 *hemistichiorum* 620ᵃ 621ᵃ 618ᵃ *ordinem restituit RP.* ||

intra penates spiritum effudi grauem
nec odia nati | sanguine extinxi meo 621[a] 620[b]
perempta ferro | , saeuit in nomen ferus 618[a] 621[b]
matris tyrannus: obrui meritum cupit.
simulacra titulos destruit mortis metu
totum per orbem quem dedit poenam in meam
puero regendum noster infelix amor.
extinctus umbras agitat infestus meas
flammisque uultus noxios coniunx petit,
instat minatur imputat fatum mihi
tumulumque nati, poscit auctorem necis.
iam parce: dabitur. tempus haud longum peto:
ultrix Erinys impio dignum parat
letum tyranno uerbera et turpem fugam
poenasque, quis et Tantali uincat sitim,
dirum laborem Sisyphi Tityi alitem
Ixionisque membra rapientem rotam.
licet extruat marmoribus atque auro tegat
superbus aulam, limen armatae ducis
seruent cohortes, mittat immensas opes
exhaustus orbis, supplices dextram petant
Parthi cruentam, regna diuitias ferant:
ueniet dies tempusque quo reddat suis
animam nocentem sceleribus iugulum hostibus
desertus ac destructus et cunctis egens.
heu quo labor quo uota ceciderunt mea?

---

619 intra *A R13* inter *R12* || 620 extingxi *C* || 621 in r me ferus *V* || 624 in penam (in *add. m. 2*) *V* || 625 gerendum l. nr ūr *C* || 626 extinctas *R12* || infestus amo meas *C* || 626 que *om. C* || 629 nati *A* nasci *C G g* ulcisci *V R13 Mog. Vltr. (in V ex alia uoce correctum).* || posit autoreȝ *R13* auctore *corr. ex* auctorē *V* poscit ulcisci necem *uel* p. ultorem necis *ci. RP.* || 630 parte *R12* pce *R12* || puto *R12* || 631 parcit *V* || 636 marboribus *B* || 638 ī mensas u *R13* in mensas *R12* || 639 exhaustis *C* || petent *R13* petant *A* || 641 reddit *V* || 643 et *A* ac *R13* || ac cunctis *C R12 Mog.* et c. *A R13* ||

quo te furor prouexit attonitum tuus
et fata nate cedat ut tantis malis
genitricis ira quae tuo scelere occidit?
utinam antequam te paruulum in lucem edidi
aluique saeuae nostra lacerassent ferae
uiscera. sine ullo scelere sine sensu innocens
mecum occidisses, iunctus atque haerens mihi
semper quietam cerneres sedem inferum,
proauos patremque nominis magni uiros
quos nunc pudor luctusque perpetuus manet
ex te nefande meque quae talem tuli.
quid tegere cesso Tartaro uultus meos
nouerca coniunx mater infelix meis?

OCTAVIA. CHORVS.

Parcite lacrimis urbis festo
laetoque die:
ne tantus amor nostrique fauor
principis acres suscitet iras
uobisque ego sim causa malorum.
non hoc primum pectora uulnus
mea senserunt, grauiora tuli.
dabit hic nostris finem curis
uel morte dies.

---

645 peruexit *C* || 647 genitrix[cis] *V* || 648 utinam *C* te[te] *om.* *B* || edidi *A R13* dedi *B R12* l'edidi *in marg.* *B* || 649 saeuae nostra *A* sceua nostre *V* seue *corr. ex* sepe *C* || 649 650 *in R13 sic habentur:* alluique seue ullo scelere sine sensu innocens *(ceteris omissis)* || 651 meus *A R13* mecum *R12 IIIPall.* || uictus *R13* || haerens mihi *A* herens m̃ l'meus *B* || 652 quietem *C* || 653 proauos patremque *A* p. ptemqȝ *R13* patrem paruosque *C* auos patremque *V* || 654 manent *V* || 655 me que talem *C* || 656. quid tege[re].n ceso *C* || OCTAVIA · CHORVS *A* S'a pars chor⁹ octauia *R13* || 659 die *corr. ex* diem *R12* || 660 nosterque (*sprscr.* l. nri) *C* || 662 nobis que *C* || 663 ul'tus *R13* || 666 mortem *B in marg.* ||

Non ego saeu*i* cernere cogor
coniugis ora,
non inuisos intrare mihi
thalamos famulae.
soror Augusti non uxor ero.
absint tan*dem* tristes poenae
letique metus.

CHOR. Scelerum diri miseranda uiri
potes he*u* demens sperare memor?
hos ad thalamos seruata diu
uictima tandem funesta cades.
sed quid patrios saepe penates
respicis udis confusa genis?
propera tectis efferre gradus,
linque cruentam principis aulam.

En illuxit suspecta diu
fama totiens iactata dies.
cessit thalamis
Claudia diri pulsa Neronis
quos iam uictrix Poppaea tenet,
cessat pietas dum nostra graui
oppressa metu segnisque dolor.

Vbi romani uis est populi,
quae saepe duces fregit claros
dedit inuictae leges patriae

---

667 seue *ω* saeui *α* || cogor *ω* cogar *α* || 671 *in marg. adscr. a pr. m. R12* || augtı' *R13* || 672 tantum *ω* tandem *scripsi* || tristesque *R12* || 674 *Choro dedit Ritter, adstipulatur cod. C* || cho. socerum diri *C* socerum diri (*om.* cho) *A R13* soror o diri *B* soror diu *un. ex Pall.* uel socerum uel scelerum *B in mg.* scelerum diri *g IIPall. Ortel.* || 675 hoc *B V R12* hic *R13* haec *A* heu *scripsi e coni. Lips.* || spernere *C* || 677 cedes *R13* || 682 CHOR. *ω del. Ritter* || 687 cesit *R13* || 688 compressa *A* opp̄sa *R13* || dolor noster *V* || 690 qui *corr. ex* que *R12* || fregit claros quae saepe duces *A* ꝗ sepe claros fregit duces *R13* quae saepe duces fregit claros *scripsi* ||

fasces dignis ciuibus olim,
iussit bellum pacemque feras
gentes domuit,
captos reges carcere clausit?

Grauis en oculis undique nostris
iam Poppaeae fulget imago
iuncta Neroni.
affligat humo uiolenta manus
similes nimium uultus dominae
ipsamque toris detrahat altis.
petat infelix nox et flammis
telisque feris principis aulam.

NVTRIX. POPPAEA.

Quo trepida gressum coniugis thalamis tui
effers alumna quodue secretum petis
turbata uultu? cur genae fletu madent?
certe petitus precibus et uotis dies
nostris refulsit. Caesari iuncta es tuo
taeda iugali quem tuus cepit decor
et culpa Senecae, tradidit uinctum tibi
genitrix amoris maximum numen Venus.
o qualis altos quanta pressisti toros
residens in aula. uidit attonitus tuam

---

697 fulgent *R13* || 699 Afigat *R13* affigat *A* affligat *Eguianus*. *cf.* *809* || iugo *V* || 702 infelix *ω* infestis *Gratius* mox et *A* nox e *R13* || NVTRIX · POPPAEA *A* 2ª ps Nutrix popea *R13* Nutrix *R12* nutrix popee *C* || 704 thalami *R13* || 705 quoue *C V* || 706 cur *A* tue *R13* || manant *C R12 13* manent *G* madent *α (V B?)* || 707 ecce
es
petitus *V* || 708 Rostris *R13* || iuncta suo (es *interpretis est*) *R12* iuncta es tuo *A R13* || 709 regali *R13* || 710 et culpa senece *ω* et culpa nuptae *ci. Gron.* nec culta Senecae *Bo.* genetrixque amoris tradidit uinctum tibi culpata Se-
vi
necae, max. n. V. *ci. RP.* *cf. uu.* 443. 568 || iunctam *C* || 711
o
Senitrixque *R13* || 712 Equalis *C* ||

formam senatus, tura cum superis dares
sacrasque grato spargeres aras mero
uelata summum flammeo tenui caput.
et ipse lateri iunctus atque haerens tuo
sublimis inter ciuium laeta omina
incessit habitu atque ore laetitiam gerens
princeps superbo. talis emersam freto
spumante Peleus coniugem accepit Thetin
quorum toros celebrasse caelestes ferunt
pelagique numen omne consensu pari.
quae subita uultus causa mutauit tuos?
quid pallor iste quid ferant lacrimae doce.
POP. confusa tristi proximae noctis metu
uisuque nutrix mente turbata feror
defecta sensu. laeta nam postquam dies
sideribus atr*ae* cessit et nocti polus
inter Neronis iuncta complexus mei
somno resoluor. nec diu placida frui
quiete licuit: uisa nam thalamos meos
celebrare turba est maesta, resolutis comis
matres latinae flebiles planctus dabant.
inter tubarum saepe terribilem sonum
sparsam cruore coniugis genitrix mei
uultu minaci saeua quatiebat facem.
quam dum sequor coacta praesenti metu:
diducta subito patuit ingenti mihi
tellus hiatu, lata quo praeceps toros

714 formam *corr. ex* fortunam *V* || 715 sacrasque *A* que *om. R12* Et sacras *R13* grata [o] *C* || spargens *C* || *u.* 715 *bis legitur R13* || 716 tenui flameo *R13* || 718 omnia *V R12 13* (oīā) omina *V* agmina '*unus antiquus cod.*' *Delrio* || 720 ah mersam *V* || 722 talamos *R12* || 724 subdita *R13* || 724 quis pallor *C* || 728 sideribus atris *ω* sideribus, atr a e *ci. RP.* || 729 meis *R13* || 731 resoluo *R12* || 735 turbarum *R12* || sompnum *C* ~~sol~~ sonum *R13* || 736 sparsam *B C R12 (V?)* sparsa *α* Spsaqȝ *R13* || genitrix *A* nutrix *R13* || 737 saeua *A* seuā *R13* || 738 plenti *R13* || 739 diducta *A* subducta *V B* (*sed in marg.* ul' diducta [a] *B*) || 740 hitu *R13* ||

cerno iugales pariter et miror meos
in quis residi fessa. uenientem intuor
comitante turba coniugem quondam meum
natumque. properat petere complexus meos
Crispinus intermissa libare oscula:
irrupit inter tecta cum trepidus mea
ensemque iugulo condidit saeuum Nero.
tandem quietem magnus excussit *tre*mor
[*quatit ora et artus horridus nostros tremor*]
pulsatque pectus. continet uocem timor
quam nunc fides pietasque produxit tua.
heu quid minantur inferum manes mihi
aut quem cruorem coniugis uidi mei?
NVTR. quaecumque mentis agitat infestus uigor
ea per quietem sacer et arcanus refert
ueloxque sensus. coniugem thalamos rogos
uidisse te miraris amplexu noui
haerens mariti? sed mouent laeto die
pulsata palmis pectora et fusae comae.
Octauiae discidia planxerunt sacros

---

742 in quis *A* in quibus *V* || resedi *A* rescidi *R13* resi^{e}di *RP.* || intuor *A* intueor *C B R12* intuor *V* || 742—744 *in marg. adscr. sunt in R12* || 743 cum comitante *C* || tandem meum *B* || 745 Pristinos et *C* pristinus et *B* Pristinus *R 12 13* pristinos *V* Crispinus et *α* || a oscula *R13* || 746 inrumpit *V* || intra *A* inter *R1213 B* || tum *A* dum *R13* trepidus *A R13* rapidus *B Suet. Ner. 49:* trepidanter — ferrum iugulo adegit. || mea *ω* Nero *Gruterus* || 747 condit *R13* saeuum Nero *A R13* ferum iugulonero *R12* ferrum nero *sed in marg.* uel seuum *B* saeuum meo *Grut. sed haec ad Neronis mortem spectare recte contendunt et T. Bad. et F. Vaterus. Poppaeam ictu calcis a Nerone occisam esse tradit Suet. Ner. 35.* || 748 timor *ω* tremor *restituit RP. ex u. seq.* || 749 *uersum et RP et mihi suspectum deleui. omittitur in textu codicis B, in marg. adcriptus est a m. 2* || t^{e}mor *C* || 750 pulsat (*om.* que) *C R12* || 754 *Nutricis notam om. R13* || intentus *ci. Gron.* infectus *ci. RP.* || 757 mis mirarcis *R12* (*litterae* mis *et* c *lineolis deletae*) || 758 ma^{i}rti *C* || leta *B R12* laeto *A* || 760 desidia *B R13* discidia *V R12 C* ||

inter penates fratris et patrium larem.
fax illa quam secuta es Augustae manu
praelata clarum nomen inuidia tibi
partum ominatur. inferum sedes toros
stabiles futuros spondet aeternae domus
iugulo quod ensem condidit princeps tuus:
bella haud mouebit, pace sed ferrum teget.
recollige animum, recipe laetitiam precor
timore pulso. redde te thalamis tuis.
POP. delubra et aras petere constitui sacras
caesis litare uictimis numen deum,
ut expientur noctis et somni minae
terrorque in hostes redeat attonitus meos.
i uota pro me suscipe et precibus piis
superos adora man*d*at ut praesens metus.

CHORVS.

Si uera loquax fama tonantis
furta et gratos narrat amores,
quem modo Ledae pressisse sinum
tectum plumis pennisque ferunt,
modo per fluctus raptam Europen
taurum tergo portasse trucem:

Quae regit et nunc deseret astra,
petet amplexus Poppaea tuos
quos et Ledae praeferre potest

---

761 inter ω intra α || 762 secuto *R13* || angusta *R13* || 764 ᶜominatur *C* || 766 quod *sprscr.* quem *C* qȝ *R12 13* || tuus ω tuo *Lipsius 'codd. nonn.' NHs. uide ad u.* 747 || 767 haud *corr. ex* aut *R12 uersum om. V* || 772 expient *R13* || minax *R13* || 774 et uota ω tu uota *Gron.* i, uota *scripsi cum NHs.* || 775 manet ut *A* maneat ut *V R12 13* mandat ut *scripsi e coni. NHs.* e manet ut *ci. Ritter* || 776 loquar *C* loquor *A R12* loquā *R13* loquax α *(V?)* || 777 narret *C* || 778 que modo *C R13* quemodo *corr. ex* quimodo *V* || 779 pulmis *R13* || ferum *C R13 in marg. B R12* ferunt *A* || 782 deserit *C* || 783 peret *R13* petet *corr. ex* perit *V* ||

et tibi quondam cui miranti
fuluo Dan*ae* ful*s*it in auro.

Formam Sparte iactet alumnae
licet et phrygius praemia pastor:
uincet uultus haec Tyndaridos
qui mouerunt horrida bella
phrygiaeque solo regna dedere.

Sed quis gressu ruit attonito,
*ec*quid portat pectore anhelo?

NVNTIVS. CHORVS.

Quicumque tectis miles exultat ducis,
defendat aulam cui furor populi imminet:
trepidi cohortes, ecce, praefecti trahunt
praesidia ad urbis, uicta nec cecidit metu
concepta rabies temere sed uires capit.
CHOR. quis iste mentes agitat attonitas furor?
NVNT. Octauiae f*au*ore percussa agmina,
e*n* efferata per nefas ingens ruunt.
CHOR. quid ausa facere quoue consilio doce.
NVNT. reddere penates Claudiae *c*iu*es* parant
torosque fratris debitam partem imperi.
CHOR. quos iam tenet Poppaea concordi face?

---

785 mranti *R13* || 786 daphne *R13* dannhe *C* dampne *R12* dapne *V* dane *B* Danae *α* || fluxit *A* fulxit *R13* '*al.* fulsit' *Commelin.* || 787 formam *corr. ex* fortunam *V* || iacet *C* || 793 aut quid *ω* ecquid *scripsi.* || pectore portat *ω* portat p. *LMueller* || Act^{9} qntus Nūcius chorus *R13* Nuncius *R12* Nuncius chorus *C* || 794 exultat *A R13* exaltat *V cf. Verg. Aen. XI 661.* || 796 cohertes *R12* || 797 ab urbis *R13* ad urbes *C* || cecidit *R13* cedit *A* || 799 attonitus *A* attonitos *R12* attonitas *R13* || 800 furore *ω* fauore *Gron.* percussa *V R12 R13* pulsa *C* perculsa *α* || 801 et efferata *A* Eeferata *R13* et *om. B V* nunc eff. *Bo. cum Vitrai.* en *ci. RP.* || 802 quid est ausa *R12* || cōscilio *R13* || 803 Edere *R13* diui *ω* ciues *ci. RP.* || 805 fide *A* face *R13* quos nā tenet cōcordi fide (supra tenet *interpres addidit* popea) *R12* ||

NVNT. hic urit animos pertinax nimium *fauo*r
et in furorem temere praecipites agit.
quaecumque claro marmore effigies stetit
aut *aere* fulgens ora Poppaeae gerens
afflicta uulgi manibus et saeuo iacet
euersa ferro, membra per partes trahunt
deducta laqueis, obruunt turpi diu
calcata caeno. uerba conueniunt feris
immixta factis quae timor recipit meus.
sepire flammis principis sedem parant
populi nisi irae coniugem reddat nouam
reddat penates Claudiae uictus suos.
ut noscat ipse ciuium motus mea
uoce haud morabor iussa praefecti exequi.

CHORVS.

Quid fera frustra bella mouetis?
inuicta gerit tela Cupido.
flammis uestros obruet ignes,
quibus extinxit fulmina saepe
captumque Iouem caelo traxit.
laesi tristes dabitis poenas
sanguine uestro.

Non est patiens feruidus irae
facilisque regi:

---

806 ruit *B* || furor *ω* fauor *Grotius* || 807 p̄cipitatos *R 13* || 808 quıɡqȝ *R13* stetit effigies *V* || 809 ara *ω* aere *Lips.* || 811 ꝑtes *corr. ex* ꝑpetes *V* || trahuunt *R12* || 811 diducta *A* seducta *V* deducta *R13 (C?) IVPall.* || obruitur *R13* || 813 ~~CLalcata~~ Calcata *R13* || 814 recipit *A R13* recepit *V* reticet *ci. Delrio* rapuit *ci. RP.* || 815 sepellire *V* sopire *R13* sepire *A* || 815 irae *om. R13* || reddat *ω* dedat *Grotius* || 817 uinctus *C* || 818 mea uoce *C* || 819 haud (*om.* uoce) *C* aut *R13* || 819 *noua scaena R13 continuatur A* || 822 nostros *B* || 823 quis *R13* || 824 tela *(linea del.)* traxit *V* || 825 ~~del~~ dabitis ~~mi~~ penas *R13* || 825 nostro *B* || 828 facilique *R13* ||

ille ferocem iussit Achillem
pulsare lyram.
fregit Danaos, fregit Atridem.
regna euertit Priami, claras
diruit urbes.

Et nunc animus quid ferat horret
uis immitis uiolenta dei.

NERO.

O lenta nimium militis nostri manus
et ira patiens post nefas tantum mea,
quod non cruor ciuilis accensas faces
extinguit in nos caede nec populi madet
funerea Roma quae uiros tales tulit.
et illa cui me ciuium subicit furor
suspecta coniunx et soror semper mihi,
tandem dolori spiritum reddat meo
iramque nostram sanguine extinguat suo.
admissa sed iam morte puniri parum est,
grauiora meruit impium plebis scelus:
mox tecta flammis concidant urbis meis,
ignes ruinae noxium populum premant
turpisque egestas saeua cum luctu fames.
exsultat ingens saeculi nostri bonis
corrupta turba nec capit clementiam
ingrata nostram ferre nec pacem potest.
sed inquieta rapitur hinc audacia,
hinc temeritate fertur in praeceps sua.

---

832 regna *corr. ex* regina *R12* || claras *om. R13* circuit *sprscr.* l. diruit *C* || NERO. *ω* || 837 tantum nefas *C R12* tanct. neph. *V* nefas tantum *A R13* || 838 quid *R12* || 839 in uos *R13* || ne *V* || 840 funesta *R12* || uiro *R13* || 841 pulri *R13* || 841 842 *post u.* 846 *conlocandos putaui.* || 843 et illa *ω* at illa *Bo.* || subiecit *A* subicit *R13 V Pall.* || 845 dedat *R13* || 849 rictu *ci. RP. cf. Herc.* 695 *Thy.* 5. || 851 [illegible] || 853 hiuc *R13* || 854 hiuc *R13* ||

malis domanda est et graui semper iugo
premenda, ne quid simile tentare audeat
contraque sanctos coniugis uultus meae
attollere oculos. fracta per poenas metu
parere discet principis nutu sui.
sed adesse cerno rara quem pietas uirum
fidesque castris nota praeposuit meis.

PRAEFECTVS. NERO.

Populi furorem caede paucorum diu
qui restiterunt temere compressum affero.
NERO. et hoc sat est? sic miles audisti ducem?
compescis? haec uindicta debetur mihi?
PRAEF. cecidere *mo*tus impio ferro duces.
NERO. quid illa turba petere quae flammis meos
ausa est penates, principi legem dare,
abstrahere nostris coniugem caram toris,
uiolare quantum licuit incesta manu
et uoce dira? debita poena uacat?
PRAEF. poenam dolor constituet in ciues tuos?
NERO. constituet aetas nulla quam famae eximat.
PRAEF. qua temperet nos ira non noster timor.
NERO. iram explica*u*it prima quae meruit meam.
PRAEF. quam poscat ede: nostra ne parcat manus.
NERO. caedem sororis poscit et dirum caput.
PRAEF. horrore ui*n*ctum trepidus astrinxit rigor.

---

857 meos *R13* || 858 facta *B* || 859 nutu *A* nutui *R12 13 Mog.* nut$\overset{\text{i}}{\text{u}}$ *V* || PRAEFECTVS · NERO *A om. V* Act^{9} qnt^{9} pfcus nero *R13* prefect^{9} *R12* || 865 haec *A* h' *R13* || 866 PRAEF. *om. R13* || metus *ω* motus *α* || impio *A R13* impii *C* || duc$\overset{\text{i}}{\text{e}}$s *C* || 867—884 *praefecti et Neronis notae interse conmutatae R13* || 869 tantam toris *Æ* caram t. *A R13* || 874 nos ira *ω* non ira *α* || 875 expectabit *R13 VC* expectet *R12* expiabit *α* explicabit *B* explicauit *scripsi.* expediuit *ci. RP.* || 876 possit *R12* || 878 uictum *ω* uinctum *Raphelengius* ||

NERO. parere dubitas.
PRAEF. cur meam damnas fidem?
NERO. quid parcis hosti?
PRAEF. femina hoc nomen capit?
NERO. si scelera cepit.
PRAEF. estne qui sontem arguat?
NERO. populi furor.
PRAEF. quis regere dementes ualet?
NERO. quis concitare potuit?
PRAEF. haud quemquam reor.
NERO. mulier dedit natura cui pronum malo
animum ad nocendum pectus instruxit dolis,
PRAEF. sed uim negauit.
NERO. ut ne inexpugnabilis
esset sed aegras frangeret uires timor
uel poena, quae tam sera damnatam premit
diu nocentem. tolle consilium ac preces
et imperata perage: deuectam rate
procul in remotum litus interimi iube:
tandem ut residat pectoris nostri timor.

CHORVS. OCTAVIA.

a O funestus multis p o p u l i
dirusque f a u o r,
qui cum flatu uela secundo

---

879 mea *R12* || 880 quod *A* quod *corr. ex* quid *R12* quid *R13* cur *B* || 881 Si *corr. ex* Sȝ (*i. e.* sed) *V* cepit *C* q *R13* || 882 dem̃tas *R13* || 883 quis *A R13* qui *Mog. un. ex Pall.* || 884 dedit *sprscr.* l' reddit *C* dat *R13* || 885 nitendum *C* istruxit *B* || 886 *uerba* sed uim negauit *praefecto dedi auctore RP.* || 887 regras *R13* || 888 tam *ω* iam *Bo.* || dāpnata *R13* || 890 rate procul *V* || 891 urbe *R13* 892 residet *R12 in ras.* || tumor *A* timor *C B R 12 13* (*B in marg.* uel tumor) || CHORVS · OCTAVIA *A R13* chorus *R12* || 893 O Funesti *C* || multus *B* ||

ratis impleuit uexitque procul,
languidus idem
deserit alto saeuoque mari.

a′ Fleuit Gracchos miseranda parens,
perdidit ingens
quos plebis amor nimiusque fauor
genere illustres
pietate fide lingua claros
pectore fortes legibus acres.

a″ Te quoque Liui simili leto
fortuna dedit,
quem neque fasces texere sui
nec *la*eta domus.
plura referre prohibet praesens
exempla dolor.

b Modo cui patriam reddere ciues
aulam et fratris uoluere toros,
nunc ad poenam ferrumque trahi
flentem miseram cernere possunt.

b′ Bene paupertas humili tecto
contenta latet:
quatiunt altas saepe procellae,
at*que* euertit fortuna domos.

---

897 iddeȝ *R13* || 899 gnatos *A R13* gratos *G R10* al' gracos *R10 in marg.* gracos *uel* graccos *Pall. tres Grut. teste* || 905 lenis *A* leuis *C B V R1213* Liui '*ita quoque Pall. aliquot et Colon.*' *Gruterus* || simili *corr. ex* similis *V* sıl'ı loco *R13* || 907 faces *C* || tui *α* || 908 tecta *ω* saepta *uel* tuta *ci. NHs.* laeta *RP.* || 909 refenr⁊ *R13* || pn̄s *R13* || 913 letumque *A* ferųqȝ *R13* || 914 possunt *R1213 V B* possis *A* || 916 contecta *V* || 918 aut *ω* atque *Bo.* ||

c OCT. Quo me trahitis? quoue tyrannus
aut exilium regina iubet,
si mihi uitam fracta remittit
tot iam nostris euicta malis?
si caede mea cumulare parat
luctus nostros:
inuidet etiam cur in patria
mihi saeua mori?

d Sed iam spes est nulla salutis:
fratris cerno miseranda ratem.
hac *en* cuius uecta carina
quondam genitrix
nunc et †thalamis expulsa soror
miseranda uehar.

c′ Nullum pietas nunc numen habet
nec sunt superi.
regnat mundo tristis Erinys.
quis mea digne deflere potest
mala? quae lacrimis nostris questus
reddet *a*ëdon?
cuius pennas utinam miserae
mihi fata darent.

d′ Fugerem luctus ablata meos
penna uolucri procul et coetus
hominum tristes caedemque feram.

---

919 quodue *A* quo ue *R13 R10 G g* || 920 fortuna : regina ω || 921 mihi *om. R13* fractam *C* || 922 annis *sprsc* nris *R12* nras *R13* euicta ω et uicta *Gron.* || 923 si n *c* *Gron.* || 924 nostros *A* uros *R13* || 925 ~~nr~~ etiam *C* || 92 *confer u.* 341 || 929 haec est *A* hac est *C R13* hac en *c* *RP.* || 933 ne pietas numen *V* || 938 rederet *R13* red deret dent *C* edon ω aedon α || 940 fata *corr. ex* facta *R12* 941 ablata *A* alta *R13* alata *R12* elata *ci. RP.* || 94 e *R13* ||

sola in uacuo nemore et tenui
ramo possem querulo pendens
gutture maestum fundere murmur.

e⁰ CHOR. Regitur fatis mortale genus
nec sibi quisquam spondere potest
firmum et stabile · · — · · —
pro quam casus uoluit uarios
semper nobis metuenda dies.
animum firment exempla tuum
iam multa domus quae nostra tulit.
quid saeuior est fortuna tibi?

Tu mihi primum tot natorum
memoranda parens
nata Agrippae nurus Augusti
Caesaris uxor
cuius nomen clarum toto
fulsit in orbe.

Vtero totiens enixa graui
pignora pacis,
mox exilium uerbera saeuas
passa catenas
funera luctus tandem letum
cruciata diu.

---

944 sola in uacuo *A* sola uacuo in *V* sola *τ* uacuo *R13* || 945 pendens querulo possem *A* possem q. pend. *R13* || 947 Chor. *m. 2 add. C* || 948 quisquam *R1213 C V* quidquam *A* || 949 *monometrum intercidisse puto.* || 950 per quam *A* p q̃; *R13* p casus que *R12* per quem[1] *C* pro (*i. e.* proh) quam casus u. uarios (*conl. Verg. Aen. I.* 92) *uel* perquam casus u. u. *ci. RP.* || nec sibi quisquam . p. firmam et stabilem Parcam, casus *ci. Bo.* || uoluitur *R1213 C* uoluit *A* || 953 nr̃a *R13* nostra *G R11* uetra *A* || 955 principium *V* || 956 meõrãda *V in ras.* || 957 augtĩ *R13* || 959 tu cuius *V* || 965 uulnera *ci. I Gron.* || ictus *sprscr.* luctus *C* ||

f° Felix thalamis Liuia Drusi
natisque ferum ruit in facinus
poenamque suam.
Iulia matris fata secuta
post longa tamen tempora ferro
caesa est quamuis crimine nullo.

f Quid non potuit
quondam genitrix tua quae rexit
principis aulam
cara marito partuque potens?
eadem famulo subiecta suo
cecidit diri militis ense.

f′ Quid cui licuit regnum in caelum
sperare parens tanta Neronis?
non funesta uiolata manu
remigis ante
mox et ferro lacerata diu,
iacuit saeui uictima nati?

g OCT. Me quoque tristes
mittet ad umbras ferus et manes
ecce tyrannus.

g′ Quid iam frustra miseranda moror?
rapite ad letum
quis ius in nos fortuna dedit.

---

967 īfalix *R13* || 970 secuta est *R13* || 971 te[…] pora tempora *V* || 974 texit *sprscr.* rexit *C* || 978 diri […] diu *R13* || 979 celo *V* || 980 uiolata *A* uiolenta *R*[…] *B in marg.* || 983 an mox *V* || 984 saeui iacuit *A* iac[…] seui *R13* || 985 OCT. *om.* *R12* || 986 mittet *R13* || ma[…] *corr. ex* manʒ *C* inmanis *V* *totus uersus in marg. adscr.* […] *a 2 m.* *B* || 988 quid iam *A* quidã *R13* || 990 quis ius in […] *A R13* q̧ in nos ius *V* ius quis in nos *B* quibus in […] *[…]ltrai.* ||

h Testor superos —
quid agis demens? parce precari
quis inuisa es numina diuum.

h' Tartara testor
Erebique deas scelerum ultrices
et te genitor
dignum tali morte et poena,
non inuisa est mors ista mihi.

,'' Armate ratem date uela fretis
uentisque petat puppis rector
*p*and*at*ariae litora terrae.

CHOR. Lenes aurae zephyrique leues
tectam quondam nube aetheria
qui uexistis raptam saeuae
uirginis aris Iphigeniam,
hanc quoque tristi procul a poena
portate precor templa ad Triuiae.

Vrbe est nostra mitior Aulis
et *T*aurorum barbara tellus:
hospitis illic caede litatur
numen superum.
ciuis gaudet Roma cruore.

991 *post h. u. dimetrum cum monometro periisse suspicor.* || 992 ageris *C* || prece *sprscr.* l. parce *C* || 993 Quis ī ıissa *R13* || 994 tartari *V* || 997 tantali *R12* || 1001 tandem ›harie ω *nisi quod unus e Pall. Grut. teste* tandem funeste. › and a t ariae *ci. Lips.* || 1002 leues *R12 13 post* aurae *rasura unius lit. C* que *om. V* || 1003 etherea *R13 C* || 1004 ui (e) uexisti *C* || 1007 porta(t)re *C* || 1008 uestra *R12* (e *in ras.*) || 009 maurorum ω *corr. Lips.* || 1011 munere superum *C* || 012 cuius *CV* cıuıs *R13* ciuis *A* cuȝ gaudet „ roma cruore „ iuis *R12* || Lucıȷ Marcı Anei Senece Octauia" Tragedia nona" eliciter Explicit dıe XIIII mensıs Iullıı MCCCLXXXXI°: - *R11* Lucij annei senece cordubensis octauia explicit ·agedia nona. Sequitur a tergo decima et ultima que herıles oetheus nuncupatur et exitus eius. *C* Senece poete agediarum liber nonus qui octauia dicitur Explicit. Demus autem qui hercules otheus noı̄atur hic Incipit. *G.*

I. INDEX
NOMINVM ET RERVM.

Tragoediarum ordo et signa:

II INDEX ORTHOGRAPHICVS.

De orthographia codicis E.

I Vocales.

1 **adspiratio** ante uocales admissa: harena harundo Hister Haemus haemonius hedera humus hiberus haedus halitus anhelus anhelans Dahae T 370 603 coherces P 462 1086 cohercuit Tr 384 omissa: *fere constanter:* umerus umor pro (*nusquam* proh) ei (*nusquam* hei) aenum; *aliquot locis:* era P 272 erus H 815 alcyones A 717 a (*pro* ah) Tr 1023 adspirationis uitiose admissae uel neglectae exempla: haethnę Hii 289 hetneum *Hii* 545 habiit A 1002 habeant T 885 heuboica herinis habunde herebi histhmon hostendit hiris hora hortus — inhermes Pfr. 126 perhennes P 972 perhemptus Hii 1480 — ac Hii 817 (*bis*) ydra ymenaeum ille (= Hylle Hii 1452) asta amos H 156 (EV) yadas esperio auriendum H 640 (EV) aut (= haut) H 349 926 P 500 Tr 25 Hii 1170 *alia sexcenta.* — *cf.* II 6.

2 **diphthongarum et uocalium mutationes:**
ae — e ae *fere ubique has uoces tenet:* caelum caelestis caeruleus maeror maestus paedor (*at* poedore A 1049) saecula caespes saetiger taedae caecus paene saeptus dissaeptus uaecors caelebs caestus gaesum taeter paenitet (E *Rescr.*) — e *constanter in his adparet*: cetera obscenus frena fetus effetus fecundus (femina femineus) obscenus camena cena. — paelex *et* pelex *pari fere numero* (pelex *in* Hii *frequentior*), pellex *nusquam* — *uitiose* ae *pro* e *vel* e *pro* ae *saepissime posita, uelut:* phetonte Hii 858 fęrei (Pheraei) M 665 pre que hec quęri quaerulus quęstus (i QVAERERE M 196 *Rescr.*) aebrius Haector micaeneas A 122 ae *pro* e *frequenter in imperatiuis in IIIae decl. VIo casu in IIae decl. uocatiuo* (comprimae metuae rupae stigae lampadae summae falsae animę) — *praeterea digna conmemoratione:* leuus *fere constanter uelut* T 913 P 18 53 404 716 1268 M 683 paena Ofr. 264 M 465 495 619 *cf.* paenitet faenus P 463

[*cf.* faenore *ap. Ritschl. pr. lat. mon. ep., cl.* XXIII. p. 284] physaeter P 1039 **ae — oe** (paena) plębeis męnia laeti P 864 (*pro eo quod* loetum *i. e.* letum *scribi solet*) loetum (= laetum) Hii 1677 phoethontiadum poenae (= paene) Hii 1167 foetus poedore (*u. sup.*) Phoedra **e — oe** phebus cepit cetus echalia — ephoebi loetum loetalis loetificus (*sic constanter, nisi quod* lętum *extat* Hii 980 laetifero Hii 211) **o — au** occupet *pro* aucupet Hii 485 **u — au** cludendi *et* claudendi *formis sine discrimine usus est librarius* **oe — o** Deiphoebe A 786 **uu — uo**. *in syllabis primitiuis* o *post* u *consonam non seruatum est nisi in* Hii, *ubi id generis exemplorum tantus adparet numerus, ut eius fabulae auctorem hac scribendi ratione usum esse facile intellegatur. Idem post* qu *seruauit* o *in* quom. — uolnus Hii 1632 uulnus 803 (*sed alterum* u *posterioris manus*) uoltus Hii 1262 1270 1277 1294 1300 1649 1712 uultus 812 (*sed* u *m. sec.*) uoltu 1493 1612 1728 auolsam 525 — *scripturae* quom *certa adparent uestigia:* Hii 613 (quom E cum A) 610 (cum A quem E *i. e.* quom) 1167 (cum A quo E R *restituendum erat* quom. *quod etiam* 590 599 *ubi* quum E cum A *et* 615 *ubi* cum *ω scribendum uidetur*). *plerumque tamen forma* cum *inuenitur.* **o — u** suboles Tr 472 537 P 476 (*a pr. m.*) incolomis A 421 urbis *pro* orbis Hii 1832 attullit Pfr. 240. **ii — i** pelasgij Tr 637 *u.* I 3 **i — y** *saepissime permutantur:* hyemes lacrymae sylua *raro* sydus *plerumque per* y. **i — y — u** sipara (*u.* II 7) inclitus et inclutus (*utrumque frequens*) proxumus Hii 693 optume Tr 495 Ofr. 151 decumas Tr 76 tegumen Pfr. 110 lubet H 399 cumba Hii 1933 A 107 O 167 H 779 T 592 M 371 (mo-
u
nimenta Oct. 201 G) phrygibus Tr 768 simul et *pro* simile Hii 1268 Eurupus H 382 E^1V Thylae (Thule) M 382 myrrha myrtus Thyades saetyger M 647 clamus E^1 clamys E^2 T 664 **e — o** uertex Hii 506 512 A 580 (A *ubique* uortex). — *in uocabulo graeco* Tr 832 Mothone (A Methone) **a — e** *in uocab. graecis:* Pellene H 984 *pro* Megara *non raro* Megera *uel* Maegera *uel* Megaera. Caphereus A 581 Hii 781 caphęrides Hii 808 cephallanum Tr 527 **e — i** tremesco Tr 497 H 422 T 696 genetrix O 628 767 Pfr. 190 P 120 (genitrix *non nusquam*) neglegit Hii 154 T 159 demissos O 518 deminuto O 148 destricta A 772 deripis A 730 deducit M 947 — deferte (differte) H 1182 decedere (decid.) A 508 — protinus pinna pinnata *plerumque* penna P 50 — direpta Hii 1266 discendi P 677 discendit Pfr. 84 tremibundum Hii 816 gantiticum (ganget.) M 873 cremassis Hii 855 recides H 1337. — *Mutatio uocalis alia atque in conpositis fieri solet obseruatur in* subrupiendi *uerbo* A 299 *ubi* sub rupe reductus E surripere doctus A [*cf. Plaut. Trin. u.* 83 *ed. Ritschl.*] — *in uocc. graecis:* Ilissus P 14 (Elis-

II Consonae.

Tr 975 inriga Ofr. 164 inremeabilis H 552 (V, inremediabilis E) inridens Pfr. 521 inritus H 663 (E V) M 751 inrepertus M 651 inmani T 1019 inmensa T 1099 inmori Hii 873 inmitte Hii 984 inmisso M 232 (*Rescr.*) inmiscet Tr 11 inpunita P 829 inpune Hii 878 879 inpotenti M 859 inpauidus Hii 63 649 inpulsu Tr 1125 inpegit H 996 E V (V *etiam* inperium H 1322 inpetus H 998 inbuit H 459) — conlucent T 911 conlucet A 564 conlapsa Hii 1233 conbibit O 506 conponit H 168? (V: conponit H 168 814 conpesce H 523 980 conpressit H 828) — subcumbet A 1051 subcubuit Tr 960. — *constanter scriptum est* umquam numquam numquid cumque utrimque namque — iamdudum pessumdatus. —

2 **adsimilatio admissa in conpositis.** *Constanter* subm — subp — obp — adp *adsimilationem passae sunt* (summ — supp — opp — app) *nec non formae* quicquid quicquam. *singularis est scriptura* assint M 58. *porro in* dissiciendi *uerbo* sj *mollitum est in* ss: dissicite Ofr. 343. — *media ante mutam facta est muta his exemplis:* optegis P 895 optinere M 257 O 864 optulerit H 590 optutus A 239 *adsimilationis cuiusdam in media uoce simplici factae est exemplum* rittus *pro* rictus T 992

3 **dissimilatio.** *pro* membrum membratim membrana *constanter scripsit librarius* menbra menbratim menbrana. *similiter* panpinea P 763 iubsa H 43 (E V) obtabat Hii 402 (*plura exempla in* V: unbrante H 722 sonpnia 1088 iubsus *persaepe* trumco 1030 lapdaci 499)

4 **consonae eiectae.** in conpositis: conubia O 821 Tr 911 P 237 — operiar A 1003 (E A) — comitti Ofr. 328 comitte M 33 i *consona in conpositis* iaciendi: adicere Ofr. 201 adice M 530 (*bis*) adicit T 727 (*non liquet de scriptura* M 277 474 786 O 832) obicere M 499 obici H 438 (E V) M 237 (*Rescr.*) proiciet Pfr. 64 (subicit Oct. 843 R 13) obex: obice H 241 1004 in uoce ineunte: g. nouus *pro* nauus (gnauus) Hii 570 — gnatus — natus: *utraque forma usus est librarius, ita tamen ut in VIIII prioribus tragoediis solam integram* (gnatus) *poeta admisisse uideatur; contra* Hii *et* Oct. *nisi ubi lex metrica refragatur tuentur alteram* (natus). s *post* ex *praepositionem omissa:* expectent T 441 exurgat M 49 exiluit M 448 exilit Hii 245 expue Ofr. 44 exanguis H 418 *seruata:* exsecrabilis Ofr. 223 exsurgere Tr 545 P 1021 exsequi P 626 H 41 Hii 541 exsequiae O 63 exsanguis P 1062 exferit *pro* exserit Hii 258 exscidit Hii 556 exserta Hii 1674 *addita:* exsuere Hii 832 Tr 571 s *post* trans *praepositionem plerumque omissa:* transcribor transcendo transilio. *addita:* transsierat Tr 447 in uoce media c *ante* t autumnus artus *constanter* (*u.* II 7) in uocum con-

cursu: *praepositio* post *ante uocabulum a litera* **t** *incipiens consona ultima aliquotiens priuatur:* postergum Pfr. 215 posterga M 303 O 1077 poste P 945. — *Contra* **n consona seruata** *in terminatione:* quotiens totiens *constanter* coniunx *plerumque* formonsus O 521 P 789 Atlans Hɪɪ 1914 gigans Hɪɪ 167 1172 1764 Garamans P 73 Mimans *plerumque corruptum* minans H 986 minas Hɪɪ 1388

5 **consonae interpositae. mpt** emptus peremptus peremptor temptare praetemptans (O 670 P 1056) intemptata (M 62) *satis frequentes, at* intentare P 735 contempta Hɪɪ 1165 *at* contemtor A 629 incomptae A 607 *at* incomtus P 665 consumptus Hɪɪ 1087 1362 **mps** sumpsisse Tʀ 104 consumpsit Hɪɪ 1228 A 735 absumpsit Tʀ 1187 **mpn** tempne H 90 (E V) contempnere M 543 [*u. Vergil. Ge.* IIII 104] dampnare Hɪɪ 902 905 Ofr. 253 *at* damnum O 502 *etc.* erumpna Hɪɪ 1378 aerumpnas Tʀ 775 Ofr. 78 columpnae T 647 P 505 antempnas M 324 (autumpnus H 954 V sompnus tyrampnus *persaepe* V) solempnis O 308 Tʀ 788 909 H 883 (E V) M 112 802 **mt** *pro* **mpt** = **nt** temtat H 358 somti H 1229 insomti P 833 [*cf. Mommseni C. I. ind. gramm. p.* 607 *col.* 3: quamta tamtae sentemtiam *alia*] **un—u** fluuitauit (fluuialis A) M 634

6 **adspiratio consonis addita uel dempta. c — ch** *constanter* lacrimae simulacrum ancora—pulcher sepulchrum. *uitiose leguntur* ophiucus M 701 (E *Rescr.*) oecalia Hɪɪ 162 calcas Tʀ 542 corda A 339 Tʀ 843 — archadius O 485 archanus H 601 alchmene H 22 lachenam A 741 zachintho Tʀ 866 calchus (Caycus) Tʀ 237 chaphereus A 581 chorus *fere ubique pro* corus, michi nichil *constanter;* cholcus *pro* colchus Tʀ 1114 [*cf.* calchidicus *Verg. ecl.* X 50] **p — ph** spinx O 92 250 654 prygibus Tʀ 478 paretram H 998 scarpen Tʀ 858 — trophea A 191 Tʀ 158 phylon Tʀ 858 **t — th** tus torus balteus H 353 Nabatae Hɪɪ 160 Nabataeus A 504 — Tyestes A 25 Aegistus tyrsus *frequenter* talamis Tʀ 910 istmos Hɪɪ 83 scyta Tʀ 1114 — antheus Hɪɪ 24 aethnaeus *saepe* bisthonius H 230 *etc.* **r — rh** rodope Hɪɪ 1036 1542 pyrrus *non raro* **h non suo loco** parrahsis A 876 trhaces Hɪɪ 1795 [*cf.* trhaso *ap. Ritschl. prisc. lat. mon. ep. p.* 69 *ad* 76 E]

7 **consonae simplices pro geminatis, geminatae pro simplicibus. c — cc** sucus O 506 M 715 721 H 940 fucus P 1054 baca O 551 bucina T 799 sicine P 872 (*at* hoccine *pro* hocne Hɪɪ 775) — baccifera O 421 *ex* baccare *corruptum uidetur* O 421 [βάκκαρις] occeanus O 517 H 26 sicculo Hɪɪ 1312 peccoris P 301 **ch — cch** Bacchus *plerumque*, bachus A 944 O 158 (*pro* Iaccho) 113 328 H 701 Iaccho O 443 bracchia Hɪɪ 109 1866 O 408 — **d — dd** redit *aliquotiens pro* reddit. **t — tt** litus *plerumque*

littora Hii 840 A 456 Tr 110 147 *etc.* uita *pro* uitta Pfr. 146 P 659 Atin A 727 — bruttia Hii 654 bruttium T 578 — oblitterentur M 560 quattuor *bisyllab.* Hii 1099. — **p — pp** sipara M 328 Hii 703 Iuppiter puppis *constanter* — suppremus Hii 1510 Tr·383 771 *etc.* clippeus Pfr. 108 119 repperiet Tr 438 Oedippus *plerumque.* **l — ll** pelex (*nusquam* pellex) belua squaleo squalor squalidus ilex Hii 1644 ilico O 611 paulum solemnis (*uel* solempnis) querela reliquiae cybelę *producta media* Tr 72 (*at Rescr.* cybebae) cybeles *anapaest. mensura* P 1144 — calidus (*i. e.* callidus) O 106 callidum (calid.) T 1058 sollertis Ofr. 238 sollicitus *ubique* ballista P 543 Calliopae pallidus — Encelladus Hii 1740 mollitur O 1019. **m — mm — mn — nn** sqamosus T 1048 M 1031 — dammis P 580 damae Hii 1062 immo ammentum P 820 comminus Tr 357 ammisi *pro* amisi H 1266 lamma A 909? antemnas A 526 O 907 antempnas M 324 solemnis *u.* II 4 *et* 5 Clytemestra A *inscr.*: 109 227 413 1011 Strynnonis O 617 — ennarra Tr 1077 **n — nn — mn.** Erinys *ubique* — Agamemno A *inscr.* Agamemnon A 816 990 *u. subscr.* Agamenon A 816 990 Mennon *pro* Memnone Tr 248 **s — ss** causa (*numquam* caussa) casus *pro* cassus Tr 680 *al.* cresius P 1179 gnosius A 24 H 737 O 913 gnosiacus Hii 161? Lyrnesos Tr 230 Lyrnesida A 187 Parnasi A 758 Parnason Ofr. 129 *at* Parnassos O 285 Parnassio Hii 1478 Cassandra Thressa tartessius H 236 Titaressos thessalicus (thesalus H 292 V) Nassamonio *uitiose* Hii 1646 transsierat *u. supra.*

8 **consonarum mutationes. u — b — ph — f.** Danuuius M 727 (E *Rescr.*) Danubius T 376 fauula Tr 380 afflauat Hii 1447 uixque (*i. e.* bisque) Hii 1855 graue (*i. e.* trabe) A 250 iuuatus (iub.) T 732 [*cf.* iuuaberit *ap. Momms. inscr. R. N.* 4342] aucupauor *m. pr.* Ofr. 361 deuium (*i. e.* dubium) Tr 901 (fleuiles O 521 *Rescr.*) — Suebae M 716 — tolerabit H 1195 nobis (nouis) Tr 910 pluribus (*i.e.* plurimus) Hii 1755 (1966A)— bosforos H 128 (bosforus V)— fylomela Hii 200 fineas frigas frigibus frygiae frigio frixeum fęrei Et hieme Tr 827 *ex* Fthie *natum* fluis *i. e.* Phlyeus P 30[a] nefele tysifone sulfure **c — q** secuntur O 726 insecuntur O 985 (aecum M 200 *Rescr. qui tamen eodem uersu* aequus *habere uidetur*) oblicus O 369 (*cf.* Hii 1042) elocor Hii 732 locor H 299 *pr. m.* condam (quond.) Hii 553. **qu — c** arquitenens P 717 quoquit Hii 1400 quaquumque P 1079 (aq[i]ulles *i. e.* Achilles A 179 R 10 *cf.* Aquillitani *C. I.* 200, 79) **gu — g** tinguere H 38 T 820 P 660 O 43 urguere M 956 O 556 — lango[re] A 162 **c — g** Ligurgi O 478 H 907 (E V) — corytis H 1134? **gn — n** gnatus gnauus *u. supra* II 4 gnosius A 24 H 737 P 657 O 913 gnosiacus Hii

161 ? cycnus A 715 cicnus A 216 Cycnus H 490. d — t liquid P 904 1009 H 624 reliquid Tr 632 Hii 1349 H 398 *pr. m.?* T 221 inquid M 693 quod *pro* quot Hii 1857 H 435 capud P 1029 — andro *pro* antro Ofr. 103 aliquit T 274 M 398 aliquo͞t Pfr. 51 O 18 *m. pr.* quit P 742 nęquit T 894 Pfr. 151 at *pro* ad Hii 1925 (illut M 226 *Rescr.*) — fronte *pro* fronde A 604 — sed *pro* et *aliquotiens ubi uox superior* s *litera terminatur ut* H 968 recipi sed *pro* recipis et E V (set *plerumque* V) — haut *uel* aut *pro* haud *non raro* s — c cinis Hii 1397 (siti H 850 V) s — sc — ss — ssc Syrus Tr 348 Sythes Hii 1255 (consios H 696 V) — Scyros Tr 235 abscens H 277 (E V) scaenus *aliquotiens ut* H 1130 — augessit (sc) M 674 ulcissi O 222 (nosce H 220 V) — pacissci A 269 posscit Tr 319 decresscet Tr 1058 — ascensor (ds) P 1216 s — x — ss nisus H 1327 *at* nixae T 600? mixtus Vlixes *constanter* — estollit Tr 311 declausit *pro* deplanxit Hii 1856 — minax *pro* minas H 906 (*pro* Mimans Hii 734 R) ferox *nonnumquam pro* feros uixque (*i. e.* bisque) Hii 1855 (experii H 1147 ful-
h
xit H 212 exit H 327 V) lassus lassatus (*pro* lax.) *saepe.* — pistrix (πίστρις) P 1058 x — sx arsx A 583 O 232 x — cx reuincxit Pfr. 146 coniuncx Hii 198 zm zmaragdos P 324 zminthea A 177 li — ll Illo A 598 pylli Tr 221 bella cum fero (*i. e.* Belis in f.) Hii 964 l — r fluctum O 49 *pr. m.* fulua Hii 1973 (fructuat H 703 V *m. sec.*) lustrare (*i. e.* lustrale) Tr 643. m — n forsam A 1048 Tr 669 quim H 396 aedom A 706 — minans minas *pro* Mimante *aliquotiens* (Hii 1388 H 986 *al.*) famen Tr 592 semianimen P 1111 — n *oppressum* plactus (*i. e.* planctus) Hii 1674 c — t *ante* i *uocalem sexcenties conmutatae:* spacium aties *al.* solacium Tr 819? conuitia M 113 nuntius *constanter. raro ante alias uocales:* detus Tr 776 latera A 434 artem A 588 (uertitis H 80 V) ct — t — tt auctor autumnus artus *constanter* artat H 1218 (E V) rictus Hii 1278 complecte Tr 103 (mictetur emicte guctura actici sagictas *alia* V) — flete Tr 935 lutifer H 691 — atticus *pro* arctico *aliquotiens.* — rittus *u.* II 2 (attis *pro* actis H 1221 V) c *uel* t — p Tripce = Tricce Tr 831 (septatur *i. e.* sectatur H 757 sagiptas H 459 V)

III Singularia quaedam ad nominum et uerborum flexionem pertinentia.

1 **nomina.** rates (*nom. sing.*) A 464 789 uolucres (*n. s.*) M 631 rupis (*nom. sing.*) Ofr. 23 — exanimis: corpus exanimę Hii 1465 A 962 exanimis Tr 613? semianimen P 1111 —us: corpore exanimo T 1063 c. exanimum P 593

unanima coniunx O 794 semianima pectora O 1075 — aetheri (*gen. s.*) M 1034 — puppem H 773 (E V) 779 *al.* securem A 45 — sceleri (*abl. sing.*) P 693? M 1024 (*contra uersus legem*) sorti Tr 987 *non abl. sed dat. est.* — rubente P 1054 tepente H 8 (E V) uirente H 908 (E V) ubere H 337 (E V *contra uersum*) — toto (*dat. s.*) Hii 762 nom. plur. is auris P 1047 urbis M 127 arcis Hii 1915 [pluris *mon. ancyr. ed. Mommsen* IV 46] acc. pl. is omnis *frequenter* fontis T 107 auris P 400 messis Hii 795 gregis Hii 1794 ruboris H 668 — feralis T 668 incolumis T 1030 bimaris O 286 ueteris M 397 gen. um mensum Pfr. 173 caelestum H 601. decl. IIII. domus (*acc. pl.*) H 243 domos (*acc. pl.*) A 122 lauru (*abl. sing.*) A 816 laurus (*acc. pl.*) A 356 colus suae (*gen. sing.*) O 1006 colus auidi (*gen.*) Hii 1101 *acc. pl.:* leues colos Hii 375? ipsas colos Hii 772 colos quas Hii 671 (*corr.* 2 *m.*) colus Hii 221 turpe scelus (*i. e.* turpes colus) Hii 1184 consumptos colus Hii 1088 — genibus T 521 Ofr. 306 P 675 711 ueribus T 765 770 portibus Pfr. 251. nomina graeca. nom. sing. I decl. a producta (*cf. Lachmann ad Lucret.* p. 405 *s.*) Alcmena Hii 1413 Hecuba Tr 869 Pyrrha Tr 1049 Megara H 206 1014 Oetee Hii 1499 = Oeta? — a *correpta* Phaedra Electra Oechalia Hii 425 Hecuba *plerumque*, hecubae A 682 (hecube A) Andromacha *inscr.* Tr — Polyxene Tr 376 Alcmenae *pro* Alcmene Hii 1858 Eurydice. — Tiresia O 293 295 (*inscr.*) Licha Hii 1464 (Pelia M 201 *recte* A Pelias E *uitiose*). nom. sing. II decl. *plerumque* os on: Syros Carystos Tityos Ismenos Euenos Alpheos Pactolos scorpios isthmos Synion (Sunium) Ilion *alia, raro* us um Scyrus Tr 348 Ilium Tr 31. acc. Cyllaron Ismenon Aeacos *pro* Aeacon Hii 1562 III decl. **o** — **on** Creo O 207 209 *inscr:* 206 522 Agamemno *inscr. tragoediae alias* — **on** Agamemnon Pluton Memnon Amphitryon. acc. sing. decl. I et III *praeualent terminationes graecae* **en** — **an** — **yn** Alcmenen Oeten Eurydicen Rhodopen — Borean Eurotan Lichan — Araxen Vlixen Gangen Alciden Atriden Oresten Achillen — chelyn Ityn Eleusin Trachin *alia.* **am** — **em** — **im** Andromacham Tr 585 Ossam Hii 1156 Alcidem Hii 513 1324 Erynim O 657 Tigrim (*sequitur uox* inmiscet) Tr 11 — Eurydicem H 581 Scythem H 1217 — Oedipodam O 1025 gen. sing. Cybelae Tr 72 Hecubae 143 972 *at* Cybeles P 1144 Ioles Hii 559 Helenae *an* Helenes? A 965 (E: helene soror) — Geryonae A 888 geryone H 1177 — Oedipodae H 500 — Phasidis M 102 dat. s. Parnetho *pro* Parnethi P 4 uocat. sing. Calchas Tr 368 — Oresta A 991 — Vlixes Tr 603 (*alias* Vlixe) abl. Oedipoda O 964. adiectiua graecam terminationem os on non admittunt. bistono

ales A 708 *uitiose pro* bistonis. **ius — eus** pelopēus M 899 T 22? pelopius A 7 166 pelopaeae = pelopiae T 641 —

2 **uerba.** *In coniugatione quod obseruatione dignum esset nihil repperimus praeter haec pauca:* tondis *pro* tondes Ofr. 130 friget *pro* frigit O 39 uomet *pro* uomit O 979 — tenderent *i. e.* tenderant *pro* tetenderant H 542 — occurrit *uitiose pro* occucurrit Pfr. 5. — (adorsus = adortus H 243 V) — *de contractis perfectorum formis cf.* I 3.

IV Qua ratione uoces uel coniunctae uel seiunctae sint.

praepositiones nominibus suis adnexae: [*de monum. ancyr. Mommsenius* (*Res gestae diui Augusti p.* 145)*: saepe inter praepositionem et sequens substantiuum in archetypo non interpungi uix dubium est; certe in indice maioribus et euidentioribus litteris scripto ita legitur* u. 2 inrem u. 3 induabus.] instatu aculpa abetheria adte adcantus perhas pertonantem exillo exte propterme subplaustro profato prome caelotenus (H II 319) immembra T 760 uocabula conposita diuelluntur: in domitum a mitto at tonitu per errent ex cusso sub actus de cretum super sum — in cassum T 1070 in uicem T 102 — qui cumque cui quam ante quam quae nam iam ne amor ne iam iam non dum etiam num. particulae orationis coniunctae cum uocibus quae subiciuntur: siqua siquid site sipotes sinimis sedtu sedmagnus ethanc etfulget necsitotus nequis iamse iampossum ante anpossum namquis autcentum nonlicuit quamprope tambene quidhoc cumtraxi endomita protector. — *multa praeterea uel coniunctarum sine ratione uel male diremptarum uocum exempla soli librarii — quem quidem e libro continua scriptura exarato suum transscripsisse hac ipsa re intellegitur — aut neglegentiae aut inscitiae tribuenda uidentur esse uelut talia:* terhodopetulit, pallorraborem, siquafecundum, inhibendatamen illothessalicus expectotuam tupraeda occurrit ibi (H II 42), fer culum, diui dunt, in achus, cas pias, at hos de lia, phoetontia dum. — *De literarum elisione cf.* I 4.

III. INDEX METRICVS.

A

RECENSVS METRORVM
IN LYRICIS CARMINIBVS ADHIBITORVM.

Vno asterisco * *significauimus carmina quae mediis in actibus leguntur*, **duobus** ** *quae in difficilioribus Oedipi atque Agamemnonis canticis reperiuntur.* — de lyricis Senecae metris nuper egerunt L. Mueller de re metrica poetarum latinorum Lipsiae 1861 (prooemium d. Dec. 1859) p. 118—130. B. Schmidt de emendandarum Senecae tragoediarum rationibus prosodiacis et metricis Berolini (Dec. 1860). *) G. Richter de Seneca tragoediarum auctore. Bonnae (1862) p. 20—24. R. Peiper Obseruatorum in Senecae tragoediis libellus Vratisl. 1863. Strophen in Seneca's Chorliedern Z. f. G. t XVIII (1864) p. 247—53 328—33 694—701. G. Richter die Composition der Chorlieder in den Tragoedien des Seneca MRh XIX (1864) p. 360—79 522—27 confer.: Beispiele von versversetzung und interpolation MRh XVIII (1863) p. 29—46. De cantico quodam Oedipi Senecae [402—508 Gr.] ad genuinam formam reuocando, Symbolorum philologorum Bonnensium fasciculi posterioris, qui nondum prodiit, p. 555—580. scripta est haec commentatio anno 1864.

Anapaesti I dimetri inmixtis monometris H 125—208 1059—1144 T 789—887 P 1—89 * (Hippolyti) 330—65 967—96 1132—57 O 155—205 438—450 ** 759—84 ** 1001—19 * Tr 714—45 * (Andromachae) M 301—382 790—850 * (Medeae) A 57—108 635 ** 671—92 ** 698—729 * Hii 173—235 (Ioles) 586—709 1155—64 * 1211—21 * = 1283—93 * 1992—2006 * Oct. omnia carmina. amoebaeum (Hecubae et Chori) artificiosius conpositum insigne epiphonematis Tr 67—170 Chori et Thyestae 923—73 * amoebaeum ex parte (Chori et Alcmenae) Hii 1868—1948.

II dimetro subicitur monometer A 311—412.

sapphici (*Obss.* p. 1—20) I desunt adonii H 834—78 P 279—329 1158—62 O 755—58 ** (*corrupti*) A 908—917 ** II. additur adonius a) in fine carminis T 546—622 Hii 1522—1610 O 417—434 ** b) primae et ultimae strophae Tr 1019—65 P 744—60 mediis strophis A 845—873 **

---

*) Vix dignus est qui conmemoretur M. Hoche die Metra des Tragikers Seneca. Halle 1862.

c) strophis uersiculorum numero paribus constanter additus: strophae generis horatiani M 582—609 A 614—20 = 628—33** 877—80** (*alcaicae str. respondens*) sapphicorum numero adaucto M 610—72 (9 *uu.*) O 110—154 (13 *et* 10 *uu.*) O 479—515** (8 *uu.*) Tr 824—71 (11 *uu.*) A 636—62** (7 *et* 8 *uu.*) 666—70** (5 *uu. str. alcaicae respondens*) 881—86 = 893—97 = 918—24** (7 *uu.*)

adonii *u. sapph. alcman.*

alcaici (*Obss.* p. 26 not. 1) strophae alcaicae horatiani generis: A 621—24 = 634** 663—65** 874—76** (*sapphicis respondentes*) 887—88** (*asclepiadeae respondens*) tertio uersu bis repetito: A 898—902 = 903—7**

sapphici et **alcaici** copulati: sapphicis subiciuntur alcaici O 735—40 = 741—42** alcaicis subiciuntur sapphici O 743—48 = 749—54**

glyconei (*Obss.* p. 20—24) I horatianum genus: H 879—98 T 336—403 M 75—92 O 722—26** Hii 1035—1137 (*pherecratei uu.* 1064 1084 *spurii*) II a basi trochaica incipientes O 903—35

pherecrateus *u. glycon.*

asclepiadei dodecasyllabi (*Obss.* p. 25—28) H 528—95 T 122—175 P 761—831 Tr 380—417 M 56—74 93—109 Hii 104—172

asclepiadeum quartum aliquantum inmutatum: asclepiadeo bis repetito subicitur glyconeus cum choriambica hephthemimeri P 1137—40 = 1149 eadem stropha restituenda uidebatur alteri nostrum O 413—16 u. *Symbola* p. 565. quae inter asclepiadeos legebatur P 790 s. (lascinae nemorum deae montiuagique Panes) sublata *Obss.* p. 27 s.

strophae hybridae

a **asclepiadeo-sapphica**: uersui asclepiadeo ter repetito submittitur sapphicus O 413—16** (∼O 409—12) A 610—13** (*prood.*)

a′ **sapphico-asclepiadea**: duobus sapphicis subiciuntur metri asclepiadei tertii clausulae (asclep. cum glyconeo) O 409—412** (∼ 413—16)

b **asclepiadeo-alcaica**: asclepiadeo bis repetito subiciuntur alcaicae strophae clausulae (iamb. dim. hypercatal. et alcaicum decasyllabum) O 727—30** (∼ 731—34) A 889—92** (∼ 887—8 str. alcaica)

b′ **alcaico-asclepiadea**: alcaico bis repetito subiciuntur asclepiadei tertii clausulae (asclep. cum glyconeo) O 731—34** (∼ 727—30)

dactylici tetrametri s. alcmanii (*Obss.* p. 30) O 455—73** (*adonio clausi*) P 769—71 (*spurii*) Hii 1953—71* (Alcmenae)

dactylici hexametri (*Obss.* p. 30) O 237—42* (oraculum) O 407 et 4[illegible] 451—4 474—8 516—21** M 110—5.

trochaici tetrametri (*Obss.* p. 29) P 1210—21* (Thesei) O 228—36* (Creontis) M 743—54* (Medeae)
iambici trimetri (*Obss.* p. 28) M 755—73* (Medeae) trimetro subicitur dimeter acatalectus M 774—89* (Medeae) dimeter acatalectus A 796—811* (Cassandrae) dimeter catalecticus s. anacreonteum M 857—86 tres strophae dimetro brachycatalecto s. euripidio clausae.
cantica ex pluribus metris conposita (*Obss.* p. 35—38) sapph. anapp. T 279—329 330—65 O 110—54 155—205 anapp. sapph. P 1132—57 1158—62 (anapaestis interpositae sunt II strophae liberiores 1137—40 1149) asclep. anapp. HII 104—172 (Chori) 173—235 (Iolae) asclep. glycon. H 834—78 879—98 asclep. glycon. asclep. hexam. M 56—74 75—92 93—109 110—5 sapph. asclep. P 744—60 761—831 (3 alcmanios qui sunt interpositi spurios habemus) tetram. troch., trim. iamb., trimetris subiecti dimetri iamb., anapp. M 743—856 (Medeae ueneficium). difficiliora sunt O 407—521 O 722—784 A 610—92 A 845—924

B
CONSPECTVS
EVRYTHMIAE.

Signis usi sumus hisce:

(+) dialogi strophicae partes ubi cohaerent — quod non nisi ita fieri solet ut primi uersus strophae sequentis particula, quae fere semper semiquinaria caesura efficitur, superioris strophae sententiam claudat, — signum crucis uersuum numeris adiecimus.

(*) strophas aut lacunis aut additamentis foedatas aut uersibus contra poetae consilium transpositis turbatas asterisco indicauimus.

(^{m}) anapaesticorum monometri singuli et in mediis strophis et in stropharum exitu positi deprehenduntur. Qui sunt medii plenorum uersuum auctoritatem habent, qui strophas claudunt non numerantur. quo fit ut e. g. septem uersibus quorum ultimus est dimeter, respondere possit stropha post totidem uersus monometro clausa. monometro stropham claudi m litera uersuum numero adposita notauimus.

Praeterea nuda litera strophas significat, antistrophas lineola (′) literae adiecta, proodos circulo (°), epodos duabus lineolis (″), strophas adonio clausas (^{ad}) adiecto insigniuimus. Quae in nostro exemplari errata sunt, tacite hic correximus.

I HERCVLES

Actus I 1—124

5 2 2 2 2 2 3 3* 4 3 3+4 3+3 3+3 3* 3 3+6 6 4 4 6 6 4* 4 6 6 6* 2
a b b′ b″ b b′ c c′ d c c′ d′ c c′ c c′ c″ c c′ e e′ d d′ e e′ d d′ e e′ e″ f

Canticum I anapp. 125—208

7* 7 7 7* 7* 5* 5 5* 9 9 7 7ᵐ
a a′ b b′ b″ c° c c′ d d′ e e′

Actus II 209—527

8+8*+4 2 2 2* 4 4 2 2 2 4 | 5 5 5 5* 4 4+6 6+4 4 6 | 8 8 3 3*
a a b c c′ c″ b′ b c° c c′ b′ | d d′ d d′ e e′ f f′ e e′ f″ | a a′ h h′

3* 4+4+5 5 3 | 4 6 4 5* 5 5 5* 5+6+6 | 4 4 4 4 4 4
h i i′ k k′ h′ | i l° i′ k k′ k k′ k″ l l′ | m m′ m m′ m m′

6 6 6 6* 1 1 3 3 6 4 4 4+ | 6 6 5 5 5 4 4
n n′ n″ n o o′ p p′ n′ q° q q′ | r r′ s s′ s″ t t′

Canticum II asclep. 528—595 ZfG p. 697 s.

6* 6 4 5 5 4 6* 6 6 5 5 6 6*
a a′ b c c′ b′ d d′ e f f′ e′ e″

Actus III scaena 1 596—621

7 7 4+4 4
a a′ b b′ b″

scaena 2 622—833

4 4 5 5 4+5 5 4 4 4
a a′ b b′ a″ b b′ a a′ a″

6 5* 5 3+3 3 4 4 3 3* 3 2 2 5+5*+5+4 4 4+5*+5 2 2 2 2 2
c d d′ e e′ e″ f f′ e e′ e″ g g′ h h′ h″ i° i i′ h h′ k° k k′ k k

2 2 5 4 5 4 5* 5 4+4 6 6 5 5* 6
g g′ h i h′ i′ h h′ i i′ l l′ m m′ l″

Canticum III sapphici 834—878 **glycon.** 879—898 ZfG
p. 330 252 MRh XIX p. 521 5* 4 4 6 6* 6 3 4 4 3 | 7 7 7*
a b b′ c c′ c″ d e e′ d′ | f° f f′

Actus IIII 899—1058
5 3 3* 5 3 3 6+6 5 5*+8 8 5 5 5 6 6 5 4+4+
a b b′ a′ b b′ c c′ d d′ e e′ f f′ f g g′ f′ h h′
6 7 7+6 3 4 4 3 4 3 6+6
i k k′ i′ l m m′ l′ m″ l″ n n′

Canticum IIII anapaesticum 1059—1144
9 9* 5 5 7 7* 7* 8* 8* 7* 7* 4 4*
a a′ b b c c′ c″ d d′ e e′ f f′

Actus V 1145—1351
5 5* 4 4 5 5 5 3 3 5 3+3 3 5 5 4 4*+4* 4+4 4 4
a a′ b b′ a a′ a″ c c′ a° c″ c c′ a a′ d° d d′ d d′ d d′
5* 1 1 1 6 6 6 5 1 1 2 2 5+5 8+8 5 5* 8 8 7 7 4*+4
e f f′ f″ g° g g′ e′ f f′ h h′ i i′ k k′ i i′ k k′ l l′ m m′

II THYESTES

Actus I 1—121
2 5 5 4 4 4 4+5+5* 4 4+4 4+6 6 6 8+8+6 4 4 5 5 5 2
a b b′ c c′ c c′ b b′ c c′ c c′ d d′ e f f′ e′ g g′ h h′ h″ a

Canticum I asclep. 122—175 ZfG. p. 698 MRh XIX p. 369
A. Goebel ZfG XVI p. 737—44 4 4* 4 8 8 3 3 4 7 7
a a′ a″ b b′ c c′ d e e′ . . .

Actus II 176—335
8+8 6 6+5 5 5 5* 5 5* 5 5 5 5+3 3 6+6 7 7+5 5
a a′ b b′ c c′ c″ c‴ d d′ d d′ d d′ e e′ f f′ g g′ h h′
6+6 4 4+4 4 6+6
i i′ k k′ k k′ i i

Canticum II glycon. 336—403 ZfG p. 252 MRh. XVIII p. 37 sqq.

[3] 5 6* 5 5 6 7 4 7 4* 5 5 3
. . . a b c c′ b′ d e d′ e′ f f g

Actus III scaena 1 404—490

7 5* 6 6 5 6 6 8* 8 8 7 5 3
a b c c′ d c c′ e e′ e″ a′ b′ f

scaena 2 491—545

5 8 8 5 6 6* 6 5 5
a b b′ a′ c c′ c″ d d′

Canticum III sapphicum adonio clausum 546—622 ZfG p. 331

3 3 4 4 7 7* 4 5 5* 4* 4* 3 5 3 5 3 4 4^{*ad}
a a′ b b′ c c′ d e e′ f f′ g h g′ h′ g″ i i′

Actus IIII 623—788

4 7 7 9 9 9 9+8 8 7 7 5 5 3 6 6 5 5 3+7 7 6 6 5 5* 5
a b b′ c c′ c″ c‴ d d′ e e′ f f′ g h h′ f f′ g′ e e′ h h′ i k k′

Canticum IIII anapp. 789—887

4 8 4* 8 6^m 6 8* 8^m 8 8 7 7* 2^m 3* 2^m 3
a b a′ b′ c c′ d d′ e e′ f f′ g h g′ h′

Actus V scaena 1 888—922

4 4 5 5 5 6 6
a a′ b b′ b″ c c′

Chori et Thyestae anapp. 923—973*)

7 7 4* 4 5 5 5 4 4 5
a a′ b b′ c c′ c″ b b′ d
Ch Th Ch Th *Th Ch Th Th* Ch Th

---

*) Si uestigia codicis sequimur sic discribendae sunt strophae:

Ch Th Ch Th Ch *Th Ch* ⏓ *T*Ch Th

sed offendunt uu. 946—950 a choro prolati.

scaena 2 974—1116

3 3 3 3+3+7 7 7 5+5+5 7+7 5 5 5+5* 7+7+
aa′ b b′ b″ c c′ c″ d d′ d″ e e′ f f′ f f′ e e′

9 9* 9+5 5+5 1 1
g g′ g″ h h′ h″ i i′

III OEDIPI FRAGMENTVM

Actus I 1—319

3 8 7 8 7 6 6 5 4 4 4 4 5* 5
a b c b′ c′ d d′ e f f f′ f′ g g′

8 8 7* 7+7* 5+6* 6 deest 7 7 7 5 8+8
a a′ b b′ b″ c d d′ c′ b b′ b″ c″ a a′

6 6* 4 7 7 5 5 5 5 6 6 5* 5* 5 5+7 7+4 7 7 6 6* 7* 7*
a a′ b c c′ d d′ d d′ a a′ d d′ d d′ c c′ b c c′ a a′.... c c′

Actus II 320—362 4 4 6 6 6 6 6 6*
a a′ b b′ b b′ b b′

IIII PHOENISSARVM FRAGMENTVM

3 3+5 4 5 4 7 7 6 7+6 7 6 7 3
a a′ b c b′ c′ d d′ e f e′ f′ e″ f″ a

8 8 8 8 8 5+5*+5 5 5+5 5+5+7*+7+8+7+7+6 7* 6 7
a a′ a a′ a″ b b′ b b′ b b b′ b′ c c′ d° c c′ e f e′ f′

8 8 6 6 7 6 6+5+5+5+5+6 6
g g′ h h′ i° h h′ k k′ k k′ l l′

V PHAEDRA

Actus I scaena 1 Hippolyti anapp. 1—89

8ᵐ 8 6 6*ᵐ 5 5 5 5 5 7* 7 7 4 4 4
a a′ b b′ c c′ c″ d d′ e e′ e″ f f′ f″

scaena 2 90—278
4 4 6 6 7 7 5 5 7 7* 7 7 6 6 6+9 9 7 7 7 2
a a′ b b′ c c d d′ e e′ e e′ f f′ f″ g g′ h h′ h″ i

½+½
4 4 7 7 sexiens 4 8 8* 4 3
a a′ b b′ c c′ c c′ c c′ a d d′ a′ e

Canticum I sapph. 279—329 (ZfG p. 330 s. MRh XVIII p. 43) anapp. 330—365
4* 4* 4* 8* 8 4* 8 8 | 6 5 5 5 5 5* 5
a b b′ c c′ d° c c′ | α β β′ γ γ′ δ δ′

Actus II scaena 1 366—413 2 7 10 10 10* 7*
α a b b′ b″ a′

scaena 2 414—596
3 7 7 4 4 4 4* 7 7 7 5 6 5* 6 3 4 4 7 7 7 7 8 10 10 8* 6 9 6 9
a b b′ c c′ d d′ e e′ e″ f g f′ g′ h° i i′ k k′ k k′ l m m′ l′ n o n′ o′

scaena 3 597—743
5+5 5 4 4 5* 5+5 5 5 5* 6 6 6 6 4 7 7 7 4 6 6 5 4 6 6+5
a a′ a″ b b′ c c′ c c′ c c′ d d′ d d′ e f f′ f″ e′ g g′ h e″ g g′ h′

Canticum II sapph. 744—760 ZfG p. 329 asclep. 761—831 ibid. p. 700 Obss. p. 27 s. (alcmanii 769—71 spurii ib. p. 30) MRh XIX p. 521 ss.
5^{ad} 8 5^{*ad} [3] 4 4* 4 5 5* 5 5 8* 8 8 4* 4 4 4
a b° a′ alcm. α α′ α″ β β′ γ γ′ δ δ′ δ″ ε ε′ ε″ ζ

Actus III scaena 1 832—871 5 5 1. 3 4 4 4 4 5 5
a a′ b° c c′ c c′ d d′

scaena 2 872—966
4+4 5 5 6 6 2 2 5 | 6 6 6* 6 6* 6 6 6 4 4
a a′ b b′ c c′ d d′ e | a a′ a a′ a a′ a a′ b b′

Canticum III anapp. 967—996 6* 6 6 6* 6*
a a′ a″ a a′

Actus IIII 998—1131

2 3* 3* 3 | 7 7* 7 7 7 7* 7* 7 7 8 8 8 8 9* 9+4 4*

α a a′ a″ | a⁰ a a a′ a′ a a′ a a′ b b b′ b′ c c′ d d′

Canticum IIII anapp. 1132—1157 strophae II liberiores 1137—40 1149 (Obss. p. 26 s. MRh XIX p. 525 s.)
sapphici 1158—1162 5 4 5^m 4* 5* 5 5

a β a′ β′ a a′ γ

Actus V 1163—1289

2.3 5 4 7 6 7* 6 7* | 3 3 3* 3 | 6+6* 6 6 6 3 7 7* 6 6

a a′ b c d c′ d′ c″ | α α′ α α′ | a a′ b b′ b″ c⁰ d d′ a a′

tetrametri troch. (ZfG p. 700)

VI OEDIPVS

Actus I 1—109

5 6 6 6 4 4 5 4 4* 4 4 5 5 5 4 4 6+6 2 3 3 3+3 2 3 4

c⁰ a⁰ a a′ b b′ c b b′ b b′ c′ c c′ b b′ a a′ d e e′ e e′ d′ e″ b″

Canticum I A sapphici cum adoniis 110—154 u. Obss. p. 19 s. ZfG p. 329 s. MRh XIX p. 376 s. s.

13^{*ad} 10^{*ad} 10^{*ad} 12^{*ad}

a b b′ a′

B anapaest. 155—205 6 4* 8 8^{*m} 6^m 6^{*m} 5 5

a a′ b b′ c c′ d d′

Actus II scaena 1 206—294

2 2 6 5 6 2 3 2 3 3 3 4 5 4* 4 4* 4 6 6 6 6* 3

α α′ a b a′ γ δ γ′ δ′ ε ε′ f⁰ b′ f f′ f f′ g g′ g g′ h

tetrametri hexametri ZfG 700 s.

scaena 2 295—406

4 4 5 5 6 6 6* 6 6 5 6 5 5 5 6 6 6 5* 5 4+4

a a′ b b′ c c′ c″ d d′ e d e e′ e′ d′ d d′ b b′ a a′

Canticum II ex uariis metris conpositum 407—521 u. Symbola l. l. de hexametris cf. ZfG p. 701 Obss. p. 37

2 4* 4* 6* 6 6^ad 3 6* 6 4 2*2 22* 2 2 2 2 2 3^ad
A α α′ a a′ a″ B b b C c c′ c c′ c c′ c c′ c c′

hex.- strophae liberiores*) sapphici . . hex.- anapp. hex.- alcmanii u. Obss. p. 30

5 8* 8* 8*·8* 8* 6
D d d′ d″ d d′ E

hex. - sapphici cum adoniis - hex.

Actus III 522—721

2. 1 2. 1 2. 1 2. 1 2. 1 2. 1 1. 1. 1 6* 6* 6 7* 7*
α α′ α α′ α α′ α″ a a′ a″ b b′

4*+4 5 8 8 5 5 4 4 5 5* 5 6+6 6 5 5* 5 6 6 7 7
c c′ d e e′ d′ d″ c c′ d d′ d″ g g′ g″ d d′ d″ g g′ h h′

1 1 6 1 1 4 4 4 2
i i′ g″ i i′ k° k k′ l

Canticum III uaria metra conplectens 722—784

(A) strophae liberiores α β β′ γ γ′ δ δ′ ε (B) anapp. 5 5 2^m a a′ b [4 5 4 a b a′] u. Obss. p. 36.

Actus IIII **scaena** 1 785—804

4 5 4 5 1 1
a b a′ b′ c c′

scaena 2 et 3 805—865—902

3 3 4 4 5 4 4 3 3 5 3 3 5 5+5 5 4 4 6 6 7+7
a a′ b b′ c b b′ a a′ c′ a a′ c c′ c c′ b b′ d d′ e e′

Canticum IIII 903—935 glyconei ex basi trochaica incipientes u. Obss. p. 21 s. ZfG p. 252

5 5 7 7 4* 4
a a′ b b′ c c′

---

*) u. 415 corrigendus sic: et tristes Erebi (*terribilis*) minas.

Actus V 936—1083

4 6 4 6 7 7 9 6* 6 9 3 4 4 4^m 3
a b a′ b′ c c′ d b b′ d′ a b b′ b″ a′

anapp. choricum u. 1001—1019

6 5+5 6 4 4 4+4+6 5 5 6 4
a b b′ a c o′ c c′ a′ b b′ a′ c

VII TROADES

Actus I 1—66 7 7 7 6 5+5 6 6* 6 6 4
a^0 a a′ b c c′ b′ d d′ d″ e

Canticum I anapp. 67—170 u. Obss. p. 31—33 F. Haase Miscell. philoll. l. III c. 5

A (Ch)	B (H)	B′ (Ch)	A′ (H)	C (H) (Ch) (H)	D (H)	D′ (Ch)
6 6 4	4 4^m 5* 2 1	4 4^m 5* 2 1	6^{*m} 6	2^m 5^m 5 2^m	5* 5	5* 5*
a a′ b	a b c d e	a′ b′ c′ d′ e′	a a′	a b b′ a′	a a′	a a′

Actus II scaena 1 171—210 2 2 6 6* 6 6 6 6
a a′ b b′ b b′ b b′

scaena 2 211—379

4* 4 4 4 5 5 5 4 4* 4* 4 4 4 6+6 4* 4+6+6*
a^0 a a′ a″ b b′ b″ a a′ a″ a‴ a a′ b b′ a a′ b b′

3 3 3 6 6+5 5* 5 | 1.1 1.1 1.1 1.1 1.1 2 2 2* 2 2* 2 4 7 4 7
a a′ a″ b b′ c c′ c″ | a a′ a a′ a″ b b′ b″ b b′ b″ c d c′ d′

Canticum II ascle p. 380—417 ZfG p. 696 MRh XIX p. 365 s. s.

7 4 4 4 4 4* 7*
a b b′ b b′ b″ a′

Actus III scaena 1 418—527

7 7+7 7 7 7 7* 4 8 8* 5 6 9 5 6 6 2 2
a a′ a a′ a″ a a′ b c c′ d e f d′ e′ e″ g g′

scaena 2 a) 528—713

5 5 7* 7 6+6 6+6 5 5 4 6 6 5 4 4 6 6 8 8* 8 8* 6 6 8 8 8 8* 5 5
a a′ b b′ c c′ d d′ e e′ f d d′ e″ f f′ d d′ g g′ g g′ h h′ g g′ g g′ a a′

b) anapaest. 714—745 (Andromachae) 2 2 4 3 3 3 4 4 3 4
a a′ b c c′ d e e′ d′ b′

c) 746—823 7+7 5 5 6 8* 8 6+5 5+7 7*
a a′ b b′ c d d′ c′ b b′ a a′

Canticum III 824—871 V strophae sapphicae XI uersuum (adonio clausae) u. Obss. p. 10—18 ZfG p. 329
a a′ a a′ a″

Actus IIII 871—1018
7 7* 7 5 5+5+5 6+6 4 4+4 6 6* 7 7 6 7+6* 6+5* 6* 5 6 5 5
a a′ a″ b b′ b b′ c c′ d d′ d″ c c′ e e′ f e″ f′ g h g′ h′ g″ h″ h‴

Canticum IIII 1019—1065 sapphici ZfG p. 329 MRh XIX p. 375
9ad 8* 8 8 8 9*ad
a a′ b b′ c c′

Actus V 1066—1189
4 4* 4* 7 7 6 5 5 6 7+7 5 5+6+6 7 7* 5 5 6 6* 2
α α′ α″ a a′ b c c′ b′ a a′ d d′ e e′ f f′ d d′ e e′ β

ultimus strophae b′ uersus 1113 non integer.

VIII MEDEA

Actus I 1—55 6+6 6 8 8* 6* 6 6
a a′ a″ b b′ a a′ a″

Canticum I 56—74 asclep. 75—92 glycon. 93—109 asclep. 110—115 hexametri ZfG p. 694 s. 252 701 MRh XIX p. 524 s.
3 4 4 4 4 7 7* 3 4* 4 4* 4 3 3 3
a b b′ b b′ α α′ β b° b b′ b″ a γ γ′

Actus II scaena 1 116—178

7 7+7 7* 7 5 5 8 8 3
a a a' a'a'' b b' αα'ββ'γγ' αα'ββ'β''γ d
c c'

scaena 2 179—300

3 3 3 4 3 3 3 3* | 4 4 5 5 7+7* 6 5 5 6 4 4 6 5 5 3 5+3 3 5
a a'a''b° a a' a a' | a a' b b' c c' d e e' d' f f' d'' e e' h° i h h' i'

Canticum II anapp. 301—382

6* 6 4 4m 6 6 7 7* 5 5m 4 4m 5* 5
a b c c' a' b' c c' d d' e e' f f'

Actus III scaena 1 383—433

2 4* 4* 4* 4 4 5 5 4 5 5+4 2
a b b' b b' c d d' c' d d' c'' a

scaena 2 434—581

8+8 4 8 8* 6* 6 6 6* 3 3 4 4 1 1 3 3* 3 3 3 3 2 2 1 1 3 3+7 7 9 5 5 9
a a' b° a a' c c' d d' e e' f f' g g' h h' h h' h h' i i' k k' l l' m m' o p p' o'

Canticum III strophae sapphicae adonio clausae, a quaternorum b nouenorum uersuum 582—672 u. Obss. p. 9 ZfG p. 329 MRh XIX p. 374 s.

a° a a' a'' a° a a' b° b b' b b' b* b'*

Actus IIII scaena 1 673—742

5+5 8* 8 6* 6 6* 6 6* 6 6 3
a a' b b' c c' c c' c c' c'' d

scaena 2 ueneficium Medeae 743—856 Obss. p. 37 23 ZfG p. 700

4 4* 4	5 5* 5 5*	4 4 4 4	6 5 6 6 4 5 5 4* 4 5* 5 6	6
α α' α''	a a' a a'	b b' b b'	a b c c' d e e' f f' e'' b a	trimetri iambici
tetrametri trochaici 743—754	trimetri iambici 755—773	trimetri et dimetri iambici 774—789	anapaesti 790—850	

Canticum IIII 857—886 anacreontici cum euripidio Obss. p. 28 29 ZfG p. 700 4 5 4 4 4 4 5
a b a c a' a' b

Actus V 887—1035
6 6 2 2 5 5+6 5 5* 6 7 7 5 4 5 4 7 6+7 4 6 7 7 4 4+4 4 5 5
aa′ bb′ c c d c c′ d′ e e′ f g f′ g′ h i h′ k° i′ h h′ k k k′ k′ l l′

VIIII AGAMEMNO

Actus I 1—56

Canticum I anapp. 57—108 7 7 6 6 77 6 6
a a′ b b′ c d c′ d

Actus II scaena 1 109—226 (stichomythia 145—162)
scaena 2 227—310

Canticum II 311—412 strophae V disticha conplectuntur ex dimetro et monometro anapaestico facta
a* a′* b b′ c* c′ d d′* e e′* f

Actus III 409—609

Canticum III ex uariis metris conpositum 610—692

A	B	C		D
str. liberiores.	anapp. fragm.	strophae sapphicae	alc. sapph.	anapp.
a b b′ c b b′ c′		7* 8* 8* 7*	4* 5*	6 6 5 5
		a b b′ a′	c c′	a a′ b b′

Actus IIII scaena 1 693—818 inest chori canticum anapp. 698—729: 7 8 8* 7
c d d′ c′

Cassandrae canticum ex dimetris iambicis 796—811 ZfG p. 700
2 4 4 4 2
a b b′ b″ a′

scaena 2 819—844

Canticum IIII uaria metra conplectens 845—924 *)
a b b′ a′ c c′ d e e′ d′ f f′ g g′ d″

*) u. 879 s. (str. c′) sic erat describendus: — ◡ dictaea ◡ ◡ — ◡ linquens | horridus arua. || u. 905 (str. f′) sic: insueta carpi — ◡ — — ||

Actus V scaena 1 925—967
2 968—975
3 976—1010
4 1011—1070

X HERCVLES II

Actus I 1—103

Canticum I 104—172 asclepiadeum ZfG p. 699
7* 7 5* 5 5 4* 4* 4 4 5 6 5 6
a a′ b° b b′ c c′ c c′ d e d′ e′

canticum Ioles et chori anap. 173—235
12 12 12 6 6 7 7*
a a′ a″ b b′ c c′

Actus II 236—585

Canticum II anapp. 586—709*)
4* 6 6* 4 5 5 5* 5 6* 6 5 5* 5 5* 5 5 5 4* 4 8 8 3 3 3 3 3
a b b′ a′ c c′ c″ d° b b′ d d′ e° e e′ e e′ f f′ g g′ h° h h′ h h′

*) b 624—30 (Cupit—Tagum) = b′ 627—835 (Nec tota sitim—parum est)

Actus III scaena 1 710—745
scaena 2 746—1034

Canticum III 1035—1134 glycon. Obss. p. 20 22—24 MRh XIX p. 370 s. A Goebel ZfG XVI p. 737—44 uid. ibid. XVIII p. 251
5 4* 4 5 4 4* 7 7* 7 4* 4 4 4 4* 4* 5 5 4 4* 4* 4 4*
a b b′ a′ b b′ c° c c′ d d′ d d d′ d′ f f′ g g′ g g′ h

Actus IIII scaena 1 1135—1393 insunt tria chori cantica anapp. 1155—1164 5* 5*
a a

1211—21 = 1283—93 10* 10*
str. ant.

scaena 2 1294—1422
scaena 3 1423—152

Canticum IIII 1522—1610 sapphicum adonio clausum ZfG p. 332
5 5 5 4* 4 4 5 4 4* 4* 4 4 4 4 5* 5 4 4 4 4 4 ad
a a′ a″ b b′ b″ a b b′ b b′ b b′ b″ a a′ b b′ b b′ b″

Actus V scaena 1 1611—1762
scaena 2 1763—1867

Canticum V anapp. 1868—1948 Chori et Alcmenae
10 10* 8 8* 6* 6 8 8* 8 8 2
a a′ b b′ c c′ d d′ e e′ f
Ch A Ch A

Actus VI 1868—2006

insunt: Alcmenae alcmanii 1953—1971 ZfG p. 700 s.
3 3 3 3* 3 3*
a a′ b b′ c c′

Chori anapaesticum 1992—2006 7 7m
str. ant.

XI OCTAVIAE ordo.

(u. Obss. p. 38—40)

Actus I Nutrix 1-35—57
Octauia 1—34 58—72 } anapp.
Nutrix. Octauia 73—104 } anapp.
Octauia. Nutrix 105—205 227—277
Chorus 206—226 anapp.

Actus II scaena 1 388—448
scaena 2 449—604
Chorus 278—387 anapp.

Actus III 605—657
Octauia Chorus 658—703 anapp.

Actus IIII scaena 1 704—775
Chorus 776—793 anapp.
scaena 2 704—818
Chorus 819—836 anapp.

Actus V scaena 1 836—861
scaena 2 862—892
Chorus Octauia 893—1012 anapp.

[redacted]